& manifesta assentatio. Atqui permultos novi, inquit, qui gaudent, siquis eos laudando, etiam quæ non habent, orationi adjecerit: pura, si senes ob ætatis vigorem beatos prædicarit: aut deformibus, Nirei vel Phaonis formam tribuerit. Putant enim suas formas à laudibus immutatum iri, & fore ut denuo repubescant, ut de se Pelias putavit. Sed non ita se res habet. Laus enim magni æstimaretur, si re ipsa, hujusmodi hyperboles beneficio, frui possemus. Nunc verò mihi videntur illi hoc modo affecti, quo deformis aliquis qui apposita sibi formosa larva, pulchritudine superbiret; quam quivis tollere, & atterere potest: unde magis deridiculo esset, nativa facie detecta, quam ascititia forma occultaverat. Aut per Iovem, quo pusillus aliquis, qui cothurnis indutis, de proceritate contenderet cùm iis qui ex planitie toto cubito essent proceriores. Nam & hujusmodi cujuspiam mentionem faciebat. Ajebat virî illustris uxorem, aliàs quidem pulchram & honestam, sed pusillam, & cui multum de justâ statura deesset, à quodam poëta carmine laudari, quòd inter cætera, cùm formosa, tum procera esset: cujus longitudinem & rectitudinem populo comparabat. Illam verò laude istâ lætari, quasi ad modulos crescceret, & manum concutere. Poëtam autem idem sæpe canere, cùm hac laude delectari videret. Donec aliquis ex præsentibus ad aurem admotus ipsi dixit, Heus tu desine, ne mulierem surgere facias, Dicebat etiam Stratonicen

τοιῶδε ποιῆσαι τὴν Σελεύκου γυναῖκα. τοῖς γὰρ ποιηταῖς ἀρχαῖα προσθεῖναι αὐτῷ δεῖ πελάτῃ, ὃς τις ἂν ἄμεινον ἐπαινέσαι αὐτῆς τὴν κόμην. καίτοι φαλακρὸν ἐτύγχανεν ὤν, καὶ οὐδὲ ὅσας ὀλίγας τὰς ἑαυτῆς τρίχας ἔχων. καὶ ὅμως ὅτῳ διακειμένῃ τὴν κεφαλὴν, ἁπάντων εἰδότων ὅτι ἐκ νόσου μακρᾶς τοῦτο ἐπεπόνθει, ἤκουε τῶν κολακευόντων ποιητῶν ὑακινθίνας τὰς τρίχας αὐτῆς λεγόντων, καὶ ἄλυσι τισὶ πλοκάμους ἀναπλεκόντων, καὶ σελίνοις τὰς μὴ ὄλως ὄντας εἰκαζόντων. ἁπάντων οὖν τῶν τοιούτων κωμῳδοῦμενοι, καὶ παρεχόντων αὐτοὺς τοῖς κλαυσομένοις. καὶ προσεπῄδῃ ὅτι μὴ σὺ ἐπαίνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ γραφαῖς τὰ ὁμοῖα πολλοὶ κολακεύεσθαί τε, καὶ ἐξαπατᾶσθαι θέλουσι. χαίρουσι γὰρ ἔφη τῶν γραφέων ἐκείνοις μάλιστα, οἳ ἂν αὐτὸς τὸ εὐμορφότερον αὐτοὺς εἰκάσωσιν. εἶναι δέ τινας, οἳ καὶ προσαπτοῦσι τοῖς τεχνίταις, ἢ ἀφελεῖν τι τοῦ γένους, ἢ μελανότερα γράψαι τὰ ὄμματα, ἢ ὅ, τι ἂν ἄλλο ἐπιθυμήσωσιν, αὐτοῖς προσεῖναι. εἶτα λανθάνειν αὐτοὺς ἀλλοίας εἰκόνας φανουμένους, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς οἰκείας. ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγε, τὰ μὲν ἄλλα ἐπαινοῦσα καὶ συγγραμμάτων, ἐν οἷς τοῦτο ἀφέρεσθαι, ὅτι θεαῖς αὐτὴν, Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ εἰκάσας. ὑπὲρ ἐμὲ γὰρ φησι, μᾶλλον ὑπὲρ ἅπασαν ἀνθρωπίνην φύσιν τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δέ σε οὐδ' ἐκείνα ἠξίουν, ταῖς ἡρωίναις συνδιαγωνίζεσθαί με, Πηνελόπῃ, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ Θεανοῖ, οὐχ ὅπως θεαῖν ταῖς ἀρίστοις. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο πάνυ ἔφη. τὰ μὲν θεοὺς τοὺς θεοὺς, δεισιδαιμόνως, καὶ ψοφοδεῶς ἔχω. δέδοικα τοίνυν μὴ κατὰ τὴν Κασσιέπειαν εἶναι δόξω, τοιοῦτόν τινα μανίαν ἐπανοῦσα. καίτοι περίεισιν ἐκείνη Seleuci uxorem, assimile quiddam, sed longè magis ridiculum feciſſe. Eam poëtis pro talento certamen propoſuiſſe, quicunque ſuam comam meliùs laudaret, quanquàm calva erat, & ne paucos quidem crines habebat. Attamen ſic affecto capite, cui ex longo morbo id accidiſſe omnes norant, execrandos illos poëtas audiebat, qui capillos ejus Hyacinthinos dicebant, & criſpos quoſdam cincinnos nectebant, & apio, quamvis nulli prorſus eſſent, comparabant. Tales igitur omnes deridebant, qui ſe aſſentatoribus traderent. Addebat etiam non ſolùm in laudibus, ſed etiam in picturis pleroſque aſſentationem captare, & decipi velle: qui illis potiſſimùm, inquit, pictoribus gaudent, à quibus formoſiores effingantur. Eſſe quoque nonnullos qui artificibus injungunt, ut aliquid nari detrahant, aut nigriores oculos pingant, aut aliquid aliud, quod ineſſe ſibi cupiverint. Deinde eos neſcire ſe alienas imagines coronare, & ſibi nullatenus ſimiles. Hæc & ejuſmodi dicebat, alia quidem quæ tuo libro mandaras collaudans, ſed hoc unum non ferens quod eam cum Deabus Iunone & Venere comparaveris. Nam hæc me, inquit, imò humanam omnem naturam ſuperant. Cæterùm ne illud quidem optavi, ut Heroinis illis, Penelope, Arete, & Theanoni, nedum præſtantiſſimis Deabus comparares. Etenim Deos metuo vehementer & expaveſco. Quare vereor ne ut Caſſiopea laudem illam expetiviſſe videar: quanquam illa cum Nereidibus contendebat, Iu-

ἀντεξεῖάζεθε. Ἦραν ἦ, καὶ Ἀφροδίτην ἴσιθεν. ὥστε ὦ Λυκῖνε, μεταγράψαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν. ἢ αὐτὴ μὲ μαρτύραλε τὰς θεὰς, ὡς ἀκούσης αὐτῆς γράφας. σὺ ἦ εἰδέναι ὅτι ἀνιᾶσά αὐτῷ τὸ βιβλίον, ὅτω πρωτοφωῶ, ὥσπερ νῦ σοι λέγεται, ἐμέλλε δύσεδῶς, ἐδὲ ὁσίως τὰ περὶ τὰς θεάς. ἐδικέ τε ἀσέβημα ἑαυτῆς, καὶ πλημμέλημα τῆδε δόξειν, εἰ ὑπορρῴοι τῇ ἐν Κνίδῳ, καὶ τῇ ἐν κήποις ὁμοίᾳ λέγοιλε. καὶ σε ὑπεμίμνησκε τὴ πλούτειον ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ αὐτῆς εἰρημένων, ὅτι μείζεσιν, καὶ ἄλυθρον ἔφης αὐτῷ, ὅτε ἀναπεπομφότα ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον, ἀλλὰ πρόσχημον τῷ πρήσει ποιημένῳ. ὁδὲ, ταῦτα εἰπὼν, ὑπὲρ αὐτὸν τὸ ἔρρινον ἀναβιβάζεις τὴν γυναῖκα, ὡς ἐ θεᾶς αὐτῷ ἀπεικάζειν. ἠξίι δέ σε μὴ ἦ ἀξιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖλαι ἦ Ἀλεξάνδρε. [1] ὃς ἦ ἀρχιτέκτονι ὑπισχνεμένῳ τὸ Ἄθω ὅλον μεταχημαπίειν, καὶ μορφώσειν πρὸς αὐτὸν, ὡς τὸ ὄρος ἄπαν εἰκόνα γλυπλὴ ἦ βασιλέως, ἔχονλα δύο πόλεις ἐν ταῖν χεροῖν, ἐ περιπλέοντα τὴν πρατπίαν τὸ ὑπερκόσιος, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ἡγησάμενον τὸ τόλμημα, ἔπαυσε τὸν ἄνθρωπον, ἐ πιθανῶς Κολοσσὸς ἀναπλάττοντα. καὶ τὸ Ἄθω κἦ χέρας ἐᾶν ἐκέλευσε, μὴ ἦ πρὸς σμικρωίειν ὁρῶν ὅτω μέγα πρὸς μικρὸν σύμμετρος ὁμοιότητα. ἐπῄνεῖ ἦ τὸ Ἀλέξανδρον τὸ μεγαλοψυχίας, καὶ ἀνδρίαν μείζω τοῦτο ἦ Ἄθω ἔλεγεν αὐτὸ ἀνεστάναι, ὃ τοῖς τὸ ἀεὶ μεμνησομένοις ἀφοίαις. ἐ γὰ μικρᾶς εἶναι γνώμης ὑπεριδεῖν ὅτω δοξάζειν πρὸς ἑαυτὸν ὁμοῖ Iunonem autem & Venerem venerabatur. Quocirca Luciane, jussit ut ista corrigas, alioqui se testaturam Deas, hæc à te se invita scripta esse: scias verò tu, molestum sibi esse libellum illum qui sic obambulat, ut à te non admodum piè, nec sanctè de Diis est compositus. Existimabat etiam fore ut impium facinus commisisse videretur, si pateretur se similem dici Cnidiæ & Hortensi Veneri. Præterea tibi in memoriam revocabat ea quæ sub libri finem de ipsa dixisti, modestam vocans, & fastus expertem, quæ supra modum humanum sese non efferat, sed terræ proxima volet. At tu his dictis, mulierem supra cœlum ipsum extollis, ita ut cum Deabus compares. A te etiam postulabat, ne Alexandro imprudentiorem se putares, qui architecto pollicente se totum Atho transformaturum, & ad ejus simulachrum accommodaturum, ita ut totus mons Regis imago fieret, duas urbes manibus tenentis, prodigiosam pollicitationem non admisit, sed ausum illud majus ipso ratus, compescuit hominem non credibiles Colossos effingentem: justitque ut suo loco intactum Atho relinqueret, neque montem adeò magnum ad corporis exigui similitudinem imminueret. Alexandrum autem magnanimitatis nomine laudabat, eumque sibi hoc facto statuam Atho majorem dicebat erexisse in animis hominum, qui ejus rei semper memores essent futuri. Non enim abjecti esse animi honorem adeò incredibilem contemnere. Quare se tuum figmentum lau-

1 Ὃς τῷ ἀρχιτέκτονι ὑπισχνεμένῳ τὸ Ἄθω,] Idem superius positum lib. De historia scribenda. *Mars.*

τὸ μὲν πλάσμα σε ἐπαινεῖν, καὶ τὴν ἐπίνοιαν τ εἰκόνων, μὴ γνωρίζειν δ τὴν ὁμοιότητα. μὴ γὰρ εἶναι τ τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκα μ ὄσαν. ὥστε ἀφίησί σοι τοῦτον τὴν τιμὴν, καὶ προσκυνεῖ σε τὰ ἀρχέτυπα δεδεῖσθαι. σὺ δ, τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐπαίνῳ αὐτῶν, μὴ δ ὑπὲρ τ πόδα ἔχειν τὸ ὑπόδημα, μὴ καὶ ἐπισυμβῇ μέ φησιν ἐμπεριπατοῦσιν αὐτῷ. κἀκεῖνο δὲ σοι εἰπεῖν ἀπεῖρηκα. ἀκούω ἔφη πολλῶν λεγόντων. εἰδὲ ἀληθὲς ὑμεῖς οἱ ἄνδρες ἴστε, μόνοι ὀλυμπιάσιν ἐξεῖναι τοῖς νικῶσι μείζους τ σωμάτων ἀνιστάναι τὰς εἰκόνας, ἀλλ ἐπιμελεῖσθαι τὰς Ἑλλανοδίκας, ὅπως μηδὲν εἰς ὑποσάλπιγγα τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἐξέτασιν τ ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν γίγνεσθαι τ τ ἀθλητῶν ἐγκρίσεως. ὥστε ὁρᾷ ἔφη μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύδεσθαι σὺν τοῖς μέτροις. καὶ ἡμῶν ἀνατρέψωσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα. τοιγὰρ μὲν ἐλεγχθ ἐκείνη. σὺ δ σκόπει ὦ Λυκῖνε, ὅπως μεζονησμήσας τὸ βιβλίον, καὶ ἀφαιρήσεις τὰ τοιαῦτα, μηδὲ σφαλῇς πρὸς τὸ θεῖον, ὡς ἐκεῖνη πάνυ μ αὐτὰ ἐδυσχέραινε, καὶ ὑπέφριττε μεταξὺ ἀναγινωσκομένων, καὶ παρητεῖτο τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναι αὐτῇ. καὶ συγγνώμη, εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε. καίτοι εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξε. τὸ μὲν πρῶτον ἀκούων, ὑδὲν ἐπλημμέλησε, σιωπῶν τοῖς γεγραμμένοις. ἐπεὶ δ ἐκείνη ἐπεσημήνατο, καὶ αὐτὸς ἤρξαμην τὰ ὁμοια γιγνώσκειν καθ αὑτόν. καὶ προσπλησίον τ ἔπαθον, οἷς ἐπὶ τ ὀρωμένων πάσχομεν. ὡς μὲ πάνυ ἐγγὺς τοῦ σκοπεῖν τι, καὶ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, ὑδὲν ἀκριβὲς διαγινώσκομεν. ὡς δ λάσιόντες, οὐ δ συμμέτρως διαστήμα-

laudare, & Imaginum commentum: sed similitudinem non agnoscere: non enim tantis ac talibus esse dignam, ne propè quidem: ac neque mulierem ullam, quamcunque tandem aliam. Itaque tibi honorem hunc remittit, tuaque archetypa adorat. Tu verò, humanis laudibus ipsam decora: nec pede major sit calceus, ne illo, inquit, mihi inambulanti os obturet. Illud etiam tibi dicendum dedit in mandatis. Multos, inquit, dicentes audio: quod verum-ne sit vos viri scitis, Ne Olympicis quidem victoribus licere statuas corporibus majores erigere, sed Hellanodicis curæ esse, ut ne unus quidem veritatem excedat, & statuarum examen, athletarum admissione fieri accuratius. Itaque vide, ne ementitæ mensuræ accusemur: ac deinde nostram imaginem subvertant Hellanodicæ. Hæc quidem illa dicebat. Tu verò perspice Luciane, quomodo librum hunc transformes, atque talia demas, nec in numen pecces, velut illa gravissimè hæc ferebat, interque legendum subhorrescebat, ac Deas ut sibi essent propitiæ, rogabat. At certè illi ignoscendum, quòd animo fuit muliebri. Atqui, ut verùm dicam, etiam mihi ipsi tale quid dicere visa est. Ac primùm quidem audiens, dum scripta intueor, delictum non animadverti: sed postquam illa mihi indicavit, ipse etiam similia de iis sentire cœpi. Ac mihi simile quid accidit, quod in iis quæ intuemur usuvenit. Siquid proximè sub oculis constitutum comtemplemur, id nequaquam exquisitè dignoscimus. At si justo intervallo distantes intueamur, omnia

τῷ ἴδιῳ μέρει, ἅπαντα σαφῶς φαίνεται τὰ δύ, καὶ τὰ μὴ ἴσως ἔχοντα. τὸ δὴ ἄνθρωπον ὄντα, Ἀφροδίτῃ, καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι, τί ἄλλο, ἢ ἀνελκρύσαι ἐστὶν ὑπολίζειν τὰς θεάς; ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις, οὐχ ἵνα τὸ μικρὸν μεῖζον γένηται τῇ συγκρίσει, ὡς τὸ μεῖζον ἀποσμικρυνθῆναι, πρὸς τὸ παπεινότερον καταφέρεται. οἷον, εἴ πνες ἅμα βαδίζοιεν, ὁμοῦ, μέγας, ὁ δὲ, πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος, εἶτα δέηται ἀποσῶσαι αὐτὸν, ὡς μὴ ὑπερέχειν θατέρῳ τὸ ἕτερον, ἢ ἔτι βραχύτερον ὑπεραναπεμένειν τοῦ γοῦν ἀν, κἂν ὅλῳ μάλιστα ἀκροποδὶ ἐπεγείρῃ ἑαυτόν, ἀλλ' εἰ μέλλοιεν ὁμήλικες φανεῖσθαι, ὁ μεῖζον ἐκεῖνος ἐπικύψῃ, καὶ παπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. ὡσαύτως ἢ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις εἰκάσαι, οὐχ ὅτως ἄνθρωπος μεῖζον γένηται, ἢν τις αὐτὸν θεοῦ ἀπεικάζῃ, ὡς τὸ θεῖον ἀνάγκη ἐλαττῶσαι πρὸς τὸ σφέτερον ἐπικλώμενον. καὶ εἰ μὲ ὑπὸ ἀπορίας τῆς ἐπιχαίρειν, ἐπὶ τοῦ ὑρφνία ἐκπίπτοιεν τῆς τοῦ λόγου, ἥπερ ἂν ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι ὑπὸ ἀσεβείας αὐτὸ φρᾶσαι. ἐν δὲ τοσαύτῃ ἔχων καλῶν γυναικῶν, Ἀφροδίτῃ, καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι αὐτῷ ἐβλάπτεσθε, ὦδὲ δέον. ὥστε τὸ ἄγαν τοῦτο, καὶ ἐπίφθονον, ἀφαίρει ὦ Λυκῖνε. ἐγὼ γὰρ πρὸς σὲ σχόπω τὸ τοιοῦτον. ὃς ὦδὲ ἄλλως ῥᾴδιος πρὸς τὰς ἐπαίνους, καὶ πρόχειρος ὤν, εὐτύχανες. ἀλλὰ νῦν ὅτου εἶδε ὅπως ἀθρόαν μεταπέπτωκας τὴν μεζεολοιδορίαν, ἐπιδαψιλεύόμενος. καὶ ἐκ τοῦ πάνυ φειδομένου, ἀσωτος εἶ τοῖς ἐπαίνοις ἀναπεφηνας. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο αἰσχυνθῇς, εἰ μεζαρυθμιεῖς τὸν λόγον ἤδη ἀφειδέστερον. ἐπεὶ ὁ Φειδίας φασὶν ὅτι ποιήσας, ἐπιπεξεργάσαιτο τοῖς Ἠλείοις τὸν Δία.

omnia liquidiùs apparent, quæ bene, quæque secus se habent. Ergo hanc, cùm sit homo, Veneri & Iunoni assimilare, quid aliud est quàm Deas ex professo extenuare? siquidem in ejusmodi comparationibus, non tam quod parvum est collatione crescit, quàm quod majus, imminuitur, dum ad id quod humilius est, pertrahitur. Exempli gratia, si duo simul incederent, alter prægrandis, alter pumilio, deinde ipsos adæquare oporteret, ne alter alterum statura superaret, nequaquam breviore semet quantumvis extendente hoc fieret, etiamsi sese in summos pedes maximè erigeret. At si statura pares videri debeant, major ille caput demittet, ac se humiliorem reddet. Similiter & in id genus imaginibus, non tam major fit homo, si cum Deo comparetur, quam necesse est imminui Deum, ad id quod est inferius, reflexum. Et siquidem terrestrium penuria, orationem ad cœlestia extenderes, minùs vitio verteretur, quod per impietatem hoc feciſses. At tu quamvis tam eximias mulierum formas haberes, cum Venere, & Iunone ausus es ipsam comparare, cùm nihil opus esset. Quare hoc nimium atque invidiosum demas Luciane. Neque enim hoc tui est moris, qui ad laudandum alioqui non eras facilis ac promptus. At nunc nescio quo pacto derepente mutatus es, hoc abundè faciens: & qui laudum hactenus fuisti parcissimus, earundem evasisti prodigus. At ne te pudeat jam editam orationem retractare: quandoquidem & à Phidia sic factum fuisse dicunt; quum apud Eleos Iovem construxit.

στὰς γὰρ αὐτὸν καθ' ἓν τῶν θυρῶν, ὁπότε τοσοῦτον ἀναπετάσας ἐπιδεῖκνυε τὸ ἔργον, ἐπῃνεῖτο τῶν αἰτιωμένων τι, ἢ ἐπῃνοῦντων. ἦν τὰ μὲν, ὁ μὲν, τὴν ῥῖνα, ὡς παχίαν. ὁ δὲ, ὡς ἐπιμηκέστερον τὸ πρόσωπον. ὁ δὲ ἄλλο, ἄλλό τι. εἶτ' ἐπειδὴ ἀπηλλάγησαν οἱ ἥκοντες αὖθις τὸν Φειδίαν ἐγκλείσαντες ἐαυτὸν, ἐπανορθοῦν, καὶ ῥυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ τοῖς πλείοσιν δοκοῦν. ὁ γὰρ ἠξίου μικρὰν εἶναι συμβολὴν δῆμον τοσοῦτον, ἀλλ' ἀεὶ ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τὰς πολλὰς βελτίονος ἀρᾶν ἑνός, κἂν Φειδίας ᾖ. ταῦτά σοι ἀπ' ἐκείνης κομίζω, καὶ αὐτὸς ἀφελιμαῖα, ἑταῖρός τε, καὶ ἄντης ὤν. *Lv.* Πολύστρατε, οἷον ὂν ῥήτορ ἐλελήθεις με, φησὶν ὁ ἐμὸς οὗτος μακρὰν, καὶ κατηγορίαν τοσαύτην ἐξενήνοχας καὶ συγκεκομμένον, ὥστε μηδὲ ἐλπίδα μοι ἀπολογίας ἐπὶ κατηγορίᾳ τοσαύτῃ ἀλλ' ἐκεῖνο γε ἃ δικαίως ἐποίησατε, καὶ μάλιστα σὺ, ἐρήμῳ κατασταίσας καὶ βιβλίῳ, μὴ παρόντος αὐτῷ συνηγόρου. ῥᾴδιον οἶμαι τοῦτ' ἐστι, καὶ τῷ παρόντι μόνον θέοντα κρατεῖν. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ ἡμεῖς ἐάλωμεν, ὅτε ὕδατος ἡμῖν ἐκχυθέντος, ὅτε ἀπολογίας ἀποδοθείσης. μᾶλλον δὲ τοῦτο πάντων ἀποπώτατον, οἱ αὐτοὶ κατήγοροι, καὶ δικασταὶ ἦτε. πότερον δ' οὖν ἔλεγες, ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγων, ἢ καὶ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν, καλινῳδίαν τινὰ συγγράφων; ἢ δοκεῖ μοι ἐφεστήκειν τι ζητεῖν τῶν δίκαιον; Πο. νὴ Δί' ὑπὲρ ἔχης τι δίκαιον εἰπεῖν. ὁ γὰρ ἀναδίκους ὡς σὺ φῂς, ἀλλ' οὐ φίλοις ποιήσῃ τὴν ἀπολογίαν. ἐγὼ δὲ, καὶ συνεξαγωνιῶ σοι ἕτοιμος ἐπὶ

Stabat enim ille poſt fores, ubi primùm opus expanſum oſtendit, unde eos qui vel reprehenderent, vel laudarent quſppiam exaudiebat. Cæterùm alius naſum, utpote craſſiorem, alius faciem, utpote longiorem, alius aliud reprehendebat. Deinde cùm diſceſſiſſent ſpectatores, intus incluſus Phidias denuo effigiem corrigebat, & ad vulgi ſententiam accommodabat: ſiquidem populi tam numeroſi conſilium non leve cenſebat, imò neceſſe eſſe ut plus viderent multi quàm unus, etſi Phidias foret. Hæc ab illa tibi affero, eademque ipſe te moneo, qui tui amicus ſum & ſtudioſus. *Luc.* Hactenus Polyſtrate te tantum rhetorem eſſe ignoraveram. Itaque orationem ita prolixam, accuſationem ita gravem adverſus meum libellum protuliſti, ut mihi nulla ſpes defenſionis ampliùs ſuperſit. Verumenimvero non ex judiciario more feciſtis, in primis verò tu, quum indicta cauſa librum condemnaſti, cui deerat patronus. Facillimum autem illud eſt, ut opinor, juxta paræmiam, Solum currentem vincere. Itaque nihil mirum, ſi victi fuimus, neque effuſa nobis aqua, neque reſpondendi facultate conceſſa. Quin potiùs illud eſt omnium abſurdiſſimum, quod ipſi & accuſatores, & judices eratis. Vtrum ergo vis, ſileam decretis acquieſcens, an juxta Himeræum illum poëtam, retractationem conſcribam? aut mihi copiam facietis provocandi ad aliud judicium? *Pol.* Sanè per Iovem, ſiquid juſti habes quod dicas. Non enim contra adverſarios, ut dicis, ſed apud amicos defenſionem ſuſcipies. Ego verò in hac cauſa tuis à partibus ſtare ſum paratus. *Luc.*

τῆ δίκης. Λυ. ἀλλ' ἐκεῖνο ἀνιαρὸν ὦ Πολύστρατε, ὅτι μὴ ἐκείνης παρούσης, ποιήσομαι τὰς λόγους. μακρῷ γὰρ ἂν ἦν ἄμεινον ἰδεῖν. νυνὶ δ' ἀναίσχυντα ἀπ' ἐντολῆς ἀπολογήσασθαι. ἀλλ' εἴ μοι τοιοῦτον ἀγγελιαφόρον γένοιο ἐκείνης, οἷον παρ' ἐκείνης ἐμέ γεγένησαι, τολμήσω ἀναρρίψαι τὸν κύβον. Πο. θαῤῥεῖ ὦ Λυκῖνε τοῦτο δὲ ἕνεκα, ὡς ὁ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας, πειράσομαι ὑμῖν βραχέα εἰπεῖν, ὡς ἂν μᾶλλον μνημονεύσαιμι. Λυ. καὶ μὴν πάνυ μοι ἔδοξε μακρῶν τῶν λόγων, ὅσους ὅτι σφοδρὰν τὴν κατηγορίαν. ὅμως δὲ σοῦ ἕνεκα ἐπιτιμήσω τῇ ἀπολογίᾳ. κἀγὼ παρ' ἐμοῦ τοῦτο πρὸς αὐτῆς ἀπάγγελλε. Πο. μηδαμῶς ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' ὥσπερ αὐτῆς ἐκείνης παρούσης λέγω τὸν λόγον. εἶτ' ἐγὼ μεμνήσομαί σε πρὸς αὐτήν. Λυ. σὺν θεῷ ἐπειδήπερ οὕτω σοι δοκεῖ ὦ Πολύστρατε, ἡμῖν, πάρεσται, κἀγὼ παρεῖρηκε δηλαδὴ ἐκείνα, ἅπερ σὺ παρ' αὐτῆς ἀπήγγειλας. ἡμῖν δὲ χρὴ τὸν δεύτερον λόγον ἀνάρχεσθαι. καίτοι, ἐγὼ οὐκ ἤσχυνον πρὸς σὲ εἰπεῖν, ὃ πέπονθα, οὐκ οἶδ' ὅπως φοβερώτερόν μοι τὸ πρᾶγμα πεποίηκε. κἀγὼ ὡς ὁρᾷς, ἰδρῶ τε ἤδη, καὶ δέδοικα, καὶ μεγαυχεῖν ἐν ὁρᾶν αὐτὴν οἴομαι, κἀγὼ τὸ πρᾶγμα πολλοῦ μοι δεῖν παραχεῖν πεποίηκεν. ἄρξομαι δ' ὅμως. ἐπεὶ γὰρ οἷόν τε ἀναδῦναι, ἤδη παρούσης. Πο. καὶ νὴ Δία πολλοῦ τὴν δυσμένειαν ἐπιφαίνῃ τῇ πρεσβύτῃ. φοβεῖσθαι γὰρ ὡς ὁρᾷς, καὶ πρεσβυτής· ὥστε θαῤῥῶν λέγε τὸν λόγον. Λυ. ἐγώ σε ὦ γυναικῶν ζηλῶ, μεγάλα ὡς φῂς, καὶ πάνυ δὴ μέτρια ἐπαινέσας, οὐχ ὁρῶ ὅτι τηλικοῦτον ἐπῄνεσα, ἡλίκην αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σαυτῆς ἐξευλόγησας, τοῦ πρὸς τὸ θεῖον τιμῶν

Luc. At moleſtum illud Polyſtrate, quòd ea non præſente verba faciam. Id enim longè foret ſatius. Nunc verò mihi juſſo reſpondere neceſſe eſt. Sed ſi talis apud illam internuncius mihi fueris, qualis illius apud me fuiſti, aleam jacere audebo. *Pol.* Quod ad hoc attinet, confide Luciane, fore ut me tuæ defenſionis actorem non malum habeas, ſi paucis dicere coneris, quò faciliùs omnia recorder. *Luc.* Atqui longiſſima oratione mihi opus erat, adverſus accuſationem adeò vehementem; tamen in tui gratiam, defenſionem præſecabo. Itaque hæc illi meo nomine renuncia. *Pol.* Nequaquam Luciane; ſed tanquam illa præſente orationem habeto. Deinde apud ipſam te imitabor. *Luc.* Proinde, quando ita tibi videtur Polyſtrate: illa quidem præſto eſt, eaque dixit videlicet, quæ tu ipſius nomine mihi renunciaſti. Nobis autem exordienda eſt ſecunda oratio. Atqui, non verebor enim tibi dicere quod mihi accidit, neſcio quomodo rem hanc mihi magis metuendam reddidiſti: & ut vides, jam ſudo, & metuo, eamque tantùm non videre puto, quæ res multum me perturbavit. Incipiam tamen: cùm ea jam præſente nulla ſit fugiendi facultas. *Pol.* At, per Iovem, magnam vultu præ ſe fert benevolentiam, viden' ut eſt hilaris, & manſueta. Quare orationem confidenter aggrederere. *Luc.* Ego te fœminarum præſtantiſſima, magna immodicaque laude proſequutus, non video factum eſſe ut te tantum laudaverim, quantum ipſa hoc de te encomium protuliſti, dum honorem qui numini tribuitur ma-

ὐ μεγάλῳ πλεμμ. χρεὼν γὰ ἁπάντων τῶν μέζον, ὧν ἔρρηκα σοὶ σὲ. καὶ συγχώρει, εἰ μὴ ὦ παύτως σοι ἀπογέγραψα τὴν εἰκόνα, ὑπ' ἀγνοίας με λελαθόσαν. ὃ γὰ ἂν ἄλλῳ περὶ αὐτῆς ἐγραψάμην. ὥστε παύτη γε ὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσιν τὰς ἐπαίνας, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερά μοι δοκῶ τ' ἀξίας εἰρηκέναι. σκόπει γοῦν ἡλίκον τῶν παρελιπον, ὡς ἐμμελέτως εἰς ἐπίδειξιν πρόπου χρηστῶ, καὶ γνώμης ὀρθῆς, ὡς ὅσοι τὸ ἧττον μὴ ὐ παρέργῳ σπουδσιν, ἅτοι ὦ τι πρὸς ἀνθρώπους ἄριστοι ἂν εἶεν. ὥστε εἰ πάντως μεταπεμπῆσαι δεῖ τὸ λόγον, καὶ τὸ ἀγαλμῶ ἐπαινοξώσαι, φέρειν μ' ὀκνῶ ἂν ὁ τολμήσαιμι αὐτῶ, προσθήσω γὰ τῶν, ὡς πινακεφαλῶ τ' παντὸς ἔργα, καὶ κομψοῦ. ἐπ' ἐκείναν μὲντοι τὰ πάνυ πολλοῦ σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ. ἐμὸν γὰρ ἐπαίνεσαι τὸ μέτριον τ' σὸν πρόπω, καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπέπτες, μὴ ἧ τύφω μεῖζον ἐνεπλήσθη φρὶ ὁ παρὼν ὄγκος τ' παραγμάτων, σὺ τὰ τοιαῦτα αἰπασαμένη τ' λόγω, ἐπέσπασο τ' ἐπαίνω τὴν ἀλήθειαν. τὸ γὰρ μὴ προσπαίζειν τὰ τοιαῦτα τ' ἐγκωμίων, φαλ αἰδεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μέζω ἢ χρ σὲ ἔννοια λέγειν, μετρίας τ' δημοτικῆς πιν Διογένους δεῖ μοι ἐστ. πολλοὶ ἀλλ' ὅτων ὡς ἂν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ ὄτω Διογένης ὁ συγγράψων, τοσούτω ἀξιωτέραν ὑπερεπαινεθῆ ἀποφάνεις σαυτόν. καὶ χρεὼν ἐς τ' Διογένης λόγον προσειλήφθαί σοι τὸ πραῦμα. ὃς ἐρωτῶν τινὸς ὅπως ἂν τις εὐδοξοῖ, ἡδέως ἤκουσε. φαίην γὰρ ἂν τ' αὐτὸς, εἴ τις ἔροιτό με, τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι, ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν. ἀλλὰ ταῦτα

gni facis. Istud enim, omnium quæ de te dixi, ferme est maximum. Ac veniam deprecor, quòd etiam hanc imaginem tibi non ascripsi, quæ me per ignorantiam latebat: non enim aliam ante ipsam delineassem. Itaque ista ratione quidem, nedum laudando nimius fui, sed longè inferiora quàm pro dignitate dixisse mihi videor. Igitur considera quantum sit illud quod prætermisi, quàm insigniter magnum ad demonstrationem bonorum morum, & recti judicii: quòd quicunque numen non perfunctoriè colunt, etiam humanis in rebus optimi sint. Quocirca si omnis oratio esset retexenda, & emendandum simulachrum, ex ea nihil auferre auderem, imò & hoc adderem tanquam totius operis caput & verticem. Quo nomine me tibi magnam gratiam debere confiteor. Cùm enim animi tui moderationem laudarim, & quod nihil sublime, nihil fastu plenum tibi indidit præsens rerum amplitudo, tu his in oratione mea reprehensis, laudum veritati fidem attulisti. Nam quòd laudes istiusmodi non præripis, sed earum te pudet, majoresque dicis quàm ut tibi conveniant, modesti & popularis animi est argumentum. At quanto magis erga laudes ita affecto es animo, tantò summis laudibus digniorem te reddis. Eaque res in Diogenis sententiam ferme tibi cecidit. Qui interrogante quopiam quo pacto quis gloriam consequi posset: si gloriam inquit contempserit. Ipsę etiam dicerem, siquis me interrogaret, quinam potissimum laude digni sint, quicunque laudari nolunt. At hæc aliena fortè sunt,

ἅπ ἴσως ἐξαγώνια, καὶ πόῤῥω ἕστηκε. ὑπὲρ ἧς δὲ χρὴ ἀπολογήσασθαι, τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῇ σὺ Κνίδῳ, καὶ κήποις, καὶ Ἥρᾳ, καὶ Ἀθηνᾷ, τὴν μορφὴν ἀναπλάττων, εἴκασα. [1] ταῦτά σοι ἔμπαλιν ἔδοξε, [2] καὶ ὑπὲρ τὰ πόδα; ποῖ αὐτῶν δὴ τὴν τύχην ἐρῶ. καίτοι παλαιὸς ὅτος ὁ λόγος, ἀνάδυνις εἶναι ποιητὰς, καὶ ῥαφέας. τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας, καὶ μᾶλλον οἶμαι, εἰ μὴ χαίρων, καὶ βάδην, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο. ἀλλόδοξον γάρ τι ὁ ἔπαινος. ὅθεν ἔστιν αὐτῷ μέτρον εἰς μέγεθος, ἢ ὁρμὴ χρήσθαι νενομοθετημένον. ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερβαλοῦσά τιμᾷ, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸ ἐπαινούμενον. ὃ μὲν ταύτην ἐγὼ βαδιοῦμαι, μὴ δὲ σοὶ δέξω ὑπ' ἀπορίας αὐτὸ ἁμᾶν. ἐκεῖνο δέ σε φημὶ [3] τοιούτοις ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸ ἐπαινούμενον θεραπεύειν, καὶ εἰκόσι, καὶ ὁμοιώσεσι πρέπειν. καὶ χρὴ δὲ τοῦτο τὸ μέγιστον ἴσον εὐ εἰκάσαι. τὸ δὲ οὐ, οὐδὲ μάλιστα κεφάλαιον. εἰπέ μοι τις τοῖς ὁμοίοις ἀφθονώτερον, ἢ ἧττον πρὸς τὸ ὑποδεέστερον ποιῆται τὴν παραβολήν, ἀλλ' ἢ τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. εἶεν, ἢν τις καὶ ἐπαινῶν, εἶπει ἀλάστικον μείζω εἶναι αὐτὸν, ἢ ἀνιαρόν, ἆρά σοι ὁ τοιοῦτον δοκεῖ ἐπαινεῖν εἰδέναι; οὐκ ἂν εἴποις. ἀλλὰ μὴν ὅμοι εἰ λύκου φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, ἢ ὅτι μεγάλως τι ἐπῄνεσεν. ἀλλὰ πῦ τὸ

sunt, & extra rem. Verùm de quo instituenda mihi defensio, illud est, quod te cum Cnidia, & hortensi Venere, cum Iunone, & Minerva, formam tuam effingendo, comparavi. Ea-ne modum excedere, & pede latiora tibi visa sunt? De his ipsis igitur dicam: quanquam vetus est hoc verbum, rationibus reddendis non esse obnoxios poëtas & pictores: puto etiam laudatores, eoque magis, si humi & gressim, ut nos, at non præter modum ferantur. Laus enim res est libera. Neque modum ullum ad magnitudinem, aut brevitatem, ipsi leges præscripsêre. Sed illud tantùm ex omnibus respicit, quomodo summè admirabitur, & insignem faciet eum quem laudat. At ego viam hanc non ingrediar, ne id inopia consilii facere tibi videar. Illud vero dico, ejusmodi nobis esse laudativarum orationum occasiones, quomodo imaginibus & comparationibus laudatorem uti oporteat. Et ferme in hoc sita est bene effingendi summa. Illud vero rectè effictum, sic potissimum judicabitur, Non si quis cum similibus comparaverit, neque si cum eo quod vilius est compositum, sed si quod laudatur, ad excellentiorem archetypum, quoad fieri potest, extulerit. Exempli gratia, si quis canem laudando, diceret esse vulpe aut fele majorem, nunquid ille laudandi rationem tibi videtur nosse? Non utique dixeris. Sed neque si lupo parem esse diceret, neque sic magnificè laudaret. Sed ubi tandem

1 Ταῦτά σοι ἔμπαλιν ἔδοξε] Ταῦτά σοι ἄμπαξ ἐδ. Itaque adjungit, καὶ ὑπὲρ τὰ πόδα. Marcil.

2 Καὶ ὑπὲρ τὰ πόδα.] Vide Paræmiogr. Bourd.

3 Τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς] Τοιαύτας ἡμῖν παροχὰς τὰς ἀφορμάς. Mate.

ἴδιον δ' ἐπαίνε ἀποπλεῖται; ἢν ὁ κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται καὶ μέγεθος, καὶ ἀλκήν. ὡς τὸν Ὠρίωνος κυνὰ ἐπαινῶν ἔφη ποιητὴς, λεοντοδάμαν αὐτόν. ἔτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος, ἢ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινοίη θέλων, ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς ὀρθέσαι, οὐκ ἂν οἶμαι γελασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ δ' ἐπαίνε, ὅτι μὴ εἰ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγχε ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, ἀλλὰ τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν πρὸς ἔπαινον. ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς Διόμηδον τὸν Γλαύκου; ἀλλὰ Πολυδεύκεος βίαιον φήσας ἀνατείναντα ἂν αὐτῷ σπαστὰς τὰς χεῖρας. ἀλλὰ σιδήρεον Ἀλκμήνας τέκος. ὁρᾷς οἵοισι αὐτὸν θεοῖς εἴκασε; [1] μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν σφείων ἀπίφηνε. καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντεπαινέμενος, ὅτι σφεῖσι μὴ μιμοῦντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητὴν, ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ εὐδοκίμουν ἄμφω, καὶ ἐπῳῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. ὁ μὲν, ἐπὶ τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος. ὁ δὲ ποιητὴς, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ἄσματι. μὴ δὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι βλέμμασι ὅσῳ ἦν τῷ ἐπαινεῖν ἀναγκαῖον, ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ διαθέσει μέτρῳ, τοῦτο ὑποβαλὸν τῷ λόγῳ. ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν σὺ μισεῖς τοὺς κολακικοὺς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ σὸν ἔργον ἄλλως. ἐθέλω δέ σοι διακεῖναι, καὶ ὁποῖόν τό, τε δ' ἐπαινέντος ἔργον, καὶ τὸν δὲ κόλακος

dem quod laudis est proprium absolvitur? Si canis dicatur magnitudine & robore, leoni esse similis, ut Orionis canem laudans poëta, leonis domitorem appellat. Nam hæc utique canis perfecta laus est. Rursus siquis Milonem Grotoniaten, aut Glaucum Carystium, aut Polydamantem laudare volens, eorum unumquemque muliere robustiorem esse diceret, nonne deridendum putares ob insulsam laudationem, siquidem etsi eum viro aliquo præstantiorem dixisset, neque hoc ad laudem suffecisset? At quomodo celebris poëta Glaucum laudavit? non dixit Pollucem manus adversarias cum ipso conseruisse: neque ferreum Alcmenæ filium. Vides qualibus Diis ipsum assimilarit? quin potiùs ipsis imaginibus expressit. Et neque Glaucus indignatus est quòd cum inspectoribus athletarum Diis col atus laudaretur, neque illi ulti sunt vel Glaucum, vel poëtam, prout in laude impium: sed ambo celebres, & in honore apud Græcos fuerunt: ille roboris nomine Glaucus: poëta verò & rerum aliarum, in primis verò carminis hujus ratione. Nec verò mireris, si & ipse cùm effigiem fingere vellem: altiori, quod laudanti erat necessarium, usus sum exemplari, ratione id subjiciente. Quandoquidem autem adulationis mentionem fecisti, quòd assentatores odisti, laudo te, nec aliter fieri conveniebat. Sed enim volo tibi laudatoris opus, & adulatoris nimietatem discernere, & definire. Ita-

[1] Μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν σφείων] Μᾶλλον δὲ καὶ πρείττω αὐτῶν σφείων. *Mars.*

[1] Τὸν

ὑπερβολήν. ὁ μὲν δὴ κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τὰ ἑαυτῷ ἐπαινῶν, ἀληθείας ὀλίγον ποιούμενος τῷ πρόνοιαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν. ἐπιψευδόμενος δὲ πλείω παρ' αὐτοῦ τὰ πλείω, ὡς μὴ ἂν ἀνήσειν δὲ τὸν Θερσίτην συμφορώτερον ἀποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ τὸν Νέστορα φαῦναι τὸν ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντων, τὸν νεώτατον εἶναι. διομόσαιτο δ' ἂν δὲ τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος. καὶ τὸν Ἰφίκλου ὀξύτερον διόρασιν τοῦ Λυγκέως, ἤν γε μόνον κερδάνῃ τι ἐλπίσῃ ἐπὶ τῇ ψεύσματι. ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν, ὡς ὅπως μὴ δόξει ἂν ψεύσασθαί τι, ἢ φθονεῖν τῷ μὴ ὅλως φθονοῦντων. τὰ δὲ ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, διαβαλεῖν, ἐπαύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε. καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, ἵππον ἐπαινέσας θέλων, φύσει κοῦφον ὂν ἴσμεν ζῷον, καὶ δρομικὸν, ὅτι ἄκρου ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέοι, καὶ κατέκλα. καὶ πάλιν οὐκ ἂν ὀκνήσειε φάναι ἀελλοπόδων δρόμων ἵππων. καὶ τὴν οἰκίαν ἐπαινῶν κολλὴν, καὶ ἁρμοστὴν κατεσκευασμένην, εἴποι ἄν, Διὸς ἂν τοιάδε γ' ὀλυμπίᾳ ἔνδοθεν αὐλή. ὁ δὲ κόλαξ, τοῦτο τὸ ἔπος, κἂν ᾖ τὸ συβώτου κακὸν εἶποι, εἰ μόνον τι φθόγγος συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν. ὅπως Κυμαῖος ὁ Δημητρέως τοῦ πολιορκητοῦ κόλαξ, ἀπάντων αὐτῷ τῶν περὶ τὴν κολακείαν κατεναλωμένων, ἐπήνει τὰ βηχὸς εὐοχλέσμενον τὸ Δημήτριον, ὅτι ἐμμελῶς ἐχρέμπτετο. ὁ μόνον ἦν τοῦτο ἐκεῖνον ἀνιῶν.

Itaque assentator utpote proprii compendii causa laudans, nulla veritatis ratione habita, omnia supra modum laudanda putat: multa mentiens, deque suo addens, adeò ut Thersiten Achille formosiorem facere, & Nestorem eorum qui ad Ilium militarunt natu minimum dicere non vereatur. Quinetiam jurare ausit Crœsi filium auditus acumine Melampodem antecellere, Iphnea verò visu Lynceum, dummodo lucri aliquid ex mendacio se capturum speret. Porrò laudator, mentiri nolit, aut aliquid ex iis quæ neutiquam insunt, addere: sed quæ bona habet à natura, quamvis non sint admodum magna, per comparationem auget, & majora ostendit. Et dicere ausit, laudando equum, natura levem, ut ea scimus esse animantia, & cursu velocem, Ille per intactæ segetis, vel summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Rursus non dubitaret dicere, Procellipedum cursum equorum. Quinetiam si domum eximiam, & optimè extructam laudet, dixerit. Talis & intus erat magni Iovis aula suprema. At hunc versiculum assentator, etiam de subulci tugurio id diceret, si modò aliquid à subulco acceptum se speraret. Veluti Cynæthus Demetrii illius Poliocetæ assentator, absumptis omnibus assentandi rationibus, Demetrium tussi vexatum laudabat quòd scitè spueret & excrearet. Non solum autem

1 Τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος] Atqui Herodotus lib. 1. ὁ δὲ παῖς οὗτος ἄφωνος. videtur itaque aut alios secutus auctores Lucianus, aut memoria ei vacillavisse. Nam & infrà in Gallo sive somnio, λυπεῖ δέ, inquit, τὸν μὲν Λυδὸν, ὅτι κωφὸς ἦν. Neque dixeris hoc Luciani loco reponi posse λαλίστερον. Repugnat enim comparatio cum Melampode. *Merc.*

τέρα αὐτῶν γνώρισμά ἐστι, τὸ τὰς μὲ κόλακας τὸν ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι δ' χαρίσασθαι ἕνεκα τοῦ ἐπαινουμένου, ἐξαίρειν δ' τὰς ἐπαινέσεις τὸ ὑπάρχον σφόδρα πειρᾶσθαι, ἀλλὰ κἀκείνου ὀλιγωρεῖν διαλλάττουσιν. ὥσπερ οἱ μὲ κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς. οἱ ἐπαινέτης δ', καὶ σὺ αὐταῖς τούταις σωφρονεῖσθαι, καὶ ὁρᾶν τὰ ὅρια μένοντα. τοῦτό σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας, καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς δείγματα, ὡς μὴ πάνυ ὑποπτεύῃς τὰς ἐπαινέσεις, ἀλλὰ διακρίνειν, καὶ σαυτὸν πρὸς ἀκρίβειαν μέτρῳ ἐκφέρειν. φέρ' οὖν εἰ δοκεῖ, πρόσεχε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις, τοὺς κανόνας ἀμφοτέρους, ὡς μάθοις εἴ τε τούτῳ εἴτ' ἐκείνῳ ἐοίκασιν. ἐγὼ γὰρ εἰ μήπω πάνυ ἄμοιρον ὄντα ἔφλων τοῦ σὺ Κνίδῳ ἀγάλματος ὁμοίαν γοῦν ἂν, καὶ δ' Κνιδίοις κολακικώτερον ὄντως νομιζοίμην. εἰ δὲ τοιαύτην ὑπάρχουσαν, οἵαν πάντες ἴσασιν, ἀ πάνυ σὺ πολλοῦ ἀξιοῖς, τοῦτο τὸ τόλμημα. τάχα δ' νῦν φαίης, μᾶλλον δ' ἤδη εἴρηκας, ἐπαινεῖν μὲν συ εἰς τὰ κάλλιστα ἐφιέσθω. ἀνεπίφθονον μέντοι ποιήσασθαι τὸ ἐπαινεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ θεοῖς ἀπεικάζειν ἄνθρωπον ἄνδρα. ἐγὼ δ', ἤδη γάρ με προάγεται τὰληθὲς εἰπεῖν, ἀ θεοῖς μὲ ὦ βελτίστη εἰκάσαι, πεπυκτῶν δ' ἀγαλμάτων δημιουργήμασι, λίθοις, καὶ χαλκοῖ, ἢ ἐλέφαντος πεποιημένοις, τὰ δ' ὑπ' ἀνθρώπων κεχρωσμένα, σὸν ἀστεῖς εἶμαι ἀνθρώποις εἰκάζειν. ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο εἶναι τῶν Ἀθηναίων ὑπείληφας, τὸ ὑπὸ Φειδίου πεπλασμένον, ἢ τοῦτο τῶν ἀρχαίων Ἀφροδίτην, ὃ ἐποίησε Πραξιτέλης ὁ Κνίδιος, ἀλλ' ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ, τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεῶν δοξάζειν. ὧν τὰς τε ἀληθεῖς εἰκόνας

autem hac nota à se invicem discernuntur ambo, quòd non dubitent assentatores mentiri in eorum qui laudantur, gratiam. Laudatores verò dotes quæ insunt, extollere conantur. Sed hac re etiam non exigua à se invicem differunt, quòd assentatores, quoad fieri potest, Hyperbolis utuntur: laudatores in iis sibi temperant, & intra terminos manent. En tibi ex multis pauca assentationis, & veræ laudis indicia: ne laudatores omnes suspiceris, sed utrumque discernas, & propria mensura metiaris. Age itaque si videtur, ea quæ à me dicta sunt ad utriusque canonem expende, ut intelligas huic-ne an illi sint similia. Nam si deformem aliquam Cnidio simulachro similem dixissem, revera præstigiator, & Cynætho adulantior existimarer. Sed si dixi eam, quæ talis est, qualem norunt omnes, non admodum longo intervallo distabat ausum. At dices fortasse, aut potiùs jam dixisti: pulchritudinem quidem laudare tibi liceat. Sed enim immunem ab invidia laudem tribuere conveniebat: non autem Deabus hominem me comparare. Ego verò, jam enim adducar ut verum eloquar, te ô præstantissima, nequaquam cum Deabus comparavi, sed cum eximiorum artificum operibus, ex lapide, ære, aut ebore confectis. At quæ ab hominibus sunt facta, cum hominibus comparare non puto impium, nisi Minervam illud esse existimasti, quod Phidias effinxit, aut cœlestem Venerem illud, quod non multis abhinc annis Praxiteles Cnidi fecit. At vide ne inquorum imagines veras nulla humana

decorum sit talia de Diis sentire:

ἀνεφίκτως εἶναι ἀνθρωπίνη μιμήσει ἔμοιγε καταλαμβάνειν. εἰδὲ ἔ ὄ, τι μάλιστά γε αὐτοῖς ἐκείνοις εἴκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο, ἀλλ' ἐγὼ παρὰ τοῦτο ἐπεμέλησα τοῦ ὁδοῦ, ἀλλὰ πολλοὶ, καὶ ἄμεινοι ποιηταί. καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν ἐ ναῦ ἀναβιβάσομαι συναγωνιούμενόν μοι. ἢ ἄδεμίαν μηχανὴ, μὴ ἐχὶ ἐ αὐτὸν σὺ ἐμοὶ ἀλῶναι. ἐρήσομαι τίνων αὐτὸν, μᾶλλον ἢ σὲ ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ γὰ Ἀγαμεμνονιάδες, ὃ ποιῶσα τὰ χαριέστατα τῶν ἐρασψωδημάτων αὐτοῦ, τί σοι ἐκεῖνο δοκεῖ, ὁπόταν περὶ τὰ αἰχμαλώτου λέγῃ τὰ Βρισηΐδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἐκέλη, ἐπιθῇ τὰ Πάτροκλον. εἶτα μὴ μικρὸν, ὡς ἐχὶ ἐκανὸν εἰ μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔσῃ, εἶπε δ' ἄρα φησὶ κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα ζωῇσιν. ὁπότων οὖν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀποῤῥίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ ὅλως αὐτοῦ ἐλαύθεραίζειν σὺ τοῦ ἐπαίνου. ἀλλὰ κὰν σὺ μὴ ὦῃς, ὅγε τοσοῦτος αἰὼν δέδωκεν, ὑδ' ἔστιν ὅς τις αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ ἠτιάσατο, ὑδὲ ὁ μουσίζων τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, ὑδὲ ὁ τὰ τόξα ἐπισημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ ὑδραφῇ τοῦ ὀβελοῦ. εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφιέσεται βάρβαρον γυναῖκα, καὶ ταῦτα, κλαίουσαν τὴν χρυσῆν Ἀφροδίτην εἰκάσαι. ἐγὼ δ', ἵνα μὴ τὸ καλλὺς εἶπω, διότι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν ὑδαβάλλοιμι εἰκάσι θεῶν γυναῖκα φαιδρὰν, καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλά. ὅπῃ θεοῖς ὅμοιον ἄνθρωπον ἔχουσιν ἐπὶ μῦθοι ἔ Ἀγαμέμνονος, ὅρα ὅσην αὐτὸς φειδὼ ἐποιήσατο τῶν θεῶν, καὶ ὡς ἐπαμιδύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον. ὡς ὅμοιός μοὶ φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διΐ, τῷ Ἄρεϊ ἔ, τὼ ζώνῃ, στέρνον ἔ τῷ Ποσειδάωνι, ἀφαιρῶν τὰ ἄνθρωπον ὡς μέλη τοσούτων θεῶν εἰκόνας.

mana induſtria imitatione aſſequi poteſt. ut ſentio. Quod ſi etiam te illis aſſimilaſſem, meum hoc non eſſet: neque primus hanc viam aperui, ſed multi, & eximii poëtæ, cum primis verò Homerus civis tuus, quem mihi patrocinaturum proferam: aut fieri non poteſt, quin mecum vincatur. Quare ipſum interrogabo, aut te potiùs illius loco. Etenim memoriæ mandas, quod præclarè facis, elegantiſſima carminum ejus, quid tibi videtur illud ubi de captiva Briſeide ſic loquitur, aureæ Veneri ſimilis Patroclum lugebat. Deinde paulò pòſt, ac ſi non ſufficeret, ſi ſoli Veneri ſimilis eſſet, addit, Sic itaque eſt mulier lachrymans effata Deabus Conſimilis. Ergo cùm talia dicat, illumne odiſti, & librum projicis, animi libertatem in laudando permittis? At non detamen tanta ſæculorum ſeries ipſi conceſſit. Ac nemo inventus eſt qui hujus rei illum arguerit, neque qui Imaginem ejus flagris cædere auſus ſit, neque qui obeliſcis adſcriptis nothos verſus notarit. An licebit illi mulierem barbaram, idque plorantem, aureæ Veneri comparare? Ego verò, ut pulchritudinem taceam, quoniam audire non ſuſtines, Dearum imaginibus non comparaverim mulierem hilarem, & ſæpe ridentem? Quod homines Diis ſimile habent. In laudando autem Agamemnone, vide quantum Diis pepercerit, & quàm accommodatè Imagines deprompſerit, ut illum oculis & capite Iovi ſimilem eſſe dicit, balteo Marti, pectore Neptuno, membratim dividens hominem ad tantorum Deorum imagines collatum.

Rur-

καὶ αὖ πάλιν, βοῶπιδολογεῖ Ἀρεῖ φησὶν ὅμοιον εἶναι. καὶ ἄλλον ἄλλῳ. ἀτοιδῆ τὸ φρύγα τὸ Πριάμου. ἀτοικέλιον, παλλακὶς τὸ Πηλέως. ἀλλὰ ἐπαίνειμι αὖθις ἐπὶ τὰ γυναικεῖα τῶν ἀποδειλιώντων. ἀκούεις γὰρ δήπου αὐτῆ λέγοντος, Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. καὶ οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος. ἢ μόνον ἢ τὰς ἀνθρώπους αὐτὰς θεοῖς ἀπικάζει, ἀλλὰ καὶ τῷ Εὐφόρβῳ κόμῃ, παῖς χαίτῃσιν ἀπίκασε. καὶ τοῦτο, ἄμμιγα δὲ δόδυμφιν. καὶ ὅλως τοσαῦτα ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τῶν ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ παῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηται. ὥστε ἢ κἀκεῖνα ἐξαλλάξῃς, ἢ ἐμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφεῖσθαι. ἔστω γὰρ τὸ κῆ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς ὁμοιώσεις, ἀνδύθιών ἐστιν, ὥστε Ὅμηρος καὶ τὰς θεὰς αὐτὰς σὺν ἄκρῃσιν λάβῃ τῆς ἐλαφρόνου ἐπαινέσαι. τὰς γοῦν τῆς Ἥρας ὀφθαλμὰς, τοῖς τῆς βοῶν εἴκασεν. ἑτέρου δέ τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη. τὴν μὲν γὰρ ῥοδοδάκτυλόν τις ἀγνοεῖ, τῶν καὶ ἐπ' ἐλάχιστον τῇ Ὁμήρου ποιήσει ὡμιληκότων, κρίτου τὰ μὲν τῆς μορφῆς, ἐπὶ μετριώτερα, εἴ τις θεᾷ ἐοικέναι λέγοιτο. ἀλλὰ τὰς ἐπωνυμίας αὐτὰς, πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι, καὶ Ἡφαίστιοι, καὶ Ζήνωνες, καὶ Ποσειδώνιοι, καὶ Ἑρμαῖοι ἐπωνυμούμενοι. λητὼ γὰρ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρα τοῦ Κυπρέων βασιλέως. καὶ ὅμως σὺν ἠγανάκτησεν ἡ θεὸς, δυνατὴν λίθον αὐτὴν ἀπεργάσασθαι. ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵτινες δὴ διισθαυμαστοῖσί εἰσι πᾶσιν, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν, εἰς κόρον ἐπιχωριάσας. χεδὸν γοῦν τὰ τελείως αὐτοῖς, ἐξ οὐρανοῦ ἐστι. ὥστε ἐμοὶ γοῦν γε σοὶ τὸ τοιοῦτον, ψοφο-

Rursus hunc homicidæ Marti similem esse ait, & alium alii. Deiformem Phrygem illum Priami filium, Deo similem sæpe Achillem. At rursus ad muliebria exempla redeo. Ipsum enim audis dicentem, Dianæ similis, vel aureæ Veneri, Item, qualis Diana it per montem. Nec solùm homines Diis assimilat, sed etiam Euphorbi comam Gratiis assimilavit, idque sanguine imbutam. Denique tam multa sunt id genus, ut nulla poëseos ejus pars non sit divinis Imaginibus exornata. Quocirca aut illa deleantur, aut similia audere nobis liceat. Adeò verò liberum est quod Imaginibus, & similitudinibus illustratur, ut Dearum etiam laudes à rebus inferioribus promere Homerus non dubitarit. Itaque Iunonis oculos bovinis assimilavit: alius quispiam Veneris palpebras violis similes dixit. Ecquis, etiam eorum qui in Homerica poësi minimum sunt versati, roseis digitis Auroram ignorat? Atqui mediocria sunt quæ ad formam pertinent, siquis Deo similis dicatur. Verum quo sunt numero, qui Deorum appellationes imitati sunt, Dionysii, Hephestiones, Zenones, Posidonii, Hermæi agnominati. Latona quoque fuit quædam Euagoræ Cypriorum regis uxor. Nec tamen indignata est Dea, quæ non secus ac Nioben, poterat eam in lapidem convertere. Omitto Ægyptios, qui quamvis mortalium omnium sint superstitiosissimi: divinis tamen nominibus ad satietatem utuntur. Itaque penè omnia è cœlo illis desumpta sunt. Quare nihil est quod ob laudem hanc per-

θεὸς ἀμφιβάλῃς σφῷν τὸ ἔπαινον. εἰ γάρ τι καὶ τῷ συγγεγράμμενῳ πεπλημμέληται εἰς τὸ θεῖον, σὺ μὲ ἀναδύνῳ αὐτῷ, ὡς τὸς εἰμί τινα νομίζεις ἀκροάσεως ἀδύνατα εἶναι. ἐμὲ γὰρ ἀμυνοῦνται οἱ θεοί, ἐπειδὴ σφῷν ἐμοῦ τὸ σῶμα, καὶ τὰς ἄλλας ποιῇς ἀμωμήτους. ἀλλ' ἤδη, ἤδη τὸ ἄριστον φιλοσόφων ἠμωμάνῳ, εἰκόνα θεοῦ τὸ ἄνθρωπον εἰπόνῳ εἶναι. πολλὰ δ' ἔτι ἔχων σφῷν σὶ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ ἀπομνημονεύσῃ διωκθῇ τὰ εἰρημένα. Πο. ὦ καὶ οἶδα εἴ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔτι ὦ Λυκῖνε. μακρὰ γὰρ εἴρηται σοι ὑπὲρ τὰ ὦδε, καὶ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ σκηνόμβριον. πειράσομαι δ' ὅμως ἐπιμνησθῆναι αὐτῶν. καὶ ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀπεσθῶ πρὸ αὐτοῦ, ἐπίδυσάμβῳ τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρεμπεσὸν ἄλλο συγχέῃ τὴν τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συνελθεῖν συμβῇ πρὸς τῶν θεατῶν. Λυ. αὐτῷ σοι μελήσῃ ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἄριστα ὑποκρινῇ. ἐγὼ δ', ἐπειπὴρ ἅπαξ σοι τὸ δρᾶμα παρέδωκα, καὶ μὲ ἐκ τοδοῦ ἀπορήσεσθαι. ὁπόταν δ' τὰς ψήφους ἀναγνῶσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη ἐ αὐτὸς παρίσομαι, ὀψόμβῳ ὁποῖόν τι τὸ τέλῳ ἔσῃ ἐγῶ ἔσῃ.

pertimescas. Nam siquid in Deum hoc libello est peccatum, à culpa es immunis, nisi & in audiendo culpam esse putes. At me ulciscentur Dii, quandoquidem Homerum, aliosque poëtas ante me ulti sunt. At Philosophorum præstantissimum, qui hominem Dei imaginem esse dixit, necdum puniverunt. Quanquam autem multa adhuc habeo tibi dicenda, hujus tamen Polystrati gratia finem faciam, ut dicta recordari possit. *Pol.* Haud scio, Luciane, num id adhuc possim. Nam longa fuit tua oratio, & effusam aquam prætergressa. Eorum tamen conabor meminisse. Et ut vides, hæc ad ipsam obturatis auribus jam deferre propero, nequid interlabatur quod eorum ordinem confundat, deinde mihi à spectatoribus exibilari contingat. *Luc.* Istud sanè tibi curæ erit Polystrate, ut personam optimè agas. Cæterùm ego quandoquidem fabulam tibi semel tradidi, nunc è medio discedam. Postea verò pronunciatis judicum suffragiis, iterum adero, visurus quem finem hoc certamen habiturum sit.

ΤΟΞΑΡΙΣ, Η ΦΙΛΙΑ.

TOXARIS, SIVE AMICITIA.

ARGVMENTVM.

Videtur hoc dialogo Lucianus, amicitiæ dignitatem, atque effectum commendare voluisse, dum Toxarim & Mnesippum introducit, alterum Scytharum, alterum Græcorum, in amicitiis colendis fidem, prædicantem, utrumque autem pro patria sua, contendentem, connumeratis aliquot sua ætatis hominum exemplis, qui mutua

mutua inter se amicitia devincti, extrema etiam pericula interim alii pro aliis obiére. Occasio contentionis à solemni sacrificio & cultu Pyladis & Orestis, quibus illos Scytha venerantur, sumpta est, altero videlicet mirante, & causſam scisciante, ob quam homines externos, & etiam hostes suos, divinis honoribus Scytha prosequerentur, altero autem, fidem & amicitiam illorum exponente, ob quam tantos honores prosequuti essent. Neque enim quicquam sanctius, aut religiosius à Scythis observari, & custodiri, quàm amicitiam, eáque magis illos jactare sese, quàm ullis aliis operibus ac rebus. Interim tamen & illa memorabilia sunt, quæ de ritu jungendi fœderis & amicitiæ, cujus etiam Herodotus meminit in Melpomene, & de consuetudine contrahendi auxilia atque exercitus obiter addit.

ΜΝΗΣΙΠΠΟΣ.

Τί φὴς ὦ Τόξαρι, θύειν Ὀρέστῃ, καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι περισέβεσθε αὐτούς; Το. Θύομεν ὦ Μνήσιππε, θύομεν, καὶ μὴν θεοὺς γε οἰόμεθα εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς. Μνη. νόμῳ δ' ὑμῖν ἐς ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν, ὥσπερ θεοῖς; Το. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς, καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. Μνη. τί δῆτα ὠφελοῦμοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἐπ' ὠφελείᾳ γε αὐτοῖς ἐστὶ νεκροῖς μὴ ὄντα. Το. οὐ χεῖρον μέν ἐστιν, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀνδρῶν. καὶ τιμῶμεν ὥσπερ καὶ ὑμεῖς. ἡγούμεθα γὰρ ὅτιος ἂν ἡμῖν τοιοῦτοι ὦμεν αὐτοὶ ἐθελῆσαι γενέσθαι. Μνη. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀρθῶς γινώσκετε. Ὀρέστην δὲ, καὶ Πυλάδην, πάνυ μάλιστα θαυμάσαντες, ἰσοθέους

MNESIPPVS.

Quid ais Toxari? sacrificatis Oresti, & Pyladi [1] vos Scythæ, Deosque esse illos creditis? *Tox.* Sacrificamus Mnesippe, sacrificamus inquam: haud tamen esse Deos arbitrati, sed viros bonos. *Mne.* An verò mos apud vos, etiam bonis viris vita functis sacra facere perinde ac Diis? *Tox.* Non istuc modò, verùm illos festis diebus & celebritatibus honoramus. *Mne.* Quid ab illis captantes? non enim illis, mortui cùm sint, ad captandam benevolentiam sacra facitis. *Tox.* Nihil obsit forte, si mortuos quoque benevolos habeamus. Quinetiam existimamus nos rem iis, quæ in vita sunt, magis conducibilem esse facturos, si præstantium virorum memoriam celebremus. Et defunctos honore prosequimur: siquidem hac ratione futurum arbitramur, ut multi apud nos illorum similes evadere cupiant. *Mne.* Hæc quidem rectè judicatis. At Oresten, & Pyladem quo nomine potissimùm suspexistis, ut Diis eos æquaveritis,

1 *Vos Scythæ.*] Qui oram inter Tanaim & Phasim accolunt, nunc Circassii dicti, eos nonnulli Ziccos esse volunt. *Cogn.*

ἐκποδὼν ὦσθαι, καὶ ταῦτα, ἐπήλυδας ὑμῖν ὄντας; ἢ τὸ μέγιστον, πολεμίους; οἷμαι, ἐπὶ σφᾶς ναυαγίᾳ προσπεσόντας, οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες, ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι. καὶ τὰ ὅργανα ἐπικρατήσαντες, τὸν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν Διαλαβόντες. ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες ὃ κοινὸν τῶν Σκυθῶν νόμον, ὥστε εἰ ἄρα ταῦτα πράττει τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολλὰς ὁμοίας αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοίνυν ἔνθεν αὐτοὶ ἤδη ὑμῖν τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ κρεῖττόν ἐστι ὑμῖν πολλὰς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας, καὶ Πυλάδας καλεῖσθαι. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τυγχάνειν ἂν ὑπὸ ἀσεβεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄθεοι ὄντες, τῶν ἄλλων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν σεβόντων. εἶτ' οἶμαι αὐτὴ τῶν θεῶν ἀπάντων, τὰς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας ὑμεθεάσατο ὑμῖν ἱεροσύλους ὑμᾶς ὄντας, ἵνα τοῖς θεοῖς. εἰ γὰρ μὴ αὐτὴ τότων Ὀρέστῃ, καὶ Πυλάδῃ πρῶτα, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμῖν εἰργάσατο, ἀντ' ὅτε πάλαι μὲν θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτὴν, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσοντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγῳ δεῖν τότε χαιμόροις, ἱερεῖα νῦν ἀνθρώπους. γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι. Το. καὶ ταῦτα μὲν ὦ Μνήσιππε, γλυκέα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γὰρ δύο ὄντας, ὅτε μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον χρὸν τῶν αὐτῶν ἀπέχοντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν πόντον, ἀπίστου εἰς τοὺς Ἕλληνας ὄντα, πάλαι μέγαν

veritis, idque cùm vobis essent hospites, aut quod maximum est, hostes? Qui quidem, cùm ipsos naufragio dejectos, illius temporis Scythæ comprehendissent, & abducerent ut Dianæ immolarentur: adorti carceris custodes, oppressisque excubiis, & regem trucidarunt, & assumpta sacerdote, quin ipsa quoque Diana sublata, in navi abiverunt, irrisa communi Scytharum lege. Quare si ob istiusmodi facinora viros istos in honore habetis: facilè assecuti fueritis, ut multos illorum similes reddatis. Iamque ipsi ab hoc die usque ad prisca illa respicite, num vobis expedierit multos Orestas ac Pylades in Scythiam appellere. Nam mihi quidem isto pacto religionis & Deorum expertes mox fore videmini, Diis reliquis eodem modo è vestra regione in alienam delatis. Postea, opinor Deorum omnium vice, viros qui eos eductum venerint, divinitate donabitis, & qui sacrilegi in vos fuerint, iis tanquam Diis sacrificabitis. Quod si nequaquam horum gratiâ, Orestem ac Pyladem colitis, sed aliud quippiam, ô Toxari, in vos beneficii contulerunt: qua gratia, quanquam olim non judicastis ipsos esse Deos, nunc contra sacrificantes ipsis, Deos esse decrevistis: & iis qui tunc propemodum victimæ fuerant, nunc victimas offertis? Enimvero ridicula videantur ista, cumque his quæ quondam statueratis, pugnantia. *Tox.* Et ista, quidem, Mnesippe, generosa sunt virorum illorum facinora, quæ commemoraſti: quòd duo cum essent, tam ingens ausum sint ausi, tamque procul à sua patria profecti, in Pontum navigarint, Græcis ad id usque temporis intactum, nisi

τ ἐπὶ τ Ἀργῦς ἐς τὴν Κολχίδα στρατόσαντων, μὴ καταπλαγῆῦς, μήτε τὰς μύθους τὰς ἐν αὐτῇ, μήτε τὴν ὑποψηφίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξιον ἐκαλεῖτο, οἷα οἴμαι ἀρχέων ἐθνῶν ἀποικήσοντες, καὶ ἐπειδὴ ἐάλωσαν, ὅτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῇ στρατιᾷ, καὶ μὴ ἀγαπῆσαι εἰ ἀσφαλάξονται μόνον, ἀλλὰ πιμπρᾶσι τ βασιλέα τ ὕβρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντες, ἀπαλλάττοντο, πῶς ταῦτα ἡ γυμνασιὰ, καὶ θείας ἀνὴρ τιμῆς ἄξια ἔδοξε πάντων, ὑπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν, ἀπερ ἡμεῖς ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ, καὶ Πυλάδῃ συνιδόντες, ἤρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα. Μνη. λέγεις ἀνήδη ὅ, τι σημνὸν, καὶ θεῖον ἄλλο ἐξεπραξάσθω. ἐπὶ ὅσον δὲ τῷ πλῷ, καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, πολλὰς ἂν σοι θεοπέρας σκείνων ἀποδείξαμι τὰς ἐμπόρας. καὶ μάλιστα τὰς Φοίνικας αὐτῶν. σὺν ἐς τ πόντον, ἠδὲ ἄχρι τ Μαιώτιδος, καὶ ἐς Βοσπόρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχῆ τ Ἑλληνικῆς, καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης ναυπλοομένους. ἅπασαν γὰρ ἔστι ἀκτὴν, καὶ πόλιν αἰναλόνως εἰπεῖν, διερωτησάμενοι καθ' ἑκάστην ἔτος, ὀψὲ δὲ μεθόπωρα, εἰς τὴν αὐτῶν ἐπανίασιν. ὡς κἀγὼ τ αὐτὸν λόγον, θεὸς νόμιζε. καὶ ταῦτα, καπήλας, καὶ παλιοπώλας, εἰ τύχοι, τὰς πολλὰς αὐτῶν ὄνους. Το. ἄκουε δὴ ὦ γυμνάσιε, καὶ σκόπει, καθ' ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι; δικαιοσυνέστερον ὑμῶν ἴσως τ ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴτε σὺν Ἀργεῖοι, καὶ Μυκηναῖος, εἴτε πόντιον ξένοδοξον ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστην, ἢ Πυλάδην. παρ' ἡμῖν γὰρ, καὶ νεὼς ἀποδείκνυται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ὧν ἑταίροις μὲ ἔστι. καὶ θυσίαι ξυνάγονται,

solis his qui Argo in Colchidem trajecerunt exercitum: nihil expavefacti, neque fabulas quæ de illo feruntur, neque appellationem veriti, quòd inhospitum vocaretur, videlicet, opinor, quòd feræ undique gentes accolerent: deinde cùm jam capti essent, adeò strenuè se gesserint, nec sat habuerint, si tantùm incolumes evaderent: nisi & à rege contumeliam acceptam ulti, & Diana sublata abnavigassent. Quid? annon hæc admiranda, & digna quæ divino quodam honore excipiantur in omnibus qui virtutem laudant? Sed nos hæc in Oreste & Pylade non spectantes, pro Heroibus illos habemus. *Mne.* Dicito jam quidnam aliud splendidum ac divinum patrarint. Nam quantum ad navigationem, & peregrinationem attinet, multos istis diviniores ostendero negociatores: atque inter hos potissimùm Phœnices, qui non in Pontum, neque ad Mæotidem usque, aut Bosphorum tantùm enavigant, verùm quaqua versus, Græcum ac Barbarum mare permetiuntur. Hi siquidem omnem oram, & omne littus, ut ita dixerim, quotannis scrutati, extremo tandem autumno in suam patriam revertuntur: quos ad eandem rationem pro Diis habeto, idque quanquam illorum multi fortè sunt caupones, & salsamentarii. *Tox.* Audi nunc, & considera, vir admirande, quanto nos qui barbari sumus: rectiùs vobis de bonis viris sentiamus. Siquidem in Argo, & Mycenis, ne sepulchrum quidem ullum insigne videre est Orestis ac Pyladis: apud nos verò & templum ostenditur simul utrique sacrum, ita ut par erat amicis, & hostiæ offeruntur, reliquusque omnis

καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα πομπή. καλύπτει δὲ οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὶ κεκρίσθαι. ἃ γὰρ ἐξετάζομεν ὄφελος οἱ καλοὶ, καὶ ἀγαθοί εἰσιν, ἐὰν φανῶμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθοὶ εἰρήκασιν. ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἂν τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ ἦ δὴ μάλιστα καὶ ξεναπλαγῆτε τῶν ἀνδρῶν οἰκεῖον ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστι, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι ἔτοι δὴ ἄριστοι ἁπάντων μαχηταὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις, νομοθέτην καταστῆσαι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν. καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τ' ἀρίστων θεραπεύεσθαι. καὶ ἅ γε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὁρέστειον, καὶ νόμον ἐπαίσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα, καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τὴν στήλην ταύτην, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς γεγραμμένα ἀφομνημονεύσαι. δοκεῖ γοῦν τοῦτο μοι ἐκείνους αὐτῶν ἐπιλάθεσθαι τ' παιδός, ἢ τὰς Ὀρέστου, καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοῆσαι. ἀλλὰ ἐν τῷ πρόσθεν ὄφλω τ' νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δηλοῖ, γεγραφὰς ὑπὸ τ' παλαιῶν εἰκασμένα ἐδείκνυτο, τὸν Ὀρέστου ἅμα τῷ φίλῳ. εἶπε δ' ἐν τοῖς κρημνοῖς ἀφθαρείσης αὐτῶν τ' νεὼς, [1] συνειλημμένῳ, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένῳ. καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη καθέζεσθαι αὐτῶν. κατεπεπτώκει δ' ἐπὶ θάτερα τοίχου, ἤδη σεσεισμένου τὰ δεσμὰ μεγάλα, καὶ φονεῦσαι τ' Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τ' Σκυθῶν. καὶ τέλος, ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὸν θεόν. οἱ Σκύθαι δ', ἄλλ-

omnis honos. Porrò quòd hospites erant, non Scythæ, nihil obstat quominus viri boni judicentur. Neque enim inquirimus cujates sint viri honesti ac probi, neque invidemus, si quanquam amici non sunt, res egregias gesserunt: quin magis ea quæ patrarunt, probantes, illos ab ipsis factis nostrates ducimus. Quod autem potissimùm stupentes in illis viris efferimus, illud est, quod hi nobis visi sunt amici inter se omnium longè optimi extitisse, atque aliis ceu legem statuisse, quemadmodum oportet amicos omnem inter se communicare fortunam: & promeruisse ut à præstantissimis Scytharum colerentur. Itaque quæcunque alter cum altero, vel alter pro altero tulit, ea majores nostri descripta in ærea columna Orestis in templo reposuerunt, legemque tulerunt, ut ea columna suis liberis prima esset institutio & disciplina, & quæ in illa essent adscripta recordarentur. Itaque patris quisque sui nomen citius oblivisceretur, quàm res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in ambitu templi, quæcunque in columna notantur, eadem prisorum picturis adumbrata visuntur: Nempe Orestes una cum amico navigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorum nave conspectus, & ad victimam adornatus. Iamque Iphigenia initiat eos. Ex adverso verò in altero pariete, idem jam vinculis exutus depictus est, ac Thoantem occidens, multosque ex Scythis alios: postremò solventes, & Iphigeniam ac Deam habentes. Porrò Scythæ frustra scapham ado-

[1] Συνειλημμένῳ, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένῳ] Συνειλημμένους, κ. πρ. τ. θυ. παρεσκευασμένους. *Marc.*

λως ἐπιλαμβάνονται & σκάφης ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαμένοι & πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι. εἶτ' ἤδη ἀνύσαντες. οἱ μὲν αὐτῶν, τραυματίαι. οἱ δ', καὶ δεῖ τοῦτο, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν, ἔνθα δὴ & μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσον ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπιδείκνυνται ὁ τῇ τοῦ τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γεγραφὼς ἐκάτερον, ἀμελοῦντα μὲν & καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ τοῦ ἑτέρου ἀπαντῶντα, πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ παρ' ἡδὺ τηρέοντα, εἰ λάθοι βελεῖται, σώσας & φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν ἀποτρέψας τῷ αὐτὸς σώματι. τὴν δὲ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον & τοῦτο ἀλλήλοις ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα τοῦτο οἰήσομεθα εἶναι, ἀλλὰ πολὺ γνώμης βελτίονος, ἢ καὶ τοὺς παλαὶ τοὺς ἀνθρώπους. οἷ μέχρι μὲν καλοῦ ἔρου ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν, εἰ μὴ ἐπίσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων. εἰ δέ τι & μικρὸν ἀνίσως εἴη αὐτοῖς, οἰχόμενοι, μόνοις τοῖς κινδύνοις ἐπιπλέοντες. καὶ γὰρ οὐ τόδε ὅπως εἰδῇς, ἡδὺ Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι. ἡδὺ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις σκύθης μᾶλλον σεμνύναιθ', ἢ ἐπὶ τῷ συμπεπτωκέναι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι & δεινῶν, ὥσπερ ἡδὺ ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, & τοῦδε τὸν φιλίας μεμνῆσθαι δίκαιον. ἀφ' τοῦτο Ὀρέστην, καὶ Πυλάδην πεφιλήκαμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ τὴν φιλίαν διενεγκόντας. ὃ καθ' ἕτερον ἡμεῖς ἀπάντων θαυμάζομεν. καὶ τίνομα ἐπὶ τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, κοράκας καλέσαντες.

adoriuntur jam navigantem, hærentes gubernaculis ac conscendere conâtes. Deinde re nequicquam tentata, alii quidem ex iis saucii, alii verò ejus rei metu compulsi, natatu semet in solum recipiunt, ubi vel maximè liceat perspicere, quantam in conflictu cum Scythis alter in alterum benevolentiam præstiterit. Fecit enim pictor utrumque de suis hostibus securum, sed propellentem eos qui in alterum feruntur, & ante illum jaculis occurrere conantem, ac pro nihilo ducentem si intereat ipse, modò amicum servet, vel suo ipsius corpore in illum intentos ictus præripiens. Iam verò tantam illorum benevolentiam, atque in rebus tristibus communionem, fidem, humanitatem, veritatem: denique alterius in alterum amoris constantiam, hæc haudquaquam humana putavimus esse, verùm animi cujusdam præstantioris, quàm pro hominum vulgo: qui donec secundis ventis navigatur, amicis indignantur, nisi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quod si vel paululum iis reflare venti cœperint, aufugiunt solos in periculis deserentes. Enimvero & illud noveris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, nec ulla re magis gloriatur Scytha, quàm adjuvandis amicis, & communicandis rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos majus ullum, quàm amicitiæ proditorem videri. Has ob res Orestem & Pyladem veneramur, quòd præstantissimi extiterint in Scytharum virtutibus; atque in amicitia præcellentes: quod nos primum omnium admiramur. Appellationem quoque ex his illorum factis imposuimus, ut Coraci vocen-

τοῦτο δέ ἐστι τὸ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες. Μνη. ὦ Τόξαρι, ἦ μήτοι ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ ῥῆσιν εἰπεῖν, ἀπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν πάνυ ἄλλους μαγώσκουσι, ἤδη καὶ αὐτοῖς δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, ὅτε τοῦ Ὀρέστου καὶ Πυλάδου ἐκτιθέασθε. ἐλελήθεις δέ με ὦ γλαῦκα, καὶ γραφὰς ἀγαθὰς ὤν. πάνυ γοῦν σαφῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς τοῦ ὀρέστου εἰκόνας, καὶ τὴν μοχλὸν τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. πολλὰ ἀλλ' οὐκ ἐθέλω ἂν ὅτου ποτὲ θεατὰς ἄδυσιν εἶναι φίλιον τὸ Σκύθαις. ὅτι γὰρ ξένους, καὶ ἀγελεῖς ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρα μὲν ἀεὶ σωθῆναι, καὶ ὀργὴ, καὶ ζημιαῖ, φίλιόν ἦ, μὴ ἂ τοὺς οἰκειοτάτους ἐπιταμιεύεσθαι, πλημμελοῦντα τοῖς τ' ἄλλοις, ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι καταθύουσι τοὺς παῖδας ἀπηλιούσας. Το. εἰ μὲν δὴ τἄλλα ἡμεῖς τῶν Ἑλλήνων, καὶ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας, καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν δὴ τοῦ παρόντος φιλοθυμηθείμεν σε. ὅτι δ' οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τῶν Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, καὶ ὅτι φιλίας λόγου πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι. καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἐχθροῦς μὲ ἀκούσῃς, ἵν' εἴπω τι, ὃν κρείττονος, πολλοῦ ἤδη χρόνου ὑμῖν συζῶντος. ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τοὺς μὲν περὶ φιλίας λόγους, ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύασθαι. τὰ ἔργα δ' αὐτῆς, οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν λόγων ἐπεμελεῖσθε, ἀλλ' ὀλίγου ὑμῖν ἐπαινέσαι τι αὐτὰ, καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν. οὐ δ' ἔστι χρείας παρόντος τοὺς λόγους, ὀλιγολογίᾳ

centur. Quod quidem noſtra in lingua perinde ſonat, ac ſiquis dicat, Dii amicitiæ præſides. *Mne.* Profectò Toxari, non arcu modò valuerunt Scythæ, belliciſque in rebus cæteris antecelluerunt: ſed etiam ad dicendum & perſuadendum aptiſſimi omnium fuerunt: unde mihi cùm dudum ſecus videretur, nunc eidem meritò feciſſe videmini, qui ſic Oreſtem ac Pyladem in Deorum numerum retuleritis. Neſciebam & illud, vir optime, quòd pictor quoque bonus eſſes: qui admodum evidenter oſtendiſti nobis, quæ ſunt in Oreſtis templo, picturas, pugnamque virorum, alterique pro altero ſuſcepta vulnera. Atqui non putabam olim apud Scythas, tanto ſtudio cultam fuiſſe amicitiam: ſed ipſos ut pote peregrinos, agreſtes, odio perpetuo, ira, & excandeſcentia committi, amicitiam verò ne in familiariſſimos quidem exercere, idque conjiciens, cum ex aliis quæ de illis audivimus, tum ex hoc quòd patres vita functos devorant. *Tox.* An nos Græcis cùm aliis in rebus, tum in cultu parentum juſtiores & ſanctiores ſimus, in præſentiarum haudquaquam contenderim tecum. Verùm amicos noſtrates Græcis amicis longè eſſe fideliores, & majorem apud nos, quàm apud vos amicitiæ rationem haberi, facile fuerit docere. Ac per Deos Græcorum, ne tibi ſit moleſtum audire, ſi quæ perſpexi, dixero, multum jam temporis apud vos verſatus. Vos enim mihi videmini præclariùs cæteris de amicitia verba facere poſſe: vim verò factaque illius, adeò non ſolùm pro ſermonum dignitate non exercere, ut ſat vobis ſit prædicare eam, & quantum ſit bonum, oſtendere. At in uſu, deficientes à

σὺν οἶδ' ὅπως ἐν μέσῳ τῷ ἔργῳ. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας φιλίας ἐπὶ τῶν σκηνῶν ἀναβιβάσαντες δεικνύωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ἐπικροτεῖτε. καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων οἱ πολλοί. καὶ ἐπιδακρύετε. αὐτοὶ δέ, οὐδὲν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν φίλων παρέχοντες τολμᾶτε. ἀλλ' ἴωμεν καὶ φιλῶμεν δηλαδὴ τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα οἴχονται ὑμῖν ἐκπεδὼν ἀπαγόμενα αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις, καὶ καφοῖς προσώποις ἐοικόσι ὑμῶν ἀπολιπόντα. ἃ δὴ ῥηθήσεται τὸ τάχα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγξεται. ἡμεῖς δ' ἔμπαλιν, ὅσον γε δὴ λειπόμεθα τῶν τοῖς τῶν φίλων λόγοις, τοσοῦτον καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτῆσαι. εἰ γὰρ οἷόν τε, ἴωμεν νῦν ποιῶμεν. τοὺς μὲν παλαιοὺς φίλους, ἀφέντες ἐάσωμεν, εἴ τινας ἢ ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι κεκτήμεθα ἔχομεν. ἐπὶ κεφαλῆς γε τούτων πλεονεκτοῖμεν ἄν, πολλοὺς, καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας τοὺς ποιητὰς παρεχόμενοι, τὸν Ἀχιλλέως, καὶ Πατρόκλου φίλον, καὶ τὸν Θησέως, καὶ Πειρίθου, καὶ τὸν ἄλλων ἐπιτρεῖαν, οἳ κάλλιστοι ἕπεσθαι, καὶ μίτρους ἁψῳδοῦσιν. ὀλίγους δέ τινας τῶν χαριεστάτων τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι. ἐγὼ μὲν, τὰ σκυθικά. σὺ δὲ, τὰ ἑλληνικά. καὶ ὁπότερος ἂν σὺν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παρέχηται τοὺς φίλους, οὗτος τε νενικηκὼς ἔστω, καὶ τὸν αὐτοῦ ἀνακηρύξῃ, κάλλιστον ἀγῶνα, καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος. ὡς ἐγώγε πολὺ ἥδιον ἂν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὅσῳ τῶν σκυθικῶν ἐπιτιμιόν ἐστι, ἢ χεῖρον ἄλλου τῷ φιλίαν κεκρίσθαι. καὶ ταῦτα,

sermonibus, nescio quomodo è medio opere aufugitis. Cæterùm quum Tragœdi in scenam progressi, istiusmodi amicitias vobis repræsentant, approbatis, applauditis, illisque pro se mutuo periclitantibus illachrymamini plerique: ipsi verò nihil dignum laude pro amicis præstare audetis. Quin si egeat amicus re aliqua protinus ut insomnia, procul avolantes evanescunt multæ illæ tragœdiæ, vosque similes relinquunt inanibus istis, ac mutis personis, quæ diducto rictu, atque immane hiantes, ne minimum quidem loquuntur. At nos è diverso, quo sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in ea præstanda præcedimus. Itaque si videtur, nunc ita faciamus: priscos illos amicos silentio prætereamus, siquos vel nos, vel vos, ex his qui olim fuerunt, recensere valemus, postquam ista quidem parte superaveritis, compluribus, ac gravibus adductis testibus, nempe poëtis qui Achillis, & Patrochi amicitiam, tum Thesei, Pirithoique, neque non aliorum necessitudinem, pulcherrimis versibus, carminibusque cecinerunt. Quin paucos quosdam in medium afferamus ex his qui nostra memoria fuerunt, eorumque res gegestas exponamus: ego quidem Scythicas, tu verò Græcanicas. Et in his uter superarit, meliores amicos produxerit, is & victor esto, & suam ipsius victoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum atque honestissimum certamen decertarit: adeò ut ego quidem malim mihi devicto in singulari certamine, dextram amputari (quæ apud Scythas victo est pœna) quàm in amicitia quopiam inferior judicari,

præ-

Ἕλλω⊙, σκύθης αὐτὸς ὤν. Μνη. ἔστι μὰ ὦ Τόξαρι ὃ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοί, πολεμιστῇ μονομαχῆται, πάνυ δυσχερές, καὶ πεπυμμένως παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους. ἐμὲ μὲν ἀληθῶς γε ὄντα κατατροδὺς ἐν βραχεῖ τὸ ἑλλήνικὸν ἅπαν, ὑποχωρήσομέν σοι. καὶ γὰρ ἂν εἰς πάνδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἡττηθῆναι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαί, ὡς μικρὰ ἀποδύτες οὐ μάλα ἐξεταγῶδησται. Ἕλλωας ἦ πάνυ, πανοῦται ἔθνη, καὶ τοσαῦται πόλεις ἠρήμωνται ὑπὸ σοῦ ἀλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο ἐβούλου, ὦ τλῆμον δεξιὰν ἂν σοι ὑμεῖς, ἀλλὰ τλῆναι λαπιμηθῆναι καλόν. πότερον ἦ ἀρέσκει χρὴ τὸ ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πράξεων, ἢ ὁπόσων ἂν τις ταλείας ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ δικαιότερον δόξειεν ἂν ἀποδεῖν τλῆναι; Το. ὑδαμῶς. ἀλλ' ἀρέσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κρατοῦν, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ τομώτερα φαίνοιντο αἱ σοὶ τὰ ἐμῶν. ἴσως τὸ ἀριθμὸν ὕσυ, καὶ ἐλάττονα δηλονότι ἐργάσονται μοι τὰ τραύματα, καὶ ῥᾷον ἐνδώσω σοὶ τὰς πληγάς. Μνη. οὐ λέγεις. καὶ ἀρέσθω σου ὁπόσους ἐκατόν. Το. πέντε ἔμοιγε δοκοῦσιν ἐκατόν. Μνη. καμοὶ δοκεῖ. ὀμόσατον ἦ πρὸς ὑμῶν αὐτῶν ἢ μὲν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάττειν τὰ τοιαῦτα, ἢ πάνυ χαλεπόν. καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσειας, οὐκ ὄσιον ἀπιστεῖν. Το. ὀμόσωμεν, εἴ τι ἐ ὄρκῳ δεῖν νομίζεις. Μνη. τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ φίλιος; Το. καὶ μάλα. ἐγὼ δὲ τὸ ἐπιχώριον ὀμοῦμαί σοι ἐν τῇ ἐμαυτοῦ λόγῳ. Μνη. ἴσα τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος, jurando opus esse censes. *Mne.* At quis tibi è Diis nostratibus? num idoneus Iupiter Philius? *Tox.* Maximè. Ego quoque nostratem meapte in lingua jurabo. *Mne.* Testis igitur, esto Iupiter Philius.

præsertim Græco, ipse Scytha cum sim. *Mne.* Equidem haud mediocris est negotii, cum viro, ut tu es, bellatore, singulari certamine congredi, singularis solertiæ & acuminis orationibus instructo. Haud tamen usque adeò ignaviter, tam citò universam deferens Græciam, tibi cessero. Etenim hoc esset gravissimum, ut à duobus illis tot Scythæ victi fuissent, quot fabulæ declarant, & vetustæ picturæ vestræ, quas paulò antè scitè admodum repræsentasti: Græci verò, tot gentes, tot civitates, nullo defendente abs te vincerentur. Nam istud si fiat, non vestro more dextram, sed linguam execari conveniat. Vtrum verò nobis definiendus est numerus rerum ab amicis actarum, an quanto quis plures dicendas habuerit, tanto ad victoriam consequendam locupletior videbitur. *Tox.* Nequaquam. Imò non multitudine vis harum definiatur, sed præstantia, ut si tuæ meis acutiores appareant, quamvis numero sint pares, magis lethalia vulnera mihi infligant, quarum ictibus memet ocyus dabo. *Mne.* Probè loqueris. Statuamus ergo quot erunt satis. *Tox.* Quinque utrique fore satis mihi videntur. *Mne.* Itidem mihi videtur. At prior dicito: verùm juratus te vera dicturum: alioqui fingere ejusmodi, non admodum fuerit difficile: nec palàm refelli queant. Porrò si juraris, nefas sit non habere fidem. *Tox.* Iurabimus, siquid etiam jure-

ἢ μᾶλλον ὁπόσα ἂν λέγω αὐτὸς σὺ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ ἄλλου ἀκούσας ἐπιτηδεύσαντος ἐξακριβώσας. καὶ πρῶτόν σοι τὴν Ἀγαθοκλέους, καὶ Δεινίου φιλίαν διηγήσομαι, οἵαδε μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἠκούσθη. Ἀγαθοκλῆς γὰρ ἦν ὁ Σάμιος, ἀνὴρ πολλοῦ ἐν ἀρετῇ γενόμενος, ἄλλως τε καὶ φιλίαν ἀγαθὸς ἐπιδείξασθαι, τἄλλα μὲν οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, ἢ τὸ μὴ εἰς τὸ κέρδος, ἢ τὸ μὴ εἰς τὴν ἀλλοτρίαν πλεονεξίαν. Δεινίας δὲ τοῦ Λυσίου τοῦ ἐφεσίου, φίλου καὶ παίδων ἐμοῦ. ὁ δὲ Δεινίας, ἁπλοῦς τις ἀνὴρ καὶ ἀστερόλογος, καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτος ὤν, πολλὰς καὶ ἄλλας εἶχε περὶ αὐτὸν, ἡδονὰς μὲν συμπείθειν, καὶ πρὸς ἡδονὴν συνιέναι, φιλίας δὲ, πολλοῦ δεῖν ὅσον ἀπεδέησεν. τέως μὲν οὖν οὕτω τούτοις, καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξηλάζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπαιζεν αὐτοῖς, ἅπασι χαίρων τῇ τοιαύτῃ ἀβελτερίᾳ. καὶ ὁ Δεινίας, ἐδόκει αὐτὸν ὑπομένειν ἔχειν τὴν κολάκων. πλούσιος δὲ, καὶ πρεσβύτερος, τὰ πολλὰ ἐπιλιμαίνει, καὶ φορτικὸς ἐδόκει, ὑπομιμνήσκων ἕκαστα τοιαῦτα, καὶ φυλάττειν διαγγέλλων, ἃ μὴ πολλῶν κεκμήκοντα ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος, κατέλιπεν. ὥστε ἀβελτερίᾳ οὐδὲ ἐπὶ τοῖς κάμνουσιν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν, ἀλλὰ μόνον μετ' ὀκείων ὠμάζετο, λαμβάνειν πειρώμενον τὰ Ἀγαθοκλέα. καὶ δή ποτε ὑπὸ τὴν κολάκων ὀκείων ὁ ἄθλιος ἀναπίπτειν, ὡς ἱρᾶν αὐτῷ Χαρίκλεια Δημωνακτοῦ γυνὴ, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, καὶ τῶν Ἐφεσίων τὰ πολιτικά. καὶ χαμαιπετές τι εἰσφοιτᾷ τῆς γυναικὸς αὐτῷ

quæcunque tibi sum dicturus, vel quæ viderim ipse, vel quæ ab aliis quoad fieri potuit, diligentissimè perceperim, narraturum, nihil ex me ipso exaggerantem. Ac primo quidem loco, Agathoclis & Diniæ amicitiam tibi referam, quæ celebris est apud Ionas. Namius hic Agathocles, non ita pridem vixit, vir in amicitia præstantissimus, ut re declaravit. Cæterùm reliquis in rebus vulgo Samiorum nihilo præstantior, neque genere, neque opibus aliis. Huic cum Dinia Ephesio, Lysionis filio, amicitia à puero intercesserat. Porrò Dinias supra modum ditatus est, utque solent ii qui nuper opes nacti sunt, complures & alios secum habebat, idoneos illos ad compotationem, & ad voluptariam consuetudinem: ab amicitia verò longè alieniissimos. Atque inter hos interim habebatur Agathocles, cumque illis versabatur, & compotabat, non admodum approbans eam convivendi rationem. Ac Dinias hunc nihilo majori in pretio habebat quàm adulatores. Tandem etiam offendere cœpit, crebriùs objurgans: molestusque videbatur, quippe qui majores ipsi commemoraret, præciperetque ut servaret, quæ multo labore parta, pater illi reliquisset: adeò ut ob hæc ne ad comessationes quidem deinceps adhiberetur, sed solus cum illis comessaretur, celare cupiens Agathoclem. Demum ab assentatoribus illi misero persuasum est, quòd amaretur [1] à Chariclea Demonactis uxore, viri illustris atque inter Ephesios in honoribus civilibus primarii. Iam & literulæ à muliere ad illum

1 *A Chariclea*] Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in Plut. & apud Cic. pro M. Cœlio. *Cogn.*

1 Ὀ ἐρῶν-

σαι, καὶ στέφανοι ἠμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀπεδεδεγμένα. καὶ ἄλλα, ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ἐπὶ τοῖς νέοις μηχανῶνται, καὶ μικρὸν αὐτοῖς ἐπιπροχωρήσαντα τὰς ἐρωτας, καὶ ἀναφλέγουσι τὸ σφῶν ἐρᾶσθαι νομίζοντας. ἐπιγοητεύθη γὰρ τοῦτο καὶ ἡ μάλιστα τοῖς ἁπαλοῖς οἰηταὶ φιλεῖσθαι, ἄχρις ἂν λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἡ Χαρίκλεια δέ, ἦν ἀστεῖον μὲν γυναίσιον, ἐπαγωγὸν δὲ οὐδέπως, καὶ ἅτε συνήθης ἀεί, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις. καὶ εἰ σφόδρα τις μέτριος, ἀξίως ἐπῆνδρει. καὶ δὴ ἐδόκει ἤδη, μή που ἀντίπαις Χαρίκλεια. δεινὴ δὲ ἡ τἄλλα τεχνίτις, παρ' ἣν τινα βάλοι τῶν ἑταιρῶν ἐπισαυάσασα ἐρᾳσθῆναι. καὶ ἀμφίβολον ἔτι ἦν, ὅλον ποιοῦσα, καὶ ἀνακόμμον ἤδη ἐπιτείνασα, καὶ σφοδρὰ καῦσαι ἄρξαι μὲν ὀργῇ, ἄρξαι δὲ κολακείᾳ. καὶ μικρὸν, ὑπερῳκία, καὶ τῷ πρὸς ἕτερον λαπαλίσειν δοκεῖν καὶ ὅλη συγκεκράσθαι ἀπαιθαλοῦσθαι ἡ γυνὴ, καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύασε καὶ τὰ ἐρασθῆναι. τούτῳ οὖν τέτε οἱ Δεινίε κόλακες ἀναλαμβάνουσιν ἐπὶ τὸ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκκαιομένοις, συναγωνιῶντες αὐτὸν εἰς τὸ ἐρᾶσθαι τὴν Χαρικλείας. ἡ δὲ, πολλῶν ἤδη νέων ὑπερεχιλίασε, καὶ μυρίας ἐρωτας ὑποκεκαμμένη, καὶ οἴκους πολυτελῶντας ἀναῤῥίψασα, ποικίλαι τε, καὶ πολυγύμνασιν κακοῖς, ἀναλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοΐκην, καὶ ἄπειρον τὸ τοιούτων μηχανημάτων τοσοῦτον, ὅσα ἀπῆκεν οὐ τὸ ὀυχνόν. ἀλλὰ προείχετο παντελῶς, καὶ ἀμφιέρυστο, ὅτε ἤδη παντάπασιν σκαφὴς, αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἅρπαγος, καὶ τῷ κηδεμόνι Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. τὸ μὲν illum ventitabant, & serta semimarcida, & admorsa poma: denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adolescentes, quòd paulatim illis amorem artibus quibusdam inserant, primumque hac incendant opinione, quòd sese credant amari. Nam & hoc plurimum illicit, præsertim eos qui sibi formosi videntur, donec imprudentes in casses inciderint. Erat autem Chariclea urbana mulier, mirum in modum meretricia: & quivis obvius, etiamsi vel minimum concupiviſſet, & si duntaxat aspexisset, protinus annuebat, nec erat metuendum, ne recusaret Chariclea: potens alioqui artifex: & quavis meretrice doctior amatorem allicere, & ambiguus cùm adhuc esset, totum subigere: ac quum jam teneretur, incitare, & accendere, nunc ira, nunc blandimentis, mox fastidio, & quod ad alterum inclinare videretur: & tota erat undique comparata mulier, artibusque ominigenis in amantes instructa. Tunc igitur Diniæ adulatores hanc ad adolescentulum adducunt, multaque assimulabant, quò eum in amorem Charicleæ impellerent. Hæc autem quæ jam complures adolescentes jugularat, & innumerabiles amores mentita fuerat, domosque opulentas everterat: varium quoddam & inexpugnabile malum: ubi manibus prehendit simplicem hunc adolescentulum, & hujusmodi artium imperitum, ex unguibus non dimisit. Verùm ubi undique complexa fuisset & confixisset ipsum, cùm jam omnino teneret, tum ipsa à captura est perdita, tum infœlici Diniæ sexcentorum malorum fuit causa. Nam primùm

quidem ſtatim literulas illas ad eum dat, ancillam ſubinde miſſitando quibus renuntiaret, ut fleret, ut vigilaret, utque tandem miſera ſe ipſam præ amore eſſet ſtrangulatura: donec jam beatus ille perſuaſus, ſibi formoſus eſſe videretur, & Epheſiorum uxoribus amabilis. At tandem multum exoratus in congreſſum eſt adductus. Et ex eo tempore facilis erat conjectura fore ut caperetur à muliere formoſa, ad voluptatem congredi docta, & in occaſione flere, & inter loquendum miſerabiliter ſuſpirare, & jam abeuntem amplecti, & adeunti occurrere, & formam, ut quàm maximè placeret, colere, interdum vel voce, vel cithara canere: quibus omnibus in Diniam uſa eſt. Poſtquam verò ſenſit excruciari, jamque amore illaqueatum, & colliquatum eſſe, adhæc aliud excogitat, quo miſerum perdat. Gravidam ſe ex eo ſimulat (& hoc quoque eſt efficax ad magis inflammandum ſtultum amantem) neque poſtea illum adibat, affirmans à viro ſeſe obſervari, qui hunc amorem perſenſiſſet. Hic verò rem ampliùs ferre non poterat, nec durare quum illam non videret: ſed flebat, adulatores accerſebat, Charicleæ nomen inclamabat, imaginemque illius amplexus (albo autem lapide facta erat) ejulabat. Demum in ſolum ſeſe projiciens, volutabatur, idque perfecta rabies erat. Siquidem mulieri redditæ ſunt dona, non pro pomorum aut ſertorum pretio: ſed ſolidæ domus, agri, famulæ, veſtes floridæ, auri quantum optaret. Quid multa? brevi Lyſionis domus, antea inter lones nobiliſſima exhauſta eſt atque exinanita.

ἓξ πρώτην δίψυς σκέπτα ἐπ' αὐτὸν καθ' ἑκάστην γράμματα. καὶ συνεχῶς πεμπομένη τῷ ἄνδρι, ὡς ἐδύκρυσε, καὶ ἐπηρώτησε. τέλος, ὡς ἀπάγξεται ἑαυτὴν ἡ ἀθλία ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶναι, καὶ πῶς Ἐφεσίαις γυναιξὶ φίλος ἐδόκει. καὶ πως συνῳκίχθη πολλὰ ἱκετευθείς. καὶ τὸ εὐπρόσωπον ἤδη ῥᾷον, ὡς τὸ εἰκὸς ἀλώσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονὴν τι ὁμιλήσειν ἐπισταμένης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύσειν, καὶ μεταξὺ τῶν λόγων, ἐλεεινῶς ὑποστενάξειν. καὶ ἀπιόντος ἤδη, λαθέσθαι. καὶ εἰσελθόντι, προσθραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μάλιστα ἀρέσειε. καὶ πως καὶ ᾄσειν; καὶ κιθαριεῖν. οἷς ἅπασι καὶ ὁ Δεινίας ἐκέχρητο. καὶ ἐπεὶ ἤθελε πονήρως ἔχειν, καὶ διέφθορεν ἤδη τὴν ἔρωτα, καὶ πικρῶν μεμνημένον, ἄλλο ἐπὶ τούτοις ἐπενόει, καὶ τὸ ἄθλιον ἀπόλλυε. κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται. ἱκανὸν γὰρ καὶ τοῦτο, βλάπτειν ἐρῶσαν προσκαπυρῶσαι. καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπὸ τ' ἀνδρὸς λέγουσα, πυνθανόμενον τ' ἔρωτα. ὁ δὲ οὐκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἠνείχετο μὴ ὁρῶν αὐτὴν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, καὶ τὰς κόλακας ἐπέπεμπε, καὶ τοὔνομα τῆς Χαρικλείας ἐπεβοᾶτο. καὶ τὴν εἰκόνα περιέβαλλεν αὐτῆς, ἐπεποίητο γὰρ λίθου λεύκου, σκώπτει καὶ τέλος, καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὔδαφος, συνελίσσετο. καὶ λύσσα ἦν ἀκριβὴς τὸ πρᾶγμα. τὰ μὲν δὴ ἄλλα, οὐ γὰρ μῆλα, καὶ στέφανος ἀνεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ σωμοικίαι ὅλαι, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες ἀνθηραὶ, καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε. καὶ τί γὰρ, σὺ βραχεῖ ὁ Λυσίωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν Γαναίᾳ χωρίων, ἐξήντλητο ἤδη, καὶ

ἐξεκέναθε. εἶπε ὡς ἤδη αὐτῷ λιῶ, ἀπολιπεῖσα αὐτὸν, ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ἀπὸ χρύσων, ἐφ' ᾧ μεστέσαιτο ἐπ' ἐκεῖνον. καὶ ἦρε ἤδη αὐτῆς. κἀκεῖνον ἐπίσθιεν. ἀμελούμενος δ' οὐ μόνος ὁ Δεινίας, οὐχ ὑπὸ τῆς Χαρικλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κηλάκων, κἀκεῖνοι γὰρ ἐπὶ τῇ Κρῆτα ἤδη τὸν ἐρώμενον ἐπεπληλύθεσαν, ἔρχοντες δῶρα τῇ Ἀγαθοκλέᾳ, καὶ πάλαι εἰδυῖα ὡς ἔχοι πραγμάτων τὰ πρὸς ἐκείνην αὐτῷ, καὶ αἰδούμενον τὸ πρῶτον, ὅμως δὲ ἠγνόει πάντα. τὴν ἔρωτα. τὴν δαπάνην. τὴν ὑπεροψίαν τῆς γυναικός. τὴν ἀντέρασιν τῆς Κρῆτος. καὶ τέλος, ὡς δὴ αἰσθοίτο μὴ μόνος σφῶν τῆς Χαρικλείας. οὐδὲ, ἄμοιγε δοκεῖ, νομίσας ἂν τούτῳ ἀπεμνημονεύειν τοῦ Δεινίου, διότι οὐ προσέβη μόνον αὐτὸν τῆς φίλων, ἀλλὰ τοὺς κήλακας αὐτῆς προσελθὼν τότε, ἢν μόνῳ ἐχρῆν πατρῴων οἰκίαν ἐν Σάμῳ ἀπεμπολήσας, ἔχει αὐτοῦ τὴν τιμὴν κομίζων, τρία τάλαντα. λαβὼν δ' ὁ Δεινίας, οὐκ ἀφανὴς οὔθ' ἦν τῇ Χαρικλείᾳ, καλὸς πρὸς αὐτῆς γεγενημένος. καὶ αὖθις ἡ ἄφρων. καὶ τὰ γράμματα. καὶ μίμψεις, ὅτι μὴ πολλῇ χρόνῳ ἀφίκετο. καὶ οἱ κήλακες σωὶ ἦσαν, ἐπιπλαμενοὶ μῆνες, ἐρῶντες ἐδίδυμον ἓν ὅτε τῷ Δεινίᾳ. ὡς ὑπῆρχεν ἔτι παρ' αὐτῇ, καὶ ἦκε πρὸς τὸ πρῶτον ὕπνον, ἐν ὕδατι ἦν ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαρικλείας ἀνὴρ, εἴτε ἐξ ἄλλως αἰδούμενον, εἴτε ἐξ ἀπὸ σωφρονοῦντος τὴν γυναῖκα, ἄμφω γὰρ λέγεται, ἐπανατὰς, ὥσπερ ἐκ λόχου, τῇ τε αὐλείου ἀποκλείσας

nanita. Deinde ubi jam exsuccus esset, eo relicto, alium quempiam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est, atque ad illum descivit. Iam videlicet illum adamabat, atque is quidem credebat. Itaque Dinias neglectus non à Chariclea modò, sed etiam ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem jam desciverant) abit ad Agathoclem jam pridem non inscium, quàm illi res miserè haberent: & quanquam primùm pudebat, omnia tamen exposuit, amorem, egestatem, arrogantiam mulieris, rivalem Cretensem, denique se non victurum nisi cum Chariclea consuescat. Ille verò intempestivum esse ratus exprobrare Diniæ, quòd ex amicis unum sesò non admisisset, sed tunc sibi assentatores antepositisset: divendita, quam unam in Samo habebat, domo paterna, pretium illi attulit, talenta tria. Quibus acceptis Dinias, ilico Charicleæ formosus denuo factus apparuit. Rursus ancilla, literulæ, & expostulatio, quòd jamdiu sese non adisset, concurrerunt: item adulatores correpturi suis dolis Diniam, quem adhuc arrodi posse cernerent. Cùm autem se illam aditurum promisisset, venissetque primo ferè somno, essetque intus Demonax Charicleæ maritus, seu alioqui senserat, sive ex compacto uxoris (nam utrunque ajunt) exiliens velut ex insidiis, & atrium occludi, & Di-

1 Ὀμῶντες ἐδίδυμον] Erasmus hujus Dialogi Interpres lectorem sæpè decipit. Verte igitur hunc locum ut Godofredus Malvinus Senator Clarissimus monuit, *machinantes, ut viderunt in Dinia adhuc esse quod edi posset.* Sic Terent. Eunuch. *hunc comedendum & deridendum vobis propino.* Idem Malvinus *debibendum* legebat. *Bourd.*

1 Ba-

ἀπέλθοι, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δινίαν, πῦρ, καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ἐπὶ μοιχὸν ἀπασάμενος. ὁ δέ, συνιδὼν ὃ ἦκεν ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας, αὐτὸν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνακτα, παίξας εἰς τὸν κρόταφον, καὶ τῷ Χαρίκλειτο, ὃ μιᾷ πληγῇ τοῦτῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῷ ξίφει τοῦ Δημώνακτος ὕστερον, οἱ δὲ οἰκέται, πως μὲν ἐσήκεσαν ἅφνοι τῷ ὀλέθρῳ τοῦ πράγματος ἀπιπληγμένοι, εἶτα πειράσθαι συλλαμβάνειν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπηρὲ μὴ τοῦ ξίφους, ἐκείνοι μὲ ὑπέφευγον. ὁ Δινίας δέ, ὑπεξέρχεται, πάλαι τὸν ἔργον ἐργασάμενος. καὶ τὸ μέχρι τοῦ ἐν Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πραγμένα, καὶ ἀεὶ τὰ μελλόντα, ὅ, τι ἀποβήσεται σκοπούμενος. ἔωλεν δέ οἱ φράζειν παρῆσαν. ἤδη γὰρ τὸ πράγμα διεξεβέβη. καὶ συλλαβόντες τὸν Δινίαν, ἤγον αὐτὸν ἔξαρνον οὐδὲν μὲν ἐπὶ φονεύσει, ἀπάγουσι πρὸς τὸν ἀρμοστὴν, ὃς ἄρχεν τότε τῆς Ἀσίας τοῦτο. οὗτος [1] βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἀναπέμπει αὐτόν. καὶ μετ' ὀλίγον πέμπει ὁ Δινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων, ἐν ταύτῃ φεύγειν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, τἄλλα μὲν συνῆν, καὶ συναπῆρεν εἰς τὴν Γαλάτειαν, καὶ συνεσπλεύσεις τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, καὶ ὡς ἐδέησεν συνέδησεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφευγεν ὁ Δινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου. κομιδῇ γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ

& Diniam comprehendi jubet, ignem & flagra minitans, & enſem prout in mœchum educens. Hic verò cognoſcens ubi malorum eſſet, vecte, qui propè jacebat, arrepto, & Demonactem ipſum in tempora percuſſum & Charicleam occidit, non uno quidem ictu hanc, verùm & vecte ſæpius, poſtremò Demonactis gladio. At famuli interea muti ſtabant rei novitate attoniti, deinde comprehendere conati, cùm in hos quoque ferro inſiliret, ipſi aufugerunt. At Dinias clam ſeſe ſubduxit tanto facinore perpetrato. Et ad auroram uſque apud Agathoclem eſt commoratus, ubi quæ facta eſſent reputabant, & quid in poſterum eſſet eventurum, diſpiciebant. Ut autem diluxit, milites aderant (jam enim res erat divulgata) illi comprehenſum Diniam, nec inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui tunc Aſiam moderabatur. Hic verò ad Perſarum regem eum remittit. Nec ita multo pòſt relegatus eſt Dinias in Gyarum Inſulam ex Cycladibus unam, damnatus à rege ut ibi in perpetuum exularet. Agathocles autem cùm reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter ſolvit in Italiam, & amicorum ſolus, una in judicium eſt comitatus, neque uſquam defuit officio. Porrò ubi jam in exilium profectus eſt Dinias, ne tum quidem deſertus eſt ab amico: ſed ipſe ſua ſponte

1 Βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ.] Eraſmus *ad Perſarum Regem.* verte *ad Imperatorem.* Solebant enim præſides Provinciarum, ubi in honeſtos homines pœna ſtatuenda erat, principem conſulere l. Divi fratres §. 1. & 2. ff. de pœnis. At mentio Gyari Eraſmum ſaltem admoniſſet, loci Romanis exiliis frequentis. Hoc monebat idem Senator, & Vincentius Obſopeus argumento *εἰκώνων. Bourd.*

1 Præ-

τὸ, διέτριβεν ἐν Γυάρῳ, καὶ συνέφθυρτο αὐτῷ. καὶ ἐπειδὴ πανταχόθεν ἐπορίζετο τὰ ἀναγκαῖα, ὠδύρετο ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι, συγκατῳκισμένος. καὶ τὸν γινόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων, ἐτέτρεφε τὸν Δεινίαν. καὶ νοσήσαντα ὑπεμίμνησκεν, ἐθεράπευσε. καὶ ἀποθανόντος ἐκείνου ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἑλληνος, ὦ Σκύθα πολλὰ ψευδόμενον. ἴσθι γὰρ ὅτι οἶδα εἰ μέντοι διελήλυθεν, ἀφ' ὧν Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε. Το. καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτον ἦν τοῦτο ἔλεγες, ἵνα μὴ ἀπιστεῖν ἔν ἐδυνάμην αὐτοῖς. ὅπως σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσω. πλὴν δέδια μή τινα μὴ ἄλλον ὅμοιον εἴπῃς αὐτῷ. Μν. ἄκουε τοίνυν μὴ ἄλλον ὦ Τόξαρι, Εὐθύδικον τὸν χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυλος ὁ ναύκληρος ὁ μεγαρεύς, ἐπομόσας μοι, ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι τὸ ἔργον. πλεῖν μὲν γὰρ ἔφη ἐξ Ἰωλκίας Ἀθήναζε περὶ δύσιν πλειάδος, συλλογιμαίας πως ἀνθρώπων κομίζων. ἐν δὲ τούτοις, εἶναι τὸν Εὐθύδικον. καὶ μετ' αὐτοῦ, Δάμωνα τὸν χαλκιδέα. καὶ τοῦτον ἐπαῖρον αὐτοῦ. ἡλικιώτας δὲ εἶναι, τὸν μὲν Εὐθύδικον, ἐρρωμένον, καὶ κραταιόν. τὸν δὲ Δάμωνα, ὕπωχρον, καὶ ἀσθενικὸν, ἄρτι ἐκ νόσου μακρᾶς ὡς ἐδόκει ἀνεστάμενον. ἄχρι μὲν οὖν Σικελίας, εὐτυχῶς διαπλεῦσαι ἔφη ὁ Σίμυλος φάσκων. ἐπεὶ δὲ τὸν πορθμὸν διαπερασάντες, ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ἰονίῳ ἔπλεον, χειμῶνα μέγιστον ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλὰ, τί ἂν τις λέγοι; σπονδὲ damnatus simul in Gyaro versabatur, & cum illo exulem agebat. At quum jam rerum omnino necessariam inopia laborarent, locans se ipsum purpurariis, urinabat, natumque hinc lucrum referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutissimè inservivit: & ubi vita defunctus est, noluit unquam in patriam reverti, sed ibi in Insula permansit, cùm amicum vel mortuum deserere puderet. Hoc non ita pridem Græcus amicus præstitit: neque enim scio an quinque anni præterierint, ex quo Agathocles in Gyaro mortem obiit. *Tox.* Vtinam Mnesippe, injuratus hæc dixisses, ut iis fidem non habere possem: adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem istum descripsisti. Quin vereor ne quem etiam alium huic simili lem narres. *Mne.* Audi etiam alium Toxari, scilicet Euthydicum Chalcidensem: de quo mihi retulit Simylus Chalcidensis nauclerus, adjurans se teste rem factam esse. Ajebat enim navigasse se ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occasum, collectitios quosdam homines vehentem, inter quos fuisset Euthydicus, & cum ipso Damon Chalcidensis ejus amicus, coæquales illi, Euthydicus quidem validus & robustus. Damon contrà fuppallidus, & valetudinarius: qui nuper ex diuturno morbo convaluisse videretur. Ergo ad Siciliam usque ipsos fœliciter navigasse ajebat Simylus: sed ubi trajecto freto, in ipso mari Ionio jam navigarent, tempestatem maximam eis incubuisse. Quid autem attinet multa referre? nimi-

1 Πορφυρεῦσι] Verte ut idem Senator *purpurarum pistatoribus*. Alibi de quibusdam hujus Dialogi narrationibus fusius. *Bourd.*

τερπυμίας πνας, καὶ προβίλους, καὶ χαλάζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος ἀκμή. ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὸν Ζάκυνθον εἶναι λαὸ ψιλῆς τ κεραίας πλέοντας, ἔπ δ ἀσείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόδιον ἐπιδέχεσθαι τ ὁρμῆς, τότε μέσας νύκτας, οἷον εἰκὸς τοσούτῳ σάλῳ ναυλιάσαντα τ Δάμωνα, ἐμεῖν ἐγκεκυφότα εἰς τὸν θάλασσαν. εἶτα οἶμαι τ νεὼς βιαιότερον ἐς ὃ κεκύφει μέρος ἐπικλιθείσης, καὶ δ κύματος συναποσπασθέντος, ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὸν κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, ἤδη γυμνὸν τ ἄθλιον, ὡς ἂν δ ῥᾷον διώκειν εἶν. ὁ δὲ Εὐθύδικος, ὡς ἤκουσε, τυχὸν δ γυμνὸς ὢν τῇ δίνῃ ὄντα, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὸν θάλασσαν. καὶ καλαλαβόντα τ Δάμωνα ἤδη ἀπειροδύοντα, φαίνεται δ ἐπιπολὺ τοῦτα, τ σελήνης καλαλαμπούσης, συμπαραμηχανᾶσθαι, καὶ συγκυφίζειν. σφᾶς δ, ἐπιθυμεῖν μ αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν τὸν συμφορᾶν τ ἀνδρῶν. μὴ διώκειν δ, μεγάλων τῷ πνεύματι ἐλαυνομένους. πολλὰ γὰρ ἐποίησαν. φέλλους τε γὰρ πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς, δ τ κοντῶν τινας, ὡς ἐπὶ τούτων ἀπονήξασθαι, εἴ τινι αὐτῶν περιτύχοιεν. καὶ τέλος, καὶ τὸν ἀποκάθαρσιν αὐτῷ, ὀλίγων ὄντων. ἐνόησαν τοίνυν πρὸς θεῶν, ἤν τινα ἄντις ἄλλον ἐπίδειξιν ἐπιδείξασθαι εὐνοίας βεβαιότερον πρὸς ἄνδρα φίλον, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος ὕπνου ἠρειωμένου, ἢ κοινωνήσειν δ θανάτου. καὶ μοὶ ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε τὸν ἐπαναίτασιν τ κυμάτων. τ ἦχον δ ὕδατος ἐπικλωμένου. τ ἀφρὸν περιζέοντα. τὸν νύκτα, καὶ τὸν ἀπόγνωσιν. εἶτα ἀποπνιγόμενον ἐκεῖνον, δ μόλις

nimirum immanes procellas ac sinuosas, grandines, & siquæ alia tempestatis mala. Cùm autem jam essent juxta Zacynthum, nuda navigantes antenna, præterea funes quosdam trahentes, quo nimirum fluctus impetum exciperent, circiter noctem mediam, Damonem qui in tanta jactatione nausearet in mare propendentem vomuisse. Deinde, ut conjicio, nave vehementius in eam partem in quam ille propendebat, inclinata, simulque propellente fluctu, eum prono capite in pelagus excidisse, neque nudum tamen, ut misero vel commodè natare liceret, mox exclamasse cùm præfocaretur, vixque sese ab undis extolleret. Quod simul atque Euthydicus audivisset, cum nudus in strato jaceret, eum semet in mare abjecisse, arreptoque Damone qui jam deficiebat (nam hæc refulgente Luna diutius cerni poterant) illi adnasse, ac sublevasse. Ac voluisse quidem illis opitulari sese miseratos virorum calamitatem, verùm nequisse, cùm vento prævalido agitarentur. Illud tamen fecisse, subera complura illis immisisse, & contos aliquos, quibus innixi enatarent, siquos ex illis nancisserentur: postremò scansoria quoque tabulata, eaque non exigua. Ergo per Deos perpende, quod aliud gravius benevolentiæ documentum quispiam edere queat in hominem amicum, qui in mare usque adeò sæviens, noctu decidisset, quàm communicata morte? Iamque mihi ante oculos pone surgentes procellas, fragorem aquæ sese frangentis, spumam undique efferveſcentem, noctem ac desperationem. Ad hæc illum præfocari incipientem, vixque undis ex-

ἀναχύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τῷ ἑταίρῳ. Τ. Ὦ, ἐπιπηδῶντα ὑβρίζοντα, καὶ σωνιόντα, καὶ δειδίττα μὴ σφαπόλητον αὐτὸν ὁ Δάμων. ἔστω γὰρ ἂν μάθοις, ὡς σὺν ἀγχίνοι σοι ἐ τοῦτον φίλον τ Εὐθύδικον διηγησάμενον. Το. Πότερον Ὦ, ἀπώλοντο ὦ Μνήσιππε οἱ ἄνδρες, ἤ τις αὐτοῖς σὺν δόλῳ σωτηρία ἐγένετο, ὡς ἐγὼ ὑμετέρως δείδικα ὑπὲρ αὐτῶν. Μν. Χαῖρε ὦ Τόξαρι. ἐσώθησαν. ἔτι ἐ νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν ἄμφω φιλοσοφοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Σίμυλος, ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἃ πρὸ εἶδε τ νυκτός. Τ. Ὦ, ἐκπίπτοντα. Τ. δὲ, ἐπιπηδῶντα. καὶ νηχόμενος, ἐς ὅσον σύνυκτα καθορᾶν ἐδυνάτο. τὰ Ὦ ἀπὸ τούτου, οἱ ἀμφὶ τ Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, φιλλοῖς τισι πεπεισόντας, ἀνέχειν ἐπὶ τύπων ἑαυτὸς, καὶ ἀποσήχας πονήρως. ὕστερον Ὦ τὴν ἀποβάραν ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, σφᾶς ἐκσῶσαί τε αὐτῇ. καὶ τὸ λοιπὸν ἐκδόντας, ὁμαρῶς φέρεσθαι χθιζὴν τῇ Ζακύνθῳ. μὲν Ὦ τούτους ἡ φαύλως ἔχως, ὡς ἔγωγ' ἂν εἵποιμι, ἄκυρον ἤδη τέλος ἄλλου ἑδέν τ χείρονα αὐτῶν. Εὐδαμίδας κορίνθιος, Ἀρεταίῳ τῷ κορινθίῳ, καὶ Χαριξένῳ τῷ σικυωνίῳ, φίλοις ἐκ χρῆν ὑπόροις ὄσι, πενέστατος αὐτὸς ὤν. ἐπεὶ Ὦ ἀπέθνησκε, λαθήκας ἀπέλιπε, τοῖς μὲν ἄλλοις, ἴσως γελοίας, σοὶ Ὦ σὺν οἶδα εἰ τοιαύτην δέξεσθαι, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ φίλῳ ἐμῷ τε, καὶ θεῖ τ σὺν αὐτῇ σωτηρίαν ἀμειλλομένῳ. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, ἀπολείπειν Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου τρέφειν, καὶ γηροκομεῖν. Χαριξένῳ Ὦ, τὴν δυγατέρα μου ἐκδοτὸν μὲ πρὸς ὃν, ὁπόση ἂν πλείστη ἐπιδοῦναι παρ' αὐτῆ δύναται. ᾧ Ὦ αὐτῇ ἐ μήτηρ πρεσβύτις, καὶ φυ-

extantem, manusque porrigentem amico: Hunc autem incontanter insilientem, simulque nantem, ac metuentem ne se prior Damon interiret. Sic enim profectò cognosces, quod generosum hunc quoque amicum Euthydicum retulerim. *Tox.* Vtrum perierunt viri Mnesippe, an illis ex insperato salus obtigit? adeò illis non mediocriter timui. *Mne.* Bono sis animo, Toxari, servati sunt: quinetiam nunc Athenis ambo philosophantes degunt. Nam Simylus hæc sola habebat dicenda, quæ olim noctu vidit, hunc delapsum illum desilientem, simulque nantes, quatenus per noctem aspicere dabatur. Porrò quæ post hæc acciderint Euthydicus ipse narrat. Primùm quidem subera quædam fortè nactos, his se sustinuisse, & incommodè enatasse. Deinde conspectis jam sub auroram tabulatis annasse, quibus postremò conscensis, facilè Zacynthum appulissent. Post hos autem qui neutiquam mali sunt, ut ego quidem autumo, accipe jam tertium nihilo illis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis utebatur, iis quidem opulentis, ipse cùm esset pauperrimus. Hic moriens testamentum reliquit, aliis quidem fortasse ridiculum, quod haud scio an tale tibi videbitur, viro probo, & apud quem amicitia in pretio sit, quique de primis in ea partibus contendas. Sic enim in eo scriptum erat, Lego Aretæo matrem meam alendam: & in senectute curandam: Charixeno filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Erat autem illi mater anus, & filiola nuptiis

γάτερον ἀρχῶν ἤδη γάμε. λῦ δέ τι ἕτερος αὐτῶν ὁ τοιοῦτος πάθη, καὶ τοῦτο εἰπόντα μερίδα φησὶν ἔχειν ὁ ἕτερος. τοῦτον ἀναγνωσθέντων τὰ διαθηκῶν, οἱ μὲν πεῖσαι μὴ εἰδότες ἦσαν Εὐδαμίδα, τὸν φιλίαν ἦ, ἢ ὡς τὰς ἄνδρας λῦ αὐτοῖς ἀγνοοῦντες, ὁ παιδιᾶ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο. καὶ ἅδις ὅτις ὁ γελῶν ἀπηλλάττετο. οἷον Ἀρέτιος, ὁ Χαρίξενος οἱ σύνδικοι, κληρον διαδέξοντες, λέγοντες, εἰσῆλθ ἀποτύχοιεν Εὐδαμίδα, καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομήσουσι τοῦ νεκροῦ. οἱ κληρονόμοι ἦ, οἷς τοῦτα καταλέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον σύνδις ἀμαυτῶντες τὰ ὀνόματα. ὁ μὲν οὖν Χαρίξενος, πέντε μόνας ἡμέρας ἐπιβιοὺς, ἀπέθανεν. ὁδὲ Ἀρέτιος, ἄφυκτος κληρονόμων χρόμος, τὸν τε ἐκείνου, καὶ τὸν αὐτοῦ μερίδα διαλαβών, τρέφει τε τὴν Εὐδαμίδα τὸν μητέρα, καὶ τὸν θυγατέρα ὃ πρὸ πολλοῦ ἐκδίδωκεν, λαὸ παλάντων πέντε, ὧν ἔλαχε. δύο μὲν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, δύο ἦ τῇ ἑ φίλῃ ἐπιδώς. καὶ τὸν γάμον γε αὐτοῖν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ ὦ Τόξαρι ὁ Ἀρέτιος ἔτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεχῆται, τοιαῦτα κληρονομήσας, καὶ μὴ ὡδὲ τὶς ἀληθινὸς ἑ φίλος; ἢ πίτερμον ἐ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις, μίαν τὸν πέντε εἶναι; *To.* καὶ ἔτος μὲν καλός. ἐγὼ ἦ, τὸν Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα ἑ ἡμέρας, ὃ εἰ μὴ ὧδε τὰς φίλας. ἐδήλωσε γὰρ ὡς ἐ αὐτὸς ἂν τὸ ὄμμα ἄφαξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἐ ἐν διαθήκαις τοῦτα ἐγέγραπτο, ἀλλὰ ὡς τὸ ἄλλαν ἦκεν ἂν ἄχαρφος κληρονόμος τὸ τοιοῦτον. *Μνη.* ὦ λέγαις πέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω Μασσαλιήτην, nuptiis jam matura. Siquid autem interim acciderit alterutri, hujus quoque partem, inquit, habeto alter. Hujusmodi lecto testamento, qui tenuitatem quidem Eudamidæ noverant: at amicitiam quæ illi cum hisce viris intercesserat, ignorabant, rem pro joco ducebant: & nemo non ridens discedebat, dicendo, cujusmodi hæreditatem Aretæus, & Charixenus sunt accepturi, fœlices videlicet, siquidem perfolvent Eudamidæ, superstitis etiam ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illicò venerunt, agnoscentes ea quæ testamento erant mandata. Itaque Charixenus, quinque duntaxat dies superstes, diem obiit. Aretæus verò factus hæredum optimus, tum illius, tum sua ipsius susceptæ parte, & Eudamidæ matrem alit, & filiam non ita pridem datis quinque talentis, quæ habebat, elocavit, duobus quidem propriæ filiæ, duobus in amici filiæ dotem: ac nuptias ambarum eodem die fieri voluit. Quid tibi Toxari, Aretæus iste videtur? num leve amicitiæ argumentum exhibuisse, adita hujusmodi hæreditate, neque deserto amici sui testamento? An hunc quoque perfectis in calculis ponemus, ut è quinque sit unus? *Tox.* Et iste quidem egregius: quanquam equidem Eudamidam multò magis ob fiduciam, qua fuit erga amicos, admiratus sum. Declaravit enim se eadem facturum fuisse erga illos, tametsi ea non essent in testamento scripta: verùm ante alios venturum, talium hæredem non scriptum. *Mne.* Probè dicis, Sed quartum tibi jam narrabo, Zenothemim Massilienſem Charmolei filium,

ἐδείχθη δέ μοι ὁ Ἰταλίᾳ πρεσβεύσας ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καλὸς ἅμα, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει. παρεκόμιζε δὲ αὐτὸν γυνὴ ἐπὶ ζεύγους ὁδοιποροῦσα, τὰ μὲν ἄλλα εὐειδὴς, καὶ ἕως τοῦ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸ ὀφθαλμὸν ἔκπεπωμένη, παγλάβητον τι, καὶ ἀσπασίως μορμολύκειον. εἶπε δὲ ἐπὶ ἰδιώμασιν εἰ καλὸς ἔστιν, καὶ ἀρχῇ ἄν, ἀνέχεσθαι παρεχόμενον τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τῷ ἀναγκαίῳ τὸν γάμον, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα. μοιχαλίσκος δὲ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γὰρ ἔφη τῷ παλαιῷ τὸ δυσμόρφου τούτης, φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουσίου, καὶ τιμωμένου ὁμοίως ἄν. χρόνου δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐν κριδίκαις, ὅτε καὶ ἐγὼ ἄλλων ἐψηφισάμην γνώμην παρούσαν. ὅτου δὲ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν ἔφη, εἴ τις παράνομα γράψειεν. ἐλυπεῖτο οὖν ὁ Μενεκράτης ἐπὶ τῇ κριδίκῃ. καὶ ἐπεὶ ἐν πλουσίᾳ, πένης, καὶ ἐξ εὐδόξου, ἄδοξος ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἠλία θυγάτηρ αὕτη, ἐπίγαμος ἤδη, καὶ ὀκτωκαιδεκέτης οὖσα, ἣν οὐδὲ μιᾷ πάσης τῆς οὐσίας ἦν παλαιᾶς, ἣν μὴ πρὸ τῆς κριδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε εὐπόρων, καὶ πενήτων, ῥᾳδίως θυγατέρα ποιήσασθαι, ὅτου κεκοσμημένα ἦσαν τὰ ὦτα. ἐλύπει δὲ κριδικὸν πρὸς τὸν στρατηγὸν συζευγνύμενον. ὡς δὲ τοῦτο πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπῆγγειλεν, ἡδέως ἔφη ὁ Μενέκρατης, ὅτι γὰρ ἀπαιτήσεις σε ἄξιον ἔχοντα εὑρήσει νυμφίον πένητα, καὶ τοῦτο ἅμα δίκαιον, λαβόμενος αὐτὸν τῆς δεξιᾶς, ἤγαγεν εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ τὴν τε οὐσίαν ἀπέδωκεν ὅσην, συνοίσειν γὰρ ἐκείνῃ τὸν γαμβρὸν οὐκ ἀναγκαίοις.

filium, qui mihi legationem pro patria obeunti in Italia monstratus est, vir formosus, procerus, & dives, ut apparebat. Huic iter facienti uxor assidebat in rheda, aliàs deformis, manca dimidia corporis parte dextra, alteroque oculo capta, teterrimum quoddam & refugiendum terriculum. Deinde cùm demirarer, si decorus ille & venustus cùm esset, mulierem ejusmodi secum vehi sustineret: is qui mihi eum commonstrarat, necessitatem nuptiarum exponit, singulis diligenter cognitis. Eratque ipse Massiliensis. Menecrati, inquit, deformis istius patri amicus erat Zenothemis, viro diviti, ac honorato, rebus iisdem par ipse. Aliquando autem suis facultatibus est mulctatus Menecrates, quo tempore etiam declaratus est infamis à viris sexcentis, ut qui sententiam iniquam pronunciasset. Ad hunc autem modum, inquit, nos Massilienses punimus, siquis corruptè judicet. Graviter itaque ferebat Menecrates, & quòd fuisset condemnatus, & quòd ex divite pauper, ex nobili infamis repente evasisset. In primis verò discrùciabat ipsum hæc filia, jam nubilis, & annos octodecim nata, quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante mulctam possederat, dignatus fuisset quisquam ingenuus ac pauper facilè accipere, quæ forma esset tam infœlici, imò etiam crescente Luna cadere diceretur. Hæc ubi apud Zenothemim declararet, bono, inquit, es animo Menecrates. Neque enim ipse egebis necessariis, & filia tua dignum aliquem suo genere sponsum inveniet. Quæ simul ac dixit, apprehensa illius dextra, domum deduxit, suasque facultates, quæ illi multæ erant, cum

μαζ πρὸς αὐτόν. καὶ δεῖπνον ἑστιᾷ σκιδαυθῆναι κελεύσας, εἰσία τοὺς φίλους, καὶ τ Μενεκράτ̃ν, ὡς δὴ πάντ̃ τ ἐπιόρων πεπεικὼς ὑποσῆναι τ κόρης τ γαμ9ν. ἐπὶ ζ ἐδεδείπνηζ αὐτοῖς, ἐ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, σὺν τοῦτο δὴ μεῖζον αὐτῷ τὸν φιάλ̃ν πρὸς τείνας, δίδ̃ξιν εἰπὶ τὸ Μενέκρατες, ἔφη, ἔ γαμβρὲ φίλτατε. ἀξομαι γὰρ ἐγὼ τὴν θυγατέρα Κυδιμάχ̃ν. τοῦτο ἔχω πάλαι εἰληφα, τάλαντα πέντε, καὶ ἔτι. ἔ ζ, ἄπαγε λέγεις, μὴ σύγε ὦ Ζηνόθεμι, μὴ ὕτω μανείης, ὡς τοιοῦτόν σε, νέον ἐ καλὸν ὄντα, κόρῃ αἰσχρᾷ, καὶ λελωβημένῃ συγκαταζυγνύμενον. ὁ ζ, τοῦτο διεξιόντος, προάμενος τὸν νύμφιον, ἀπῆλθ εἰς τ θαλαμον. καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθε, λέγ̃ν ὅτι σωφρονεῖν αὐτόν. καὶ τοιαύτην σωτηρίαν ὑποδεξαμενος, καὶ πάντη ὡς ὁρᾷς τοιοῦτον ὄντα. καὶ οὐχ ὅπως τῆς αἰσχύστης τ γάμ9, ἀλλὰ ἐ μεμνημένῳ ἔοικεν, ἐπιδεικνύμενος, ὡς καλοῦ μὲν τῶν ἐν σώματι καλῶν, ἢ αἰσχρῶν, καὶ πλούτ9, καὶ δόξης. ἀφορᾷ ζ εἰς τ φίλον, καὶ τ Μενεκράτ̃ν. ὃν δὴ οἴεται χείρω τοῦ φιλίαν ὑπὸ τ ψήφ9 τ ἑξακοσίων γεγονέναι. πάλιν ἤδη γε τούτων ὕστερος αὐτὸν ἠμείψατο ἐ ἡ τύχη. παιδίον γὰρ πάνκαλον ἐκ τ αἰσχίστης αὐτῇ τοιαύτης ἐτέκετο. καὶ τοῦτο μ, ἐπὶ δεξιὰ φέρων αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ εἰς τὸ βαλανεῖον, θαλλοῦ ἐστεμμένον, καὶ μέλασα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλευθεριώτερον φανείη ὑπὲρ ὃ πάππ9, τὸ μὲν βρέφος, ἀνενέγκασα πρὸς τὸς βαλανέας, καὶ σωτηρίᾳ τῷ χείρε. ἡ βαλὴ ζ ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφῆκε τὸν Μενεκράτ̃ν τὴν καταδίκ̃ν. καὶ ἤδη ἐπιθυμός ἐστι, τηλικοῦτῳ σωτηρίᾳ χρησαμένῳ πρὸς τὸ σωφρονεῖν. τοιαῦτα

ipso est partitus, & convivio quod apparari jussérat, amicos excepit, & in his Menecratem, quasi cuipiam è necessariis jam persuasisset, ut puellam in matrimonium acciperet. Posteaquam autem cœnassent, libassentque Diis, tum porrecto illi pleno poculo, accipe, inquit, Menecrates, à genero amicitiæ poculum: nam hodie ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham: dotem autem jam olim accepi, talenta quinque & viginti. Cui cùm respondéret, apage, ne feceris ô Zenothemis, neve ipse usque adeo insaniam ut te juvenem & formosum cum deformi & mutilata puella conjugatum conspiciam. Hæc illo loquente, hic sponsam tollens, in thalamum abiit, & paulo pòst ea devirginata prodiit, cum qua ex eo tempore consuescit, eam summopere amans, & quemadmodum vides, circumferens. Nec solùm non pudet matrimonii, sed etiam perinde atque de eo glorians, ostentat, ut contemnit corporis formam, aut fœditatem, & divitias, & gloriam: sed amici tantum Menecratis rationem habet, neque arbitratur eum sexcentorum virorum sententia deteriorem ad amicitiam factum. Verùm pro his jam illi gratiam sic retulit fortuna. Puerulus enim formosissimus ex illa deformissima susceptus est. Quem cùm pridie pater in curiam intulisset, oleagina fronde coronatum, ac pulla veste amictum, quò plus commiserationis avo conciliaret, infans judicibus arridebat, & manus complodebat: ad quem commota curia, Menecrati mulctam remittit. Iamque hic isto apud judices patrono usus, rei famæque restitutus est. Hæc affirmabat

ὁ μασσαλιώτης ἤλεγε τὸν Ζηνόθεμιν ἐρχάσιμ ὑπὲρ τοῦ φίλου, ὡς ὁρᾶς, οὐ μικρᾶς, οὐδὲ ὑπὸ τοιούτων ὧν Σκυθῶν ἡδόμενα. οἷος καὶ τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς πάνυ καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται. λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος. καί μοι δοκῶ σὺν ἄλλον εἰρῆν, Δημητρίου τοῦ σουνιάτου ἐπιλαθόμενον. συνεπλεύσαμεν γὰρ εἰς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι, καὶ συνεφήβῳ, συνῶν, καὶ συνεπαιδεύετο. αὐτὸς μὲν, τῇ κυνικῇ ἀσκήσει ἀσκούμενος ὑπὸ τοῦ ῥοδίου ἐκείνου σοφιστοῦ. ὁδὲ Ἀντιφίλος, ἰατρικὴν ἔφερε ἐμελέτα. καὶ ἐπί ποτε ὁ μὲν Δημήτριος, ἵνα μάθοις τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν καὶ θεᾶσαι τὰς πυραμίδας, καὶ τὸν Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς ὄντας, μὴ παρέχειν σκιάν. τὸν δὲ Μέμνονα, βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, τούτων ἐπιθυμήσας Δημητρίου, θεᾶσαι μὲν τὰς πυραμίδας, ἀναπεπλεύκει καὶ τὸν Νεῖλον ἔχων ἤδη μῆνα, ἀνιηκὼς πρὸς τὴν ὁδὸν, καὶ τὸν θαλάττης, ἀπολιπὼν τὸν Ἀντίφιλον. ὁδὲ, ὁ τοιοῦτος συμφορᾷ ἐχρήσατο, μάλα ἰδιωτικῇ πάνυ φίλῳ διαμάχῃ. οἰκίσκος γάρ αὐτῷ Σύρος, καὶ τέκμαρ, καὶ τῶν παλαιόδυτῶν, ἱεροσύλοις τισὶ ἡνωμένος, συνεσπλήξατο αὐτοῖς τὸ Ἀνουβείδιον. καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυροῦς. καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατὰ-

mabat Massiliensis Zenothemim amici gratia feciſſe, haud exigua, ſicuti vides, neque qualia paſſim Scythæ factitant, qui formoſiſſimas pellices diligenter eligere dicuntur. Reſtat nobis quintus. Neque verò mihi videor alium quempiam debere dicere, omiſſo Demetrio Sunienſi. Navigarat in Ægyptum Demetrius, unà cum Antiphilo Alopecenſi, qui cum illo jam inde à teneris annis amicitiam contraxerat, & ephebus ephebo convivebat, & erudiebatur, alter quidem Cynicam diſciplinam ex Rhodio ſophiſta diſcens, alter nimirum Antiphilus medicinæ operam dans. Aliquando etiam Demetrius in Ægyptum eſt profectus, ut [1]Pyramidas, & Memnonem viſeret: ſiquidem audiverat, eas quanquam excelſæ erant, umbram non præbere. Memnonem autem oriente ſole clamare. Harum igitur rerum cupiditate adductus Demetrius, cùm ut Pyramidas videret, tum ut Memnonem audiret: ſextum jam menſem adverſo Nilo navigabat, relicto Antiphilo, quòd is itinere, atque æſtu fatiſceret. Hic verò interea in calamitatem incidit, quæ generoſo quopiam amico indigeret. Etenim famulus ejus homine & patria Syrus, inita ſocietate cum ſacrilegis quibuſdam, unà cum illis in Anubis templum irrupit: ſublatoque Deo, aureiſque phialis duabus, aureoque caduceo, & cynocephalis argenteis, atque id genus aliis, omnia apud

1 *Pyramidas, & Memnonem*] Pyramides ſtructuræ ſuntex ſaxis aut lateribus, ab imo amplæ, in ſummo acutæ, atque in aliam molem evectæ, ad nihil quam ad effundendam opes inventæ. Memnonis autem hujus cineres in aves tranſmutati feruntur, quæ magnis gregibus & diverſis locis, ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis convolare atque ibi primùm querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. Ovid. lib. 13. Met. Lucianus in Philoph. *Cogn.*

mihi accidit, Mercuri, tibi cùm sis meus filius, dicere non pigebit. Scis quàm confidenti animo, & ore grandiloquo fuerim in concionibus? *Merc.* Scio: & te concionantem audiens timui: ac præcipuè quando minabaris te demissa catena illa aurea, terram à fundamentis, & mare cùm ipsis Diis sursum tracturum. *Iup.* At nunc ô fili, nescio utrum impendentium malorum magnitudine, an verò præsentium multitudine (nam hic Deorum conventus est frequentissimus ut vides) animo conturbor, & intremisco, & vincta mihi lingua videtur. Quodque omnium est absurdissimum, excidit mihi totius orationis proœmium, quod præparaveram, ut bellissimo apud ipsos exordio uterer. *Merc.* Perdidisti omnia Iupiter. His suspectum est tuum silentium, & prægrande aliquod malum sese audituros expectant, quia tu cunctaris. *Iup.* Vis igitur Mercuri, Homericum illud proœmium ipsis occinam? *Merc.* Qualenam? *Iup. Diique Deaque omnes dicenti advertite mentes.* *Merc.* Apage. Nam satis in principio adversus nos es debacchatus. Verùm si videtur, molestos illos versus omittito: & quam volueris ex orationibus Demosthenis contra Philippum, paucis immutatis declamato: quod multi oratores nunc faciunt. *Iup.* Rectè dicis compendiosam hanc orandi rationem, & astutiam opportunam hæsitantibus. Tandem igitur incipiam. Multis pecuniis, ô viri Dii vos ante posituros puto, si vobis innotescat, quid tandem sit illud, cujus gratia hunc in cœtum accersiti estis. Quod cùm ita sit, convenit ut me dicentem ala-

ἀκροᾶσθαί μου λίαν τοῦ. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς ὦ θεοί, μικρὸν μὲν λίαν φωνῶ ἀφιεὶς, ὅτι τὸ παρὸν ἐρρωμένως ἀντιληπτέον ἡμῖν ἐστιν, ἡμεῖς δὲ, πάνυ ὀλιγώρως ἔχειν δοκοῦμεν πρὸς αὐτό. βούλομαι δὴ ἤδη, καὶ γὰρ ἐπιλείπει ὁ Δημοσθένης, αὐτὰ ὑμῖν δηλῶσαι σαφῶς, ἐφ' οἷς ἀλλοκροχθεὶς, σωνήγαγον τῷ ἐκκλησίαν. χθὲς γὰρ ὡς ἴστε, Μνεσίθεα δὲ ναυκλήρου θυσιῶντος τὰ σωτήρια ἐπὶ τῇ νηὶ ὀλίγου δεῖν ἀπολωλυμένῃ περὶ τὸ Καφηρέα, εἰστιάμεθα ἐν Πειραιεῖ, ὁπόσους ἡμῶν ὁ Μνησίθεος ἐπὶ τῷ θυσίαν ἐκάλεσεν. εἶτα μὲν τὰς σπονδὰς, ὑμεῖς μὲν, ἄλλοθεν ἄλλοι ἐτράπεσθε, ὡς ἑκάστῳ ἔδοξεν. ἐγὼ δὲ, ἐδόκουν γὰρ πάνυ ὀψὲ εἶναι, ἀπῆλθον εἰς τὸ ἄστυ, ὡς τοιπατήσοιμι τὸ δειλινὸν ἐν κεραμεικῷ, σὺν οἷς ἄμα δὲ Μνησίθεα τῶν μικρολογίαν, ὃς ἑκκαίδεκα θεοῖς ἑστιῶν, ἀλεκτρυόνα μόνον κατέθυσε, μέρυζα κἀκεῖνον, ἤδη ἐν κορυζῶντα. καὶ λιβανωτὸν χόνθους τέτταρας, ἐν μόλα σύρωσιν ὄντας, ὡς αὐτοῖς ἀποσβεσθείησαν τῷ ἄνθρακι, μὴ δὲ ὅσον ἄκρα τῇ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι δὲ καπνὸν ὀδμὴν χόνθος. καὶ ταῦτα, ἐκβόμβους ὅλας ὑποχόμβου, ὁπότε ἡ ναῦς ἤδη προσεφέρετο τῷ σκοπήλῳ, καὶ σύτος ἦν τὰ ἱμάτια. ἐπὶ δὲ ταῦτα σπονδὴν, χίνομαι καὶ τὴν Ποικίλην, ὁρῶ πολὺν ἀνθρώπων πάμπολυ συνεγηγερμένος. σπίνις μοι, ἔνδεν σὺ αὐτὴ τὴν σοφὴν. πολλοὺς δὲ, καὶ σὲ τῷ ὑπαίθρῳ. καί τινας βοῶντας, καὶ ἀλλοπινομένους, ἐπὶ τὸ ὄχλου κεκλιμένους. εἰκάσας ἂν ὅτῳ ἦν, φιλοσόφους εἶναι τὸ ἐμπικῶν τούτων, ἐβουλήθην ἐπιστὰς, ἀκοῦσαι αὐτῶν ὅ, τι λέγουσι. καὶ ἔτυχον γὰρ μεθέλων τὸ παλαιὸν σχοινοβατῶν, χλαμυδώσας ἐμαυτὸν ἐς τὸ ἐκείνου τρόπου, καὶ τὸ πώγωνα ἐπικαπασάμενος,

criter audiatis. Præsens utique tempus, ô Dii, emissa propemodum voce dicit, nobis fortiter suscipiendam rerum præsentium curam, quas tamen negligere videmur. Iam autem volo deficiente mihi Demosthene, ea vobis apertè declarare, quibus perturbatus concionem convocavi. Heri enim, ut scitis, cùm Mnesitheus nauclerus observatam ex undis navem, quæ ad Capharei scopulos illisa ferme periit, nos in Piræo epulis excepisset, quotquot nostrûm ad sacrificium vocaverat: peractis libationibus, vos quidem alii alia via discessistis, ut cuique visum est. Ego verò, quia nondum erat vespera, in urbem redivi, ut tempore pomeridiano in Ceramico deambularem, animo volvens Mnesithei sordes, qui sedecim Diis epulum præbens, gallum unicum immolavit, eumque senem, & gravedine jam laborantem: præterea quatuor thuris grana, carie obsita, ita ut prunis extinguerentur, neque fumis tantillum naribus odorem præberet fumus: idque cùm solidas hecatombas promisisset, tum quum navis in scopulum impellebatur, eratque inter saxa. Postquam hæc mente agitans, ad Poecilen venio, congestam hominum multitudinem inusitatam video: nonnullos in ipsa quidem Stoa: plerosque verò sub dio: quosdam etiam vociferantes, qui in concione sedentes, obnixè contendebant. Igitur conjectura assequutus quod erat, Philosophos esse ex contentiosis illis, volvi admoto gressu, audire quid dicerent. Etenim nube crassissima me involvi, assumpto illorum habitu, & attracta prolixa barba, valdè

εὖ μάλα ἐμοὶ φιλοσόφῳ. καὶ δὴ προσκυσαμένου τὰς πολλὰς εἰσέρχομαι ἀγνοούμενος ὅτις εἶμι. δύσκαιρον γὰρ τὸν ἐπικύρειον Δάμιν, τὸν ἐπίτριπτον, καὶ Τιμοκλέα τὸν στωϊκὸν, ἀνδρῶν βέλτιστον, ἐκφύμως πάντων ἐρίζοντας, ὁ γὰρ Τιμοκλῆς, ἡ ἔδρα, καὶ τοῦ φωνὴν ἤδη ἐξεκέκλητο ὑπὸ τῆς βοῆς. ὁ Δάμις δὲ, τὸ σαρδόνιον ἐπιγελῶν, ἐπὶ μᾶλλον παρώξυνε τὸν Τιμοκλέα. ἦν γὰρ περὶ ἡμῶν ὁ πᾶς λόγος αὐτοῖς. ὁ μὲν κεκραγὼς Δάμις, ὅτι φθονοῦμεν ἡμᾶς ἔφασκε τοῖς ἀνθρώποις, ὅτε ἐπισκοποῦμεν τὰ γιγνόμενα παρ' αὐτοῖς, ἡδὲν ἄλλο, ἢ μὴ ὅλως ἡμᾶς εἶναι λέγων. τοῦτο γὰρ αὐτῷ δηλαδὴ ὁ λόγος ἐδήλου. καί τινες, οἱ ἐκείνου αὐτόν. ὁ δὲ ἕτερος, τὰ ἡμέτερα ὁ Τιμοκλῆς ἐφρόντιζε ὑπερμάχως, καὶ ἠγανάκτει, καὶ πάντα τρόπον σωτηρίζετο, τὰ ἐπαινούμενα ἡμῶν ἐπαινῶν, καὶ διεξιὼν, ὡς ὀλίγου τι, καὶ παξὶ τῇ φθορᾷ ἐξηγάμεθα, καὶ ἀφαπόλογα ἐκρίνατο. καὶ εἰ μὴ πάνυ τινὰς ἐπαινοῦντες. πάλαι σκεπτικοὶ γὰρ ἦμεν, καὶ ποτήρους ἐφάμεν, καὶ τὸ πλῆθος εἰς τὸν Δάμιν ἀπέβλεπε. σωθεὶς δὲ ἐγὼ τὸν κίνδυνον δύρθιον, τάχα σκέλλουσι φέρουσιν ἐδόκουν, ἀφαλοῦσι τὰ σωθησόμενα. ἀπῆλθον οὖν, εἰς τὰ ὑστεραία σωθησόμενοι εἰς τέλος ἐπιτελοῦντες τὸ σκέμμα. κἀγὼ παρομαρτῶν τοῖς πολλοῖς, ἐπῆκουον μείζων ἀπόντων οἴκοθεν παρ' αὐτοῖς, ἐπαινούντων τὸν Δάμιδος, καὶ ἤδη πολὺ ἀρμόζον τὰ ἐκείνου. ἦσαν δὲ οἱ μὴ ἀξιοῦντες φιλοσοφεῖν τὸν σκυλίων, ἀλλὰ φθονεῖν, εἴ τι ὁ Τιμοκλῆς αὖ-

valdè similis eram Philosopho. Tum multos cubito protrudens ignotus ingredior: & verberonem illum Damin Epicureum nanciscor, & omnium hominum optimum Timoclem Stoicum acerrimè contendentes. Vnde jam sudabat Timocles, eique vox intercipiebatur præ clamore. Damis verò [1] sardonium ridens Timoclem magis exasperabat: eratque omnis illorum de nobis disputatio. Etenim execrandus ille Damis affirmabat nos neque rebus humanis providere, neque ea quæ fiunt apud ipsos speculari: nihil aliud quàm nos non esse dicens. Nam hæc vis erat ejus orationis, quam nonnulli probabant. Alter verò, nempe Timocles stabat à nostris partibus, & pro nobis pugnabat, indignabaturque & modis omnibus defendebat, diligentiam nostram laudans, & narrans ut recta ratione & ordine singula moderamur, & digerimus: atque ipse etiam laudatores habebat. Verum jam fessus erat, & ægrè loquebatur: turba autem oculos ad Damin convertebat. Tum ego cognito rei periculo, jussi noctem circunfusam dissolvere conventum. Quare abierunt ex composito, ut die postero disceptationem ad finem deducerent. Ego verò vulgo comitem me præbens, interim dum domum repetebant, audiebam Damidis orationem probantes, ejusque sententiam præoptantes. Erant verò qui censebant contrariam opinionem præjudicio non damnandam, sed expectandum an Timocles cras aliquid dicturus

1 *Sardonium*] Ridere risum Sardonium dicuntur, qui risum ridet ὁ δὴ ἐδόκει ὑγιὴ sic in Asin. Σαρδόνιον γελᾶντες ἔλεγον. i. *Sardonicè ridentes ajebant.* Cogn.

ελον ἰρεῖ. ταῦτ' ἐστιν ἐφ' οἷς ὑμᾶς συνεκάλεσα. ὐ μικρὰ ὦ θεοὶ εἰ λογίσεσθε ὡς ἡ πᾶσα μὲ ὑμῖν τιμὴ, καὶ δόξα, καὶ σεβασθῶ, οἱ ἄνθρωποί εἰσιν. εἰ δ' ὅτοι πεισθεῖεν ἢ μὴ δὲ ὅλως θεὺς εἶναι, ἢ ὄντας, ἀσθενοῦντες εἶναι σφῶν αὐτῶν, ἄγνωα; καὶ ἀπάρχεται, καὶ ἄπυρα ἡμῖν ἔστι τὰ ἐκ γῆς, καὶ μάτην ἐν ὀργαῖς καθεδόμεθα, λιμῷ ἐλόμενοι, ἑορτῶν ἀκείνων, καὶ πανηγύρεων, καὶ ἀγώνων, καὶ θυσιῶν, καὶ παννυχίδων, καὶ πομπῶν τερόμενοι. ὡς ἔν γε τοιῷ τηλικούτων φημὶ δεῖν ἅπαντας ἐπινοεῖν τι σωτήριον τοῖς παροῦσι, καὶ ἀφ' ὅτου κρατήσας μὲ ὁ Τιμοκλῆς, καὶ δόξῃ ἀληθέστερα λέγειν, ὁ Δάμις ἢ, καγελασθήσεται ὑπὸς τ' ἀκούοντων. ὡς ἔγωγε ὑ πάνυ τῷ Τιμοκλεῖ πέπεισμαι, ὡς κρατήσῃ καθ' ἑαυτὸν, ἰὼ μὴ ἐ τι παρ' ἡμῶν αὐτῷ προσγένηται. κήρυττε ὦ Ἑρμῆ τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ Ζ νόμου, ὡς ἀνιστάμενοι, συμβουλεύσουσιν. Ερ. ἄκουε σιγᾶ. μὴ πάρεστε. τίς ἀγορεύειν βούλεται τ τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστι; τί τοῦτο, ὑδεὶς ἀνίσταται, ἀλλ' ἡσυχάζετε, ὥστε τὸ μέγεθ τῶν ἡμελημένων σκοπαλημμένοι; Μω. [1]ἀλλ' ὑμεῖς μὲ ἅπαντες, ὕδωρ, καὶ γαῖα χρύσειδε. ἐγὼ ζ, εἰ μέ μοι μὴ παῤῥησίας λέγειν δώσει, πολλὰ ἂν ὦ Ζεῦ, ἔχοιμι εἰπεῖν. Ζ. λέγε ὦ Μῶμε, πάνυ θαῤῥῶν. δῆλο γδ εἰ ἐπὶ τὸ συμφέρον τι παῤῥησιαζόμενο. Μω. σκοῦν ἀκούετε ὦ θεοὶ πάντες, τὰ γε [2]ἀπὸ κροδίας φασίν. ἐγὼ γδ ἐ πάνυ προσεδόκων ἐς τόδε ἀμηχανίας ἥξεσθαι τὰ ἡμέτερα ἐ πολλῆς τινὸς ἀναφυήσεσθαι ἡμῖν σοφιστὴς, παρ' ἡμῶν αὐ-

cturus esset. Hæc sunt ob quæ vos convocavi, non exigua ô Dii, si perpenderitis omnem nobis honorem, gloriam & proventum ab hominibus esse petendum. Qui si crediderint nullos omninò esse Deos, aut si sint, res tamen humanas nulla eorum providentia gubernari, nec sacra, nec dona, nec honores ex terra sunt expectanda: & frustra in cælo sedebimus, fame laborantes, festis illis diebus, celebritatibus, certaminibus, sacrificiis, nocturnis ludis, pompisque privati. Super tantis itaque rebus, aio oportere nos omnes consilium comminisci, quo à præsentibus periculis liberemur, & Timocles veriora dicere visus, vincat: at Damis ab auditoribus derideatur. Non enim prorsus confido fore ut vincat per se Timocles, nisi à nobis illi subsidium accedat. Pronuncia Mercuri præconium illud, quod lex edicit, ut surgentes consultent. *Merc.* Audi, tace, ne turbes. Quis summorum Deorum, quibus licet, verba vult facere? Quid rei est? nemo surgit: sed cuncti quiescitis rerum propositarum magnitudine obstupefacti? *Mom.* At vos sic muti tellus fiatis & unda. Verùm ego si mihi verba facere cum libertate concederetur, multa Iupiter, haberem dicenda. *Iup.* Confidenter dic ô Mome. Nam aliquid in communem utilitatem videris propositurus. *Mom.* Proinde audite, Dii omnes, ex animo, quod ajunt. Ego enim omnino expectabam res nostras in eam difficultatem delapsuras, multosque hujusmodi Sophistas nobis suppul-

1 Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν] Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν. *Marcil.*
2 Ἀπὸ κραδίας] Proverbium de quo dixi ad Petron. *Bourd.*

1 Τυμ-

τῶν τὴν αἰτίαν ἢ πόλεμος λαμβάνουσιν. καὶ μὴν τὴν ἡμῖν, ὅτι τῷ Ἐπικούρῳ ἄξιον ὀργίζεσθαι, ὅτι τοῖς ὁμιλητοῖς αὐτοῦ, καὶ Λαβδάκοις τε δυγμάτων, εἰ τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν. ἢ τί γὰρ αὐτοὺς ἀξιώσειέ τις ἂν φρονεῖν, ὁπόταν ὁρῶσι τοσαύτην ἐν τῷ βίῳ τὴν παραχὴν, καὶ τὰς μὲ χρησὰς αὐτῶν, ἀμελαμβίους, ὠμωμένας, καὶ νόσους, καὶ δουλείαν καταφθειρομένας. πανοῦργος ἦ, καὶ μιαρὸς ἀνθρώπος, καθαμαμένους, καὶ ὑπερπλουτοῦντας, καὶ ἐπιτάττοντας τοῖς κρείττοσι, καὶ τὰς ἱερωσύνας ἢ κληζομένας, ἀλλὰ διαλαθάνοντας. ἀνασκολοπιζομένους ἦ, καὶ [1] τυμπανιζομένους σύνοπτα τὰς ὑδὲν ἀδικοῦντας. εἰκότως τοίνυν ταῦτα ὁρῶντες, ὅτι Λαβδάκοις τοῖς περὶ ἡμῶν, ὡς ὑδὲν ὄλως ὄντων. καὶ μάλιστα ὅταν ἀκούσωσι τῶν χρησμῶν λεγόντων, ὡς Λαβδὰς τὴν Ἄλυν, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. ἢ μέντοι δηλούντων ἔτι τὴν αὐτὴν, ὅτι τὴν τῶν πολεμίων. καὶ πάλιν, ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς ἦ σὺ τέκνα γυναικῶν. καὶ Πέρσαι γὰρ οἴμαι, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν. ὅτε μὲ γὰρ πάλιν τῶν ῥαψῳδῶν ἀκούσωσιν ὅτι σὲ ἐρῶμεν, καὶ πτερισκόμεθα, καὶ δουλεύομεν, καὶ δεσμούμεθα, καὶ τασσόμεθα, καὶ μυρία ὅσα πεπόνθαμεν ἔχομεν, καὶ ταῦτα, μακάριοι, καὶ ἄφθαρτοι ἀξιοῦντες εἶναι, τί ἄλλο, ἢ δικαίως καταγελῶσι, καὶ ὑδενὶ λόγῳ τίθενται τὰ ἡμέτερα; ἡμεῖς ἦ ἀγανακτοῦμεν, εἴ τινες ἀνθρωποι ὄντες, ὑ πάνυ ἀνόητοι, διελέγχουσι ταῦτα, καὶ τὴν τοιαύτην ἡμῶν παραθεώμενοι, δέον ἀγαπᾶν εἴ τινες ἡμῖν ἔτι φύσει, τοιαῦτα ἐξαμαρτάνουσι.

pullulaturos, à nobis ipsis suæ audaciæ causam sumpturos. Nec sanè per æquitatem, æquum est irasci Epicuro, nec ejus discipulis, & disciplinæ successoribus, si talia de nobis senserunt. Quid enim de nobis sentire ipsos quispiam putet, quum tantam in vita perturbationem cernunt? Bonos quidem, negligi, in paupertate, morbis, & servitute consumi: verùm homines omni scelere contaminatos, honore & & divitiis priores esse, & melioribus imperare: sacrilegos autem non puniri, sed delitescere: Insontes autem interdum cruci affigi, & fustibus cædi. Quæ cùm videant, jure de nobis ira sentiunt, ac si nihil omnino simus. In primis verò quum oraculorum effata audierint, Vt magnum imperium trajecto destruet Hale, quibus non declaratur sit-ne hoc ipsius, an hostium. Rursus, Vxorum Salamis charissima pignora perdet. Nam Persæ puto, & Græci, uxorum proles erant. Rursus quum ex poëtis audiunt nos amare vulnerari, servire, vinculis obstringi, seditionibus turbari, innumeris molestiis implicari, præsertim cùm beati & immortales esse contendamus: quid aliud quam nos jure derideret, & flocci facerent? Porrò nos indignè ferimus, siqui homines non prorsus væcordes hæc arguunt: nostramque providentiam rejiciunt, cùm potiùs nos contentos esse oporteat siqui adhuc sacra faciunt nobis hunc in modum errantibus. Hic

1 Τυμπανιζομένους] Quod damnati ducerentur cum tintinabulo ad supplicium, dixi alibi. *Bourd.*

1 Πολ-

καὶ μοι σύταῦθα ὦ Ζεῦ, μόνοι γὰρ ἐσμὲν, καὶ οὐδεὶς ἄνθρωπος πάρεστιν ἐν τῷ συλλόγῳ ἔξω Ἡρακλέους, καὶ Διονύσου, καὶ Γανυμήδους, καὶ Ἀσκληπιοῦ, τῶν παρεγγεγραμμένων τούτων, λέγε μοι μετ' ἀληθείας, εἴ ποτε σοι ἐμέλησεν εἰς τοσοῦτον τῆς γῆς, ὡς ἐξελάσαι οἵ τινες αὐτῶν οἱ φαῦλοι, ἢ οἵ τινες οἱ χρηστοί εἰσιν. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. εἰ γὰρ μὴ ὁ Θησεὺς ἐν Τροιζῆνος εἰς Ἀθήνας ἰὼν, ὁδὸν πάρεργον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους, ὅσον ἐπὶ σοί, καὶ τῇ σῇ προνοίᾳ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε ζῆν σύτροφῶνίας πεῖς τὴν ὁδὸν βαδιζόντων σφαγεῖς, καὶ Σκείρωνα καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην, καὶ Κερκύονα, καὶ τοὺς ἄλλους. ἢ εἶγε μὴ ὁ Εὐρυσθεὺς, ἀνὴρ δίκαιος, καὶ προνοητικὸς, ὑπὸ φιλανθρωπίας ἀναπεισθεὶς ὁρμὴν τὸν παρ' ἐκείνοις, ἐξέπεμπε τοῦτον τὸν οἰκέτην αὐτοῦ, ἐργαλεῖον ἄνθρωποι, καὶ ἐσθύμιον εἰς τοὺς πόνους, ὦ Ζεῦ, σὺ ὀλίγου ἐφρόντισας ἂν τῆς Ὕδρας, καὶ τῶν ἐν Στυμφάλῳ ὀρνέων, καὶ ἵππων τῶν θρακικῶν, καὶ τῶν κενταύρων ὕβρεως, καὶ παροινίας. ἀλλ' εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, καθήμεθα, τοῦτο μόνον ἐπιτηροῦντες, εἴ τις ἡμῶν ἐπὶ τὰς θυμηδίας. τὰ δ' ἄλλα, καὶ ῥᾴδιον φέρεται, ὡς ἂν τύχοι ἕκαστα ἀπαντῶμενα. τοιγαροῦν, εἰκότως νῦν πάσχομεν, καὶ ἐπὶ πείσμεθα. ἐπειδὴ καὶ ὀλίγοι οἱ ἄνθρωποι ἀνακύπτοντες, σύεσκωσιν ἤδη ὄφελος αὐτοῖς ὄν, εἰ θύοιεν ἡμῖν, καὶ τὰς σπονδὰς πέμποιεν. εἶτ' οὐδεμιᾷ ὄψει κεχαγελασμένους μὲν τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους, καὶ Δαμίδας, κρατυμένους δέ, καὶ ἀποσφαττομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους συγγόνους. ὥστε ἡμέτερον ἂν εἴη παυέειν, καὶ ἰᾶσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐς τόδε

Hic verò mihi Iupiter, soli enim sumus, nec homo quisquam in cœtu adest, præter Herculem, Bacchum, Ganymedem, Æsculapium, ascriptitios istos, cum veritate respondes. Num aliquando tantam hominum curam susceperis, ut expenderis quinam illorum mali, qui boni sint? hoc non ausis dicere. Ergo nisi Theseus Trœzene Athenas profectus, maleficos in itinere excidisset, quantum ad te, tuamque providentiam attinet, nihil obstaret quominus viverent viatorum cædibus insolescentes Sciron, Pityocamptes, Cercyon, aliique innumeri. Aut nisi Eurystheus homo cùm justus, tum providus, singulari humanitate impulsus, singulis apud quosque diligenter exploratis, hunc famulum suum emisisset, hominem manu promptum, factisque strenuum, & ad labores obeundos alacrem, ô Iupiter, tu Hydram, Stymphalidas aves, Thracios equos, & Centaurorum contumeliam, ac petulantiam parum curasses. At si vera profiteri oportet, sedemus, hoc tantùm observantes, an aliquis sacrificet, & aras adoleat. Porrò res cæteræ secundo flumine feruntur, ut unaquæque fortuitò distrahitur. Itaque meriti hæc patimur, & patiemur ampliùs: quum homines paulatim emergentes, animadverterint sibi nihil prodesse quòd sacra offerant, & libamina nobis mittant. Deinde brevi videbis irridentes Epicuros, Metrodoros, & Damidas: victosque & jugulatos ab ipsis patronos hosce nostros. Quare nostrarum esset partium talia cœpta compescere, & medicari, cùm ea isti in tantum provexerint.

αὐτὰ προσαγγέλλειν. Μόμῳ δ' ὀ μείζας ὁ κίνδυνος, εἰ ἄτιμος ἔσται. οὐδὲ γὰρ πάλαι τ' τιμωμένων ἦν, ὑμῶν ἔτ' εὐτυχούντων, ὡς τὰς θυσίας καρπιμένων. Z. τοῦτον μὲν ὦ θεοί, λαφεῖν ἐάσωμεν, ἀεὶ πρέχον ὄντα, καὶ ἐπιλιμπικόν. ἴσι μὲν γὰρ ὡς ὁ θαυμαστὸς Δημοσθένης ἔφη, τὸ μὲν ἐγκαλεῖται, ὡ μέμψασθ, καὶ ἐπιτιμῆσαι, ῥᾴδιον ὡ βουλομένῳ παντός. τὸ δ' ὅπως τὰ παρόντα βελτίω γένηται συμβουλεῦσαι, τοῦτ' ἔμφρονος ὡς ἀληθῶς συμβούλου. ὅπερ οἱ ἄλλοι εὖ οἶδ' ὅτι ποιήσετε, καὶ τοῦτο σιωπῶντες. Πο. ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα, ὑποθορύχης εἰμὶ ὡς ἴστε, καὶ σὺν βυθῷ πολιτεύομαι, καὶ ἐμαυτὸν εἰς ὅσον ἐμοὶ δυνατὸν, σώζων τοὺς πολίτας, καὶ ξυμπίμπων τὰ πλοῖα καὶ τὰς ἀνέμους καταμαλάττων. ὅμως δ' ὦν, μέλα γάρ μοι ὡ τ' σύστασθαι, φημὶ δεῖν τ' Δαμοιτᾶτον, ἐκποδὼν ποιήσαντ' περὶ ἐπὶ τῷ ἔχειν ἥκειν, ἤτοι κεραυνῷ τινι, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ, μὴ ὡ ὑπέρχῃ λέγων. φῄς γὰρ ὦ Ζεῦ, πιθανόν πινα εἶναι αὐτόν. ἅμα γὰρ ὡ δείξομεν αὐτοῖς, ὡς μετεχόμενα τὰς τὰ τοιαῦτα κακὰ ἡμῶν διεξιόντας. Z. παίζεις ὦ Πόσειδον, ἢ τέλεον ἐπιλέλησαι; οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν τ' τοιούτων ἐστὶν, ἀλλ' αἱ μοῖραι ἑκάστῳ ἐπικλώθουσι, τ' μὲν, κεραυνῷ, τ' δ', ξίφει, τ' δ', πυρετῷ, ἢ φθόῃ, λοιμῷ τινι. ἐπεὶ εἴγε μοι ἐπ' ἐξουσίας τὸ πρᾶγμα κεῖτο, εἴασα ἂν οἱ τὰς ἱερσύλους περιόντας ἀπελθεῖν ἀκεραιωθέντας ἐξ ὀλυμπίας, δύο μὲν τ' πλοκάμων δεκαπεύοντας, ἓξ μνᾶς ἑκάτερον ἑλκούσας; ἢ σὺ αὐτὸς οὐκ εἶδες ἂν σὺ Γεραιστῷ τ' ἁλιέα τ' ἐξ Ωρεοῦ, ὑφαιρεθέντα σε τῶν ἰχθύων; ἄλλως πως, καὶ δοξομεν ἀγανακτεῖν.

rint. Momo autem non magnum impendet periculum, si non honoretur. Neque enim olim in eorum censebar numero quibus honos habebatur, rebus vestris adhuc florentibus, vobisque sacrificiorum fructum percipientibus. *Iup.* Hunc quidem, ô Dii, nugari sinamus, qui semper asperum, & objurgatorem se præbet. Est enim, uti dixit admirandus ille Demosthenes, perfacile criminari, insectari, & reprehendere cuivis volenti. Sed consilium dare quo rebus præsentibus succurratur, prudentis revera consultoris esse. Quod vos alii, probè scio, etiam hoc tacente facietis. *Nept.* Ego quidem præter alia, ut scitis, sub undis versor, & in profundo marinam Remp. administro, solus pro virili parte navigantes servans, naves deducens, & ventos demulcens. Attamen, quia eos etiam curo qui hîc adsunt, dico hunc Damin esse è medio tollendum, priùs quàm ad contentionem veniant, aut fulmine, aut alia quapiam machina, ne disputando vincat: quandoquidem, ut ais Iupiter, est disertus. Quo facto ipsis ostendemus, nos de illis sumere supplicium, qui hæc in nos loquuntur. *Iup.* Ludis Neptune, an prorsus es oblitus? Nihil enim tale in nostra potestate est situm. Verùm Parcæ fatum unicuique decernunt, alii ut fulmine, alii gladio, alii febre, alii tabe occidat. Etenim si id meæ facultatis fuisset, scilicet sacrilegos illos sivissem fulmine non ictos ex Olympia digredi nuper, detonsis mihi duobus cincinnis, utroque sex minarum pondo? Aut tu ipse neglexisses in Geræsto Oreensem illum piscatorem, qui tibi tridentem surripiebat? Præterea indignari

κτεῖν, λελυπημένοι τῷ πράγματι, καὶ δεδιέναι τὰς φωνὰς τοῦ Δαμίδου λόγους, καὶ δι' αὐτὸ ἀποσκώπτεσθαι, τὸ ἄνδρα ὑπὸ νεωτέρων ἀντεξεταθῆναι αὐτὸν τῷ Τιμοκλεῖ. ὥστε τί ἄλλο, ἢ ἐξ ἐρήμης κρατεῖν ὅπω δόξομεν; Πο. καὶ μὲν σωτόμην πάνυ τοῦτο ἡμῖν ἐπινενοηκέναι ἔγωγε πρὸς τὴν νίκην. Ζ. ἄπαγε, γυναῖδες τὸ εὐθύμημα ὦ Ποσείδον, καὶ κομιδῇ παχύ, μεταναρήσειν τὴν ἀπαγωγήν, ὡς ἀποδεήσῃ ἀπήχθης, ἀμφέλασον ἴπα, καὶ ἀδιάκριτον καταλιπὼν τὸν λόγον. Πο. σὺκοῦν ἄμεινόν τι ὑμεῖς ἐπινοεῖτε ἄλλο, εἰ τάμοὶ ὅπως ὑμῖν ἀποτρύνωμαι. Ἀπολ. εἰ δὲ τοῖς νέοις, ἔτι δ' ἀγρίοις, ἡμῖν ἐφεῖτο καὶ δι' νόμου δημηγορεῖν, ἴσως ἂν εἶπόν τι συμφέρον εἰς τὸ ἀμφισβητεῖν. Μω. ἢ μὰ σκέψας ὦ Ἀπολλον, ὅπως περὶ μεγάλων, ὥστε μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κοινὸν ἅπασι σκοπεῖν τὸν λόγον. καιρὸν γὰρ εἰ δ' περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύοντες, ἐᾶν τὸ ἐν τοῖς νόμοις ἐξουσίας συμπερασόμεθα. σὺ δ' δὲ πάνυ ἤδη ἔννομος εἶ δημηγορῶν, καὶ πάλαι μὲν ἐξ ἐφήβων γεγονὼς, ἐγκεκραμμένος δὲ εἰς τὸ δωδεκάθεον ληξιαρχικὸν. καὶ ὀλίγου δεῖν, τὸ ἐπὶ Κρόνου βουλῆς ὤν. ὥστε μὴ μειρακιεύου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαρρῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα. μὴ αἰδεσθεὶς, εἰ ἀγένειος ὤν, δημηγορήσεις. καὶ τοῦτο. βαθυπώγωνα, καὶ σὺ γλύκιον ὅπως ἢ ὃν ἔχων τὸ Ἀσκληπιόν. ἄλλως τε, καὶ πρέπον ἂν εἴη σοι νῦν μάλιστα σκοπεῖν τὴν σοφίαν, εἰ μὴ μάτην σὺ τῷ Ἑλικῶνι κάθησαι, ταῖς μούσαις συμφιλοσοφῶν. Ἀπολ. ἀλλ' ἐστὶ ὦ Μῶμε, χρὴ τὰ τοιαῦτα ἐφίεναι, τὸ Διὶ δὲ. καὶ ἰὼ ἔτω κελεύσῃ, τάχ' ἄν τι σὺκ ἄμουσον εἴποιμι,

dignari videbimur hoc facto perturbati, & Damidis pertimescere sermones, eamque ob rem hominem summovere, non expectata ejus cum Timocle disputatione. Itaque quid aliud quam indicta causa vincere sic videbimur? *Nep.* Atqui viæ compendium ad parandam victoriam ego à me excogitatum arbitrabar. *Iup.* Apage ineptum hoc consilium, Neptune, & nequaquam crassum, ut adversarium ante pugnam tollamus, quò invictus moriatur, relicta in ambiguo disputatione. *Nep.* Proinde aliud præstantius excogitate, si mea consilia sic repudiatis. *Apol.* Si nobis quoque juvenibus atque adhuc imberbibus per legem liceret concionari, forsan aliquid ad hanc consultationem utile dicerem. *Mom.* Certè Apollo, de rebus adeò magnis instituitur consultatio, ut in ea non ætatis, sed communis omnibus boni ratio proponatur. Lepidum enim esset, si in extremum periculum adducti, de legum potestate anxiè disputaremus. Cæterùm tu jam omnino legitimus es concionator, cùm jam olim ex ephebis sis egressus, & in duodecim Deorum tabulam relatus, & ferè Saturni tempore in consilio fueris. Quare noli te erga nos juveniliter gerere: sed tum sententiam animo confidenti pronuntia. Neque te pudeat quòd imberbis concionabere: præsertim cùm filium habeas Æsculapium tam promissa barba insignem. Quinetiam te decebit, nunc maximè, quod in te est sapientiæ exhibere, nisi frustra cum Musis philosophando in Helicone sedes. *Apol.* At ô Mome, tuum non est, sed Iovis hæc mandata dare. Qui si jusserit, fortè aliquid eloquar non ineruditum, sed

ἀλλὰ σ' ἐν τῇ Ἑλικῶνι μελέτης ἄξιον. Ζ. λέγε ὦ τέκνον. ἐφίημι γάρ. Ἀπολ. ὁ Τιμοκλῆς οὗτος, ἔοικε χρηστὸς ἀνὴρ, καὶ φιλόθεος, καὶ τὰς λόγους πάνυ ἠκριβωκὼς τὰς Στωϊκάς. ὥστε ἐν σωίειν ἐπὶ φιλοσοφίαν πολλοῖς τῶν νέων, καὶ μισθὸν σὺν ὀλίγως ἐπὶ τούτῳ συλλέγῃ, σφόδρα πιθανῶς ὢν, ὁπόσα ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγεται. ἐν παλῇ δ' εἰπεῖν, ἀπολμόπολίς ἐστι, καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης, καὶ μιξοβάρβαρος, ὥστε γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν τοῖς σωφρονοῦσι, καὶ σωφέρων, ἀλλὰ βαττολογίζων, καὶ παραπίπτων. καὶ μάλιστα ὁπόταν ὕπνος ἔχῃ, καὶ καλλιρρημοσύνῃ ἐπιδείκνυσθαι βάλλεται, σωφέραν μὲν δὴ ἐς ὑπερβολὴν ὄξις ἐστὶ, καὶ λεπτολογώμενος, ὡς φασιν οἱ ἄμεινον τὰ τῶν Στωϊκῶν εἰδότες. λέγων δ', καὶ ἑρμηνεύων, ὑπ' ἀσθενείας διαφθείρει αὐτὰ, καὶ συγχεῖ. ὥστε ἀποσαφῶν δ', πάλλεται. ἀλλ' αἰνίγμασιν ἐοικότα φθέγγεται, καὶ πάλιν αὖ πολὺ ἀσαφέστερα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος. οἱ δὲ, ἀ συνιέντες, καταγελῶσιν αὐτοῦ. διὸ δὴ ὁ μὲν σαφῶς λέγειν, καὶ τότε μάλιστα ποιεῖσθαι πολλὴν πρόνοιαν, ὡς συνήσουσιν οἱ ἀκούοντες. Μω. τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας ὦ Ἄπολλον, ἐπαινέσας τὸν σαφῶς λέγοντας, εἰ δὲ μὴ πάνυ ποιεῖς σὺ τοῦτο ἐν τοῖς χρησμοῖς, λοξὸς ὤν, καὶ δυσφάδης, καὶ ἐς τὸ μεσόγειον ἀσφαλῶς ἀποῤῥίπτων τὰ πολλὰ, ὡς τοὺς ἀκούοντας, ἄλλου δεῖσθαι Πυθίου πρὸς τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. ἀπὸρ τί τὸ ἐπὶ τούτῳ συμβουλεύεις; τίνα ἴασιν πανήσεται δ' Τιμοκλέης ἀδυναμίας ἐν τοῖς λόγοις; Ἀπολ. σωήγορε ὦ Μῶμε, εἴ πως δυνηθείημεν αὐτῷ παρασχεῖν ἄλλον τῶν θείων τι-

sed quod cum mea in Helicone exercitatione conveniat. *Iup.* Dic ô fili, nam injungo. *Apol.* Timocles ille, vir bonus, & pius videtur, & Stoicorum doctrinam exquisitè callet: quò fit ut ad docendam philosophiam cum juvenibus conversetur, nec mercedem exiguam inde colligat, adeò est disertus quum privatim apud discipulos disserit. Cæterum quum apud multitudinem dicendum est timidissimum animum, vulgarem, barbaramque linguam profert, unde in cœtibus irridetur, cùm non eloquatur, sed balbutiat, & perturbetur. Quo modo se habet, in primis quando specimen facundiæ edere gestit. Etenim est intellectu acutissimo, & subtilissimo ingenio, ut ajunt qui Stoicorum doctrinam meliùs callent. Quæ autem dicit & exponit, ea præ imbecillitate corrumpit, & confundit, quid sibi velit non declarans, sed ænigmatibus similia proponens, rursus etiam multò obscuriora ad interrogationes respondens. Porrò auditores cùm non intelligant, eum irrident. Dicendum autem est perspicuè, & hoc in primis providendum diligenter, ut auditores dicta intelligant. *Mom.* Rectè quidem hoc dixisti Apollo, quòd eos laudasti qui perspicuè loquuntur: quanquam id non admodum in oraculis tuis observare soles, quæ tu obliqua & intricata reddis, & in mediam intercapedinem tuto projicis pierumque, ut ad eorum expositionem auditores alio egeant Pythio. Sed quid ad hoc affers consilii? quo remedio Timoclis in dicendo impotentiæ succurrendum? *Apol.* Si possemus, ô Mome, patronum aliquem alium præbere, ex iis qui pro

ire

των ἐρῶ σε νῦν ἀξίαν, ἅπερ ἂν σὲ ὑμνήσεις ὑποβάλῃ. Μω. ἀληθέστατον τοῦτο ὡς ἀληθῶς εἰρηκας, ἔτι παιδαγωγῶ τινι δεόμενον, συνήγορον δὲ σωφρονίσαι φιλοσόφων παρεσήσασθαι, ἑρμηνεύσοντα πρὸς τοὺς παρόντας, ἅπερ ἂν δοκῇ Τιμοκλεῖ. νῦν τὸ μὲν Δάμιν, αὐτοπρόσωπον, καὶ δι' αὐτοῦ λέγειν. τὸ δ', ὑποκριτὴ ἀποχρώμενον, ἰδίᾳ πρὸς τὸν ἐμὲ εἰπεῖν ὑποβάλλειν τὰ δοκοῦντα, τὸ ὑποκριτικὸν δ', ῥηθρεύειν, δεῖ αὐτὸν ἴσως σωιέναι ὃ, πάνυσιε. πῶς γὰρ πᾶς ἂ γέλως ἂν εἴη τῇ πλήθει, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἄλλως ἐπιποήσομεν. σὺ δ' ὦ θαυμάσιε, φῂς δὲ μόνος εἶναι, καὶ μιᾶς σοι ὀλίγης ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἐξέλεξας, ἄγε τοῦτο πλήθει χρυσᾶς ποτε εἰληφέναι, τί σοι ἐπιδείξω ἡμῖν καὶ νῦν τῷ τέχνῃ, πρεσπεύσαι ὑπὲρ τῶν σοφιστῶν κρατήσῃ λέγων; οἶσθα γὰρ ὃ τι ἀποδημοῦμεν, μόνος ὤν. Ἀπολ. πῶς ὦ Μῶμε, δυνατὸν ποιεῖν ταῦτα, μήτε τρίποδος ἡμῖν παρόντος, μήτε θυμιαμάτων, ἢ πηγῆς μαντικῆς, οἵα ἡ Κασταλία ἐστίν; Μω. ὁρᾷς; ἀποδιδράσκεις τὸ ἔλεγχον, ὑπὸ τῷ σπιρᾷ ἐχόμενος. Ζ. ὅμως ὦ τέκνον, εἰπέ, καὶ μὴ παρέχῃς τοῦ συκοφάντῃ τούτῳ ἀφορμάς, ἀλλ' ἐξάλλεσθαι, καὶ χλευάζειν τὰ σά, ὡς ἐπὶ τρίποδι, καὶ ὕδατι, καὶ λιβανωτῷ κεῖμενα, ὡς εἰμὴ ἔχοις ταῦτα. σπεύσομόν σε τῆ τέχνης. Ἀπολ. ἄμεινον μὲν ἴσως ὦ πάτερ, ἐν Δελφοῖς, ἢ Κολοφῶνι, τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἁπάντων μοι τῶν χρησίμων παρόντων, ὡς ἔοικε. ὅμως δ', καὶ ἅτε γυμνὸς ὑπεισόντων, καὶ ἀσκεύως πειρώμενος ἀσθενεστέρῳ ὁποτέρου τὸ κράτος ἔσται, ἀναδέξεσθε δ', εἰ μὴ ἐμμετρα λέγοιμι. Μω. λέγε, μόνον σαφῆ δ' ὦ Ἄπολλον, καὶ μὴ συνηγόρου δὲ αὐτοῖς,

rei dignitate dicendi facultatem habent, & exprimere possunt quæ apud se meditatus suggesserit. *Mom.* Hoc dictum est, revera imberbis juvenis, cui sit adhuc pædagoge opus, patronum in conventu Philosophorum sistere, præsentibus interpretaturum, quæ Timocli visa fuerint. Damin autem præsentem, & per se loqui. Hunc verò actore utentem, in aurem illi privatim susurrare quæ placet: actorem verò perorare, qui quod audit, fortasse non intelligat. Quomodo hæc non viderentur ridicula multitudini? At hoc aliter constituamus. Tu verò admirande (Nam te vatem quoque ais esse nec mediocrem mercedem hac arte collegisti, quinetiam lateres aureos olim accepisti) cur non in tempore nobis specimen edis tuæ artis, prædicens uter philosophorum disputatione vincet? Nam tu qui vates es, eventum nosti. *Apol.* Quî hæc facere possim, ô Mome, cum nec tripodem in præsentia habeam, nec thymiamata, aut divinum fontem, qualis est Castalius? *Mom.* Vides-ne? refutationem aufugis quum jam in angusto constringeris. *Iup.* Dic tamen ô fili, nec sycophantæ huic ansas præbeas calumniandi, résque tuas subsannandi, tanquam in tripode, aqua, & thure sitas, quas nisi habeas, arte priveris. *Apol.* Satius erat, ô pater hæc Delphis, & Colophone facere, ubi omnia pro more sunt parata, quæ ad vaticinandum sunt commoda. Attamen illis destitutus instrumentis conabor prædicere utrius futura sit victoria. Quod caperetis, nisi carmine responsum darem. *Mom.* Dic, sed perspicua tantùm Apollo, quæ neque pa-

ἐγὼ ἐρμαίους δείδρομα, κὴ γὸ σὰκ ἀρνεια κρέα, ἢ χλανὶν νεῶ ἐν Λυδία ἴψεται. ἀλλὰ εἶδα τῶδε ὅτυ ἡ σκίμψ. Ζ. τί ποτα ἱερεῖς ὦ πάτερ; ὡς τί γα ἀπ' ἔ χρησμοῦ, τοῦτα ἤδη φοβερά. ἡ χρόα, τετραμμένη οἱ ὀφθαλμοὶ, ἀδιφορεῖς. κόμη, ἀνασεσυρμένη. κίνημα, κορυβαντῶδες. κὴ ὅλως, κὰ ἔχεμα πάντα, κὴ φρενικώδη, κὴ μυστικά. Απολ.

Κίκλυτε μακλοπόλε τόδε γίσφαλον Ἀπόλωνος.

Ἀμφ' ἔρδοντα κρυερᾶς, τλαὺ ἀνέρες ἐπίσκοπα

Ὀξυδόας, μύθοισι κορυστόμβροι κυκινεῖσι.

[1] Πολλὰ γὸ ἔνδα ἐ ἔνδα μόθε ἐπεγκλείι κλαγμᾷ,

Ταρφέα ἄκρα κόρυμβα κελαπλάσσουσι ἰάχηλις.

Ἀλλ' ὅταν αἰγυπιὸς γαμψώνυχα ἀκρέδα μόρψῃ,

Δὴ τότε λοίδιον ὄμβρον φόβοι κλάγξουσι κραῶναι.

Νίκη δ' ἡμίονοι. ὁ δ' ὄνος, ἦλε τέκνα κορύψῃ.

Ζ. τί τῦτο ἀνακρίνεσθε ὦ Μῶμε. κὴ μὰν εἰ γελᾶν τὰ σὺ ποεῖ. παῦσαι κακόδαιμον. δαπανηρὸν τοῦτ' ἔ γέλωτος. Μω. κὴ πῶς δυναῖτ' ἂ Ζεῦ, ἐφ' ὅτῳ σιωπᾷ, κὴ ἀσαθλίᾳ τῷ χρησμῷ; Ζ. ἀκοῦν ἤδη ἐ ἡμῖν ἑρμηνεύοις ἂν αὐτὸ ὁ, τι ἐ λέγει. Μω. πάνυ ἀσάθλια. ὥστ' εἰδὲν ἡμῖν Θεμιστοκλείυς δεῖσθ'. φησὶ γὸ τὸ λέγειν ἀτεκνοῦν Δεξιφάνη, γάπτα μὲ εἶναι τῦτον, ἡμᾶς ἢ ὅτως κακοθαλίας νὴ Δία, κὴ ἡμιόνους, τὺς πεσδύτας αὐτοῦ, εἰσὶ ὅσοι οἱ ἀκρέδες ἢ πᾶν ἔχουσι. Η. ἐγκλᾶς. ἐγὼ ἢ ὦ πάτερ, εἰ ἐ μέτοικός εἰμι, ἐκ ὀκνῶ

patrono, neque interprete indigeant. Etenim non ovillæ carnes, aut testudo in Lydia coquitur: verùm scis qua de re sit consultatio. *Iup.* Quid tandem dices, fili? Nam hæc præcedunt oraculum, & jam sunt formidanda, color est immutatus, oculi mobiles, crispata coma, motus corporis furibundus. Denique numinis afflatu, terriculo, & mysteriis plena sunt omnia. *Apol.*

Percipe fatidici gens divûm oracula Phœbi,
Lite super dura, quam constituêre Sophistæ
Clamosi, solidis tuti sermonibus ambo.
Hinc atque hinc multa alterno clamore tumultus,
Summa quidem spissè terrent aplustria sivæ,
Locustam at curvo vultur quum prenderit ungue,
Imbrifera clangent cornices ultima: vincent
Muli: asinus feriet velocia pignora cornu.

Iup. Cur hoc, Mome, excepisti cachinno: atqui ridicula non sunt quæ nobis impendent. Define infœlix: risu suffocaberis. *Mom.* Quî non moveat mihi risum, Iupiter, tam clarum & apertum oraculum? *Iup.* Quin igitur & nobis interpretaris, quidnam sibi velit. *Mom.* Adeò liquida hæc sunt, ita ut nihil nobis Themistocle sit opus. Siquidem adeò perspicuè dicit hoc oraculum, hunc quidem esse præstigiatorem: Nos verò clitellarios asinos & mulos, qui credamus ipsi non tantum habentes prudentiæ, quantum locustæ. *Herc.* Ego verò pater, quanquam sum inquilinus, non tamen meam

1 Πολλὰ γὸ ἔνδα μόθε] Πολλὰ γὸ ἔνδα ἐ ἔνδα μόθε. *Marcil.*

σι ὅρκος τὸ δεκάτῳ μοι εἰπεῖν. ὁ πότος γὰρ ἤδη συναλγόντες ἀμφέλεγεν τῳ, τίνι καῦσαι, ἵν' μὴ ὁ Τιμοκλῆς ἰατέρηκη, ἐὰν συμβῇ ἀπελθεῖν τὴν συνουσίαν ἰατὴρ ἡμῶν. ἵν' δὲ τι ἐτεροῖον λάβωμεν, τότε ἤδη τὴν σὴν αὐτὴν ἔγωγε εἰ δοκεῖ, ἀφίστημι, ἐμβαλεῖν τῷ Δαμοίδι, ὡς μὴ κακοῦργος ὢν, ὑβρίζῃ ἐς ἡμᾶς. *Mom.* Ἡράκλεις, ἰὼ Ἡράκλεις. ἄρρητον τὸν εἰρηκας, καὶ δεινὰς βουλὰς, ξυναπολέσαι ἐπὶ πονηροῖς πονηροὺς. καὶ σεσείφθαι τὴν σὴν, αὐτὸ Μαρα-θῶνι, καὶ Μιλτιάδῃ, καὶ Καινεγείρῳ. καὶ πῶς ἂν τούτων συμπεσόντων, οἱ ῥήτορες ἔτι ῥητορεύοιεν, τὴν μεγίστην εἰς τοὺς λόγους ὑποθέσιν ἀφῃρημένοι; ἄλλως τε, ζῶντι μοί σοι, δυνατὸν ἦν τι παθεῖν τοιοῦτο. ἀφ' οὗ δ' ὁ θεὸς γεγένησαι, μεμαθήκεις οἴμαι ὡς αἱ μοῖραι μόναι τὰ τοιαῦτα δυνάνται. ἡμεῖς δ', αὐτῶν ἄμοιροι ἐσμέν. *Herc.* Σοὶ μὲν ὁπότ' ἐγὼ λέοντα, ἢ τὴν ὕδραν ἐφόνευσα, αἱ μοῖραι δ' ἐμοὶ ταῦτα ἔπραττον; Z. καὶ μάλα. *Herc.* ἦ καὶ ἴν' τις ὑβρίζῃ εἰς ἐμὲ, ἢ ἐπεσυλᾶν με τὸ νεὼν, ἢ ἀνατρέπειν τὸ ἄγαλμα, εἰ μὴ τοῖς μοίραις πάλαι δεδογμένον ἦ, οὐκ ἐπιβλέψω αὐτοῖς; Z. δῆλον δή. *Herc.* Σοὶ μὲν ἄκυρον ὦ Ζεῦ μὴ παῤῥησίας. ἐγὼ γὰρ ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἀγροικός εἰμι, τὴν σκάφην, σκάφην λέγων. εἰ τοιαῦτ' ἐστὶ τὰ ὑμέτερα, μακρὰν χαίρειν φράσας ταῖς σπονδαῖς πομπαῖς, καὶ νίκαις, καὶ ἱερείων αἵμασι, κάπειμι εἰς τὸ ἄδου, ὅπως μὴ μόνον ἔχωμεν τὸ τόξον, κἂν τὰ ἐνδύλια φοβηθήσεται τὸ τῶν ἐμοὶ προσθοδρόμων θηλύ. Z. εὖγε. οἰκοθεν[1] ὁ μάρτυς

meam sententiam exponere verebor. Cùm jam ad disputandum convenerint, tunc si superet Timoclés, disputationem procedere sinamus. Sin res secus cesserit, tunc ego si videtur concussam porticum in Damidem immittam, ne homo execrandus in nos insolescat. *Mom.* Hercules, heu Hercules! quàm inamane & Bœoticum consilium proposuisti, ut tot boni cum malo pereant: præterea porticus cum Marathone, Miltiade & Cynægiro! Et quomodo tot collaplis rhetores ampliùs declamarent, maximo ad orationes argumento privati? Præterea quum vivebas tale quid facere poteras. Sed ex quo factus es Deus, puto te didicisse, res hujusmodi duntaxat in potestate Parcarum esse sitas: earum esse nos expertes. *Herc.* Nunquid quum leonem, aut Hydram interfeci, Parcæ illud per me fecerunt? *Iup.* Maximè. *Herc.* Et nunc siquis injuriam mihi inferat, aut templum meum compilando, aut statuam subvertendo, nisi id olim decreverint Parcæ, ipsum non comminuam? *Iup.* Nequaquam. *Herc.* Ergo me cum libertate quæ sentio, dicentem audi Iupiter. Ego enim, ut ait Comicus, rusticus sum qui ligonem, ligonem voco. Si res vestræ sic se habent: honoribus, nidore, & sacrificiorum sanguine longum valere jussis, in orcum descendam, ubi me nudum arcum habentem: saltem mortuorum umbræ pertimescent, propter feras à me trucidatas. *Iup.* Euge, testem, quod

1 Οἰκοθεν ὁ μάρτυς] *Testis domesticus.* Dixi de hoc proverbio alibi, cætera hujus Dialogi sunt centones Homerici & Euripidei. *Bourd.*

ὁ μέροπος φασίν. ἀπίστους γὰρ τῷ Δάμιδι πῶς εἰπεῖν ταῦτα δόλους. ἀλλὰ τίς ὁ κυδρὸς θεοπόνος ἔτός ἐστι, ὁ χαλκεύς, ὁ εὐχρεμμὸς, ὁ δίπτυξ ἐγχαράξας, ὁ λεπτὸς τὴν ἀνάδεσιν τῆς κόμης; μῶν μόνον δὲ ὁ σὸς ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφὸς ἐστι, ὁ ἀγοραῖος, ὁ τῷ Ποικίλῳ πίτης γὰρ ἀναπέπλεγμαι, ἡμίεργα καταλαπὼν ἐπὶ τῷ ἀνδριαντοποιεῖν. τί ὦ παῖ, δρομαῖος ἡμῖν ἀφίξαι; ἦρά γε ἐκ γῆς νεώτερον ἀναγγέλλεις; Ἑρμαγ. ὑπέρμεγα ὦ Ζεῦ, καὶ μυρίας ἂν ὑδὸς δρόμου. Ζ. λέγε ἤδη, εἴ τι ἐκ ἄλλα ἡμᾶς ἐπανιστάμενον λέληθεν. Ἑρμαγ. ἐνίσχανον μὲ ἀρὰ χαλκεργὸν ὑποκιπτάζοντα τέρετι τινὶ, καὶ μεσάφρενον. θώρηξ δέ μοι χάλκεος ἀμφὶ σώματι πλαδεῖς, παρηόρθῳ μιμηλῇ τῇ πίχῃ, σφραγῖδα χαλκῆ πᾶσαν ἐντετυπωμένος. ὁρῶ δ' ὄχλον πίσσης, καὶ πυκνὸς δύο ὠχρὼς κεκραγότας, πυγμάχους σοφιστάς, Δάμιν τε, καὶ. Ζ. πάνυ ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε, τραγῳδῶν. οἶδα γὰρ οὓς πυκνὸς λέγεις. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι φράσον, εἰ πάλαι συγκροτεῖται αὐτοῖς ἡ ἔρις. Ἑρμαγ. οὐδέπω, ἀλλ' ἐν ἀκροβολισμοῖς ἔτι ἦσαν, λοιδορούμενοι. Ζ. τί δῆτα ἔτι χρὴ ποιεῖν λοιπὸν ὦ θεοί, ἢ ἀκροᾶσθαι ἐπικύψαντας αὐτῶν; ἴσως ἀφαιρεῖται καὶ ὥραν τὴ μοχλὸν ἤδη. καὶ ἀπάγουσιν τὰ νέφη, ἀναπετάννυσι τὰς πύλας ἡ ἠρανός. Ἡρακλεῖς, ὅσον τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν ἀκρίσιν ἀπηντήκασιν. ὁ δὲ Τιμοκλῆς οὗτος, ὁ πάνυ μοι δρίσκειν ὑποτρέμων, καὶ ταραπτόμενος. ἀπολεῖ πάντα ἔτος τήμερον. δῆλος γὰρ ἔτι ὑδὲ ἀντέραστος τῷ Δάμιδι δωμησόμενος, ἀλλ' ὅσῳ ἡμῖν δωματοπτεῖν, ὡχρώμενος

quod ajunt, domo adductum. Conservasti igitur ista Damidi ad dicendum subjiciens. Sed quinam est iste qui tam properè accedit, æneus, pulchris literis ornatus, scitè circumscriptus, cui prisco more religata est coma? Tuus potiùs frater est Mercuri. Agoræus ille qui stat ad Pœcilen. Proinde pice refertus est, cùm à statuariis quotidie refingatur. Quid, ô puer, cursu ad nos contendisti? num aliquid novi è terris renuntias? *Hermagoras.* Ingens quiddam, ô Iupiter, & quod summam requirit diligentiam. *Iup.* Dicito jam si quid aliud ortum sit quod nesciamus. *Herm.* Cum ad porticum jam fabricarer æneus; Ac petque dorsum, perque pectus ungerer, Factusque ineptè corpori thorax meo Adpenderet, nec arte dispari foret, Ex ære totus additus mihi baltheus, Turbam video tumultuantem accurrere, Quacum duo sophistici certaminis Ibant periti fronte tristi ac pallida Pugiles, Damis &c. *Iup.* Desine, Hermagora optime, tragicis versibus loqui. Novi enim quos dicis. Sed mihi die, an jam diu contentionem commiserint. *Herm.* Nondum; Nam in velitatione adhuc versabantur, funda jaculantes & eminus sese mutuis convitiis impetentes. *Iup.* Quid ergo nobis faciendum restat, ô Dii? annon inclinato in ipsos capite auscultandum? Itaque horæ pessulum jam adimant, & abactis nubibus cœli portas aperiant. Hercle quanta multitudo ad audiendum contendit! At non valdè mihi placet quòd Timocles iste trepidat & turbatur. Omnia hodie perdet: & manifestum est ipsum ut cum Damide pugnet non surrecturum. Sed quod nobis est facillimum, vota tacitè

ὑπὲρ αὐτῆς σιγῇ, ἐφ' ἡμῖν ἵνα μὴ Δάμις γε πύθηται. Τιμο. τί φῂς ὦ ἱερόσυλε Δάμι, θεὺς μὴ εἶναι, μὴ δ' ἀνθρώποις τ' ἀνήκεστα; Δα. ὄκ. ἀλλὰ σὺ πρότερον ἀπόκριναί μοι, ὦ τίνι λόγῳ ἐπίστη εἶναι αὐτούς. Τιμ. ὄμμοι, ἀλλὰ σὺ ὦ μιαρὲ ἀπόκρινον. Δα. ἔμεινον, ἀλλὰ σύ. Ζ. παυλὶ μὲ παρακαλῶ ὁ ἡμέτερος, ἄμεινον, καὶ δύσποτερον πρηχώϊτιν. εὖγε ὦ Τιμόκλεις, ἐπίχει τ' βλασφημίαν. ἐν γὰρ τούτῳ σοι, τὸ κρατεῖν. ὡς τἄ γε ἄλλα, ἐχθῶ σε ἀπόφασιν, ἐπισμίζων. Τιμ. ἀλλὰ μὰ τὴν Ἀθηναν, οὐκ ἂν ἀποκρινοίμην σοι πρότερον. Δα. οὐκοῦν ὦ Τιμόκλεις, ἐρώτα. σμικρότησας γὰρ τοῦτό γε, ὁμωμοκώς. ἀλλ' ἄκου τῶν βλασφημιῶν, εἰ δοκεῖ. Τιμ. εὖ λέγεις. εἰπὲ δὴ μοι, εἰ δίκαιόν σοι ὦ κακόεργε, θεοὺς εἶναι οἱ φεύ; Δα. ἀδικωτάτως. Τιμ. τί φῂς; ἀπροσόητόν δὴ τοῦτο πάντως; Δα. ναί. Τιμ. ἀρ' ὑπό τινι δὴ θεῷ τάττεται ἡ τ' ὅλων ἐπιμέλεια; Δα. ὄ. Τιμ. πάντως ἡ εἰκῇ φέρεται ἀλόγως τῇ φορᾷ; Δα. ναί. Τιμ. εἶτ' ἄνθρωποι τοῦτο ἀκούοντες, ἀνίκαδε, καὶ ἀκαλάδιστοι τ' ἀληθέως; Δα. τί τὰς ἀνθρώπους ἐπ' ἐμὲ παροξύνεις ὦ Τιμόκλεις, ἢ τίς ὢν, ἀγανακτεῖς ὑπὲρ τ' θεῶν, καὶ ταῦτα, οἷς εἶναν οὐ τοῦτ' ἀγανακτούντων; οἵ γε ὐδὲν δεινὸν πεπόνθασί με πάλαι ἀκούοντες, εἴ γε ἀκούουσι. Τιμ. ἀκούουσι γὰρ ὦ Δάμι, ἀκούουσι. καί σε μιμῆσαι ποτε χρόνῳ ὕστερον. Δα. καὶ πότε ἂν οἷοί τε γένοιεν ἀγάζεσθαι ἐπ' ἐμὲ τοσοῦτο ὡς φῆς σφάλμα ἔχοντες, καὶ τὰ οὐ τῷ κόσμῳ ἄπειρα τὸ πλῆθος ὄντα, οἰκονομούμενοι; ὥστε ὐδὲ σέ πω ἠμύναντο ὧν ἐπιορκεῖς ἀεί. καὶ τ' ἄλλα, ἵνα μὴ βλασφημεῖν ἐ αὐτὸς

pro ipso faciamus nobiscum, nec Damis inaudiat. *Timocl.* Quid ais Dami sacrilege, Deos non esse, nec hominibus providere? *Dam.* Minimè. Verum dic mihi priùs qua ratione ipsos esse persuasus es. *Tim.* Non dicam. Sed tu scelerate respondes. *Dam.* Non: sed tu. *Iup.* Hoc multò meliùs agit noster, quòd vocaliùs exasperatur. Euge Timocles obstrepe convitiis. Nam in hoc sita est victoria. Nam alioquī obturato ore te piscem reddet. *Tim.* At per Minervam, non respondebo tibi prior. *Dam.* Ergo Timocles interroga. Hoc enim saltem obtinuisti, cùm juraveris: sed sine convitiis, si placet. *Tim.* Rectè dicis. Ergo dic mihi. Annon ὃ scelerate, Dii tibi videntur providere? *Dam.* Nequaquam. *Tim.* Quid ais? Hæc igitur omnia nulla providentia reguntur? *Dam.* Nulla. *Tim.* Neque Vniversitatis cura penes ullum Deum est? *Dam.* Non. *Tim.* Cuncta igitur impetu fortuito feruntur? *Dam.* Maximè. *Tim.* Hæcne fertis auditores, & scelestum hunc lapidibus non obruitis? *Dam.* Cur homines in me incitas Timocles? aut quis es, ut pro Diis indigneris, idque cùm non indignentur ipsi? qui olim audientes, saltem si audiunt, nullo malo me affecerunt. *Tim.* Audiunt, Dami, audiunt: & te aliquando postea ulcisscentur. *Dam.* Ecquando ipsis contra me vacaret, cùm tot, ut ais, sustineant negotia, & rerum quæ sunt in mundo infinitam multitudinem regant? Itaque nec te, quòd semper peieras, punierunt. Nec propter alia: ne præter pa-

ἀναγκάζομαι δοξάζειν τὰ συγκείμενα. καίτοι οὐχ ὁρῶ ἥντινα ἂν ἄλλην ἐπίδειξιν τῶν ἑαυτῶν προνοίας μείζω ἐξενεγκεῖν ἐδυνάμεθα, ἢ σὲ κακῶν, κακῶς ἐπιτρέψαντες. ἀλλὰ δῆλοί εἰσιν ἀποδημοῦντες ὑπὲρ τὸ Ὠκεανοῦ ἴσως μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. ἔθος γὰρ αὐτοῖς σπανίως ἰέναι παρ' αὐτοὺς ἐπὶ δεῖπνα, καὶ ἀνεπαγγέλτοις σύνεστι. Τιμ. τί σοὶ τοσούτων ἀναισχυντίαν εἰπεῖν ἔμοιγε; Δα. σὲ μὲν ὁ Τιμόκλεις, ὁ πάλαι ἐγὼ ἐπόθουν ἀκοῦσαί σου, ὅπως ἐπείσθης οἴεσθαι προνοεῖν τοὺς θεούς. Τιμ. ἡ τάξις μοι πρώτη τῶν γιγνομένων ἔπεισεν, ὁ ἥλιος ἀεὶ τὸν αὐτὸν ὁδὸν ἰὼν, καὶ σελήνη ὡσαύτως, καὶ τὰ φυτὰ φυόμενα, καὶ ζῶα γεννώμενα, καὶ αὐτὰ ταῦτα ὕπνος ὑμηχανώς καταπαυόμενα, ὡς τρέφεσθαι, καὶ κινεῖσθαι, καὶ σκοπεῖν, καὶ βαδίζειν, καὶ τεκταίνεσθαι, καὶ συνθετομεῖν. καὶ τἄλλα ταῦτα προνοίας ἔργα εἶναι μοι δοκεῖ. Δα. αὐτό τοι τὸ ζητούμενον ὦ Τιμόκλεις, σαυαροπάζεις. ὑδὶ γὰρ δῆλον, εἰ προνοίᾳ τούτων ἕκαστον ἐπιτελεῖται. ἀλλ' ὅτι μὲ τοιαῦτα ἐστὶ τὰ γιγνόμενα, φαίην ἂν ἐγὼ αὐτός. ἐ μὲν αὐτὸς πιστὸς ἀνάγκῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ προμηθείας αὐτὰ γίνεσθαι. ἴνα γὰρ ἕκαστα δεξάμενα, τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἑαυτὰ σωίζεσθαι. σὺ δ', τάξιν αὐτῶν ὀνομάζεις τὴν ἀνάγκην. εἶπε δηλαδὴ ἀγανακτήσεις, εἴ τις σοι μὴ ἀκολουθοίη, τὰ γιγνόμενα μὴ, οἷα ἐστὶ, καθεσθιομένα, καὶ ἐπαινοῦντι, οἰομένῳ δ' ἀποδείκνυσθαι ταῦτα εἶναι, ἃ ἐ προνοίᾳ ἀλλαλοῖς ἕκαστον. ὥστε καὶ τὸ κωμικὸν, τοῦτ' μὲ, ὑπομόχθηρον. ἄλλο δέ μοι λέγε. Τιμόκλεις. ἐγὼ μὲν σὺν οἰμῳ ἐ ἄλλης ἐπὶ τούτοις δεῖν ἀποδείξεως. ὅμως

pactum maledicere cogar. Nam non video quonam alio argumento majore suam providentiam demonstrare possent, quàm si te malum malè perderent. At certum est eos peregrè esse profectos, ultra Oceanum fortasse, & inculpatos Æthiopas. Solent enim ad eos crebrò ire commessatum: interdum etiam non vocati. *Tim.* Quid ad tantam impudentiam tibi dicerem Dami? *Dam.* Nimirum illud quod jamdudum ex te audire cupio, qua persuasione credideris Deos providere. *Tim.* Id mihi rerum primus ordo persuasit. Sol qui idem iter semper conficit, eodémque modo Luna, & tempestatum mutatio, & plantarum procreatio, & animalium generatio, horúmque ipsorum tam elegans compositio, ut alantur, moveantur, cogitent, incedant, fabrilem artem & sutoriam exerceant. Atque id genus alia, mihi Providentiæ videntur esse opera. *Dam.* Tu quidem Timocles, quæstionem corripis. Nondum enim liquet an horum unumquodque Providentia perficiatur. Cæterùm quod hæc fiunt, nec ipse negaverim. Non tamen ilico necesse est credere, ea aliquo consilio fieri. Contingit enim ut hæc incepta sint, nunc que similiter, eodemque modo constituantur. At tu ordinem eorum, necessitatem appellas. Deinde scilicet indignaberis, siquis te non sequetur, cùm ea quæ fiunt, qualia sunt enumeres, & putes hisce demonstrasse, horum unumquodque immutari Providentia. Itaque juxta Comicum, hoc subfrivolum est: aliud mihi dicito. *Tim.* Equidem existimo alia præterea demonstratione non esse opus. Verumtamen di-

ἀ' ἢν ἰρῶ. δόκει σοι γάρ μοι. Ὁ μηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γεγενῆς; Δα. κὴ μάλα. Τι. σὺ δὲ ἐκεῖνο ἐπίσταιο, τὴν προνοιαν τῶν θεῶν ἐμφανίζοντα. Δα. ἀλλ' ἄ θαυμάσιε, ποιητὴν μὲν ἀγαθὸν Ὅμηρον ἅπαντες σοι συνομολογήσουσι. μάρτυρας δ' ἀληθῆ περὶ τῶν ποιούτων, ὅτ' ὀλίγον, ὅτε ἄλλον ποιητὴν οὐδένα. ὅτι γὰρ ἀληθείας μέλειν αὐτοῖς οἴομαι, ἀλλὰ τοῦ κηλεῖν τὰς ἀκοὰς. καὶ ἴσως τοῦτο, μέτροις τε καταδῦσι. καὶ μύθοις κρηπχῶσι. καὶ ὅλως, ἅπαντα ὑπὲρ τοῦ πρᾶξαι μηχανῶνται. ἅτε γὰρ ἡδέως μὲν ἀκούσομαι, οἷς ἂν μάλιστα ἐπιθῆς τὸν Ὅμηρον. ἔρα οἷς σοι δοκεῖ ὁ Διὸς λέγω, ὡς ἐπιβάλλοιεν συνδῆσαι αὐτὸν ἡ θυγάτηρ, καὶ ὁ ἀδελφὸς, καὶ ἡ γυνή; καὶ εἴγε μὴ τὸν Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν, ἐλεήσασα τὸ γεγονὸς μόρον, ἐπαιδήθη ἂν ἡμῖν ὁ βέλτιστος Ζεὺς, συμφορηθείς, ἀπὸ ὧν ὁ ἀπομνημονεύων τῇ Θέτιδι τὴν ἐργασίαν, ἐξαπατᾷ τὸν Ἀγαμέμνονα, ὄνειρόν τινα ψευδῆ ἐπιπέμψας, ὡς πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀποθάνοιεν. ὁρᾷς; ἀδυνάτου γὰρ ὄντος αὐτῷ κεφαυνὸν ἐμβαλεῖν, καθαθλίξαι τὸν Ἀγαμέμνονα αὐτὸν, ἀνδρὸς δ' ἀπατεῶνα εἶναι δοκεῖν. ἢ σοὶ δοκεῖ σε μάλιστα εἰς τὴν πίστιν ἐπαγαγέσθαι ἀκούοντα, ὡς Διομήδης μὲν, ἕτρωσε τὴν Ἀφροδίτην, εἶτα τὸν Ἄρεα αὐτὸν, Ἀθηνᾶς παρακελεύσης. μὴ μικρὸν δ', αὐτὸ συμπεσόντες οἱ θεοὶ, ἐμονομάχουν ἀναμὶξ ἄρρενές τε, καὶ θήλεια. καὶ Ἀθηνᾶ μὲν, Ἄρεα καταγωνίζεται, ἅτε ἐκ πεπονηκότα οἴομαι ὑπὸ τοῦ μάστιγος, ὁ δὲ Διομήδης εἴληφε. Λητοῖ δ' ἀντίη σὺν ἰοχέαιρα Ἐρμῆς. ἢ τὰ ὧδε dicam, ac respondeo. Homerus videtur tibi fuisse poëta præstantissimus? *Dam.* Maximè. *Tim.* Proinde ipsi credidi, Deorum providentiam declaranti. *Dam.* Certè vir admirande, Homerum bonum quidem fuisse poëtam omnes tibi confitebuntur: sed veracem rerum hujusmodi testem, neque illum, neque alium ullum poëtam concedent. Neque enim veritatem ut puto, curant: sed demulcere auditores intendunt. Propterea versibus occinunt, fabulis personant, omnia denique delectandi causa moliuntur. Libenter autem ex te audirem, quibusnam Homeri dictis potissimùm ad hoc credendum fis adductus. Num iis quæ dicit de Iove, ut per insidias ipsum vincire voluerint filia, & frater, & uxor ejus? Ac nisi Briareum accersivisset Thetis, facinus miserata, nobis correptus ille Iupiter optimus fuisset vinculis obstrictus. Pro quibus, beneficii memor, ludit Agamemnonem immisso fallaci somnio, quòd multi morerentur Græci. Videsne? Non enim poterat immisso fulmine Agamemnonem ipsum comburere, nisi deceptor videretur. An illa te potissimum adduxerunt ut crederes, quum audiebas à Diomede vulneratam Venerem, deinde Minervæ jussu Martem. Aliquanto verò pòst congressi Dii singulari certamine promiscuè cùm masculi, tum fœminæ pugnarunt: in quo Pallas Martem, ut accepto à Diomede vulnere infirmiorem superat. Contra Latonam stabat Cyllenia proles. An quæ

† Δητοῖ δ' ἀντίη] Iliad. xx. *Marcil.*

† Seq.

ἢ Ἀρτέμιδός σοι πίστιν ἔδοξεν, ὡς ἐκείνη μεμψιμοιρῆσαι, ἡνανάκτησεν, ἢ πλημμύρᾳ ἐφ' ἑαυτὸν ὑπὸ τῆς Οἰνέως. καὶ Δηϊτῦτο, σεμνὴ πνεῦσα ὑστερουῦα, καὶ ἀνυπόστατον τῷ ἀλκῷ ἐπαφῆκεν. ἐπὶ τῷ χώρου αὐτῷ. ἆρα ὧν τοῦ τοιαῦτα λέγων σε Ὀμηρος πέπεικε; Ζ. βαβαί. ἡλίκην ὦ θεοὶ ἀνεβάκησε τὸ πλῆθος, ἐπαινοῦντες τὸν Δάμιν. ὁ δ' ἡμέτερος, λάθρη μιμῆσαι ἔοικε. δεδιὼς γάρ, καὶ ὑποτρέμει, καὶ δῆλός ἐστι ἀμφιβάλλων τῷ ἀσπίδα. καὶ ἤδη περιβλέπει οἱ παρεκδύς, ἀποδράσεται. Τιμ. οὐδ' Εὐριπίδης ἆρα σοι δοκεῖ λέγειν τι ὑγιές, ὁπόταν αὐτὸς ἀναβιβασάμενος τοὺς θεοὺς ἐπὶ τῷ σκηνῷ, δεικνὺς συζύγους μὲν τοὺς χρηστοὺς σῴζεσθαι, τοὺς πονηροὺς δ', καὶ τῷ ἀσεβείαν κρίνει, ἐπιτρέχοντας; Δα. ἀλλ' ὦ γενναιότατε φιλοσόφων Τιμόκλεις, εἰ τοῦτα ποιοῦντες οἱ τραγῳδοὶ πεπείκασί σε, ἀνάγκη δυοῖν θατέρων, ἢ τοι Πῶλον, καὶ Ἀριστόδημον, καὶ Σάτυρον, ἠγεῖσθαί σε θεοὺς εἶναι τότε, ἢ τὰ σκεύασπα τῶν θεῶν αὐτά, καὶ τοὺς ἐμβάδας, καὶ τοὺς ποδήρεις χιτῶνας, καὶ χλαμύδας, καὶ χειρίδας, καὶ πτοραχηρίδια, καὶ σιμάπια, καὶ τἄλλ', οἷς οἱδεῖνοι σεμνύνεσθαι τὴν τραγῳδίαν, ὥσπερ ἓ γελοιότατον οἰόμενοι ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπισχύσῃς τῶν χρείας, τῶν δραμάτων τὰ δοκοῦντα οἱ λέγῃ αὐτῷ ποτε παῤῥησιάζεσθαι,

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τοῦδ' ἄπειρον αἰθέρα,

quæ de Diana dicuntur visa tibi sunt fide digna? ut cum querimonia indignata est, quòd ad convivium Oenei non fuisset vocata: quam ob causam aprum ingentem, & invicti roboris in regionem ipsius immisit. Nunquid Homerus hæc dicendo tibi persuasit? *Iup.* Papæ! quanta ô Dii turba Damin collaudans exclamavit! Noster verò manet hæsitabundus. Quare metuit, & subtrepidat, & manifestum est fore ut [1] scutum abjiciat. Iamque circunspicit qua elapsus aufugiat. *Tim.* Num neque Euripides tibi videtur sani quicquam dicere, quum introductis in scenam Diis, indicat bonos heroas ab ipsis servari, malos verò propter impietatem, qualis tu es, puniri? *Dam.* At ô generosissime philosophorum Timocles, si tibi hæc persuaserunt Tragici poëtæ: necessum est ex his duobus alterum consequi, ut aut Polum & Aristodemum, & Satyrum tunc putes esse Deos, aut Deorum personas ipsas, & cothurnos, & vestes ad pedes usque demissas, chlamydes, manicas, ventralia, corpuscula, aliaque quibus illi tragœdiam exornant: quòd ego maximè ridiculum arbitror. Nam quum per se, nulla necessitate adactus, suam in fabulis sententiam dicit, liberè loquentem audies:

Vides supernum, simul & immensum æthera,

Ter-

1 *Scutum abjiciat*] Clypeum abjicere dixit pro eo quod est causæ diffidere & contentionem relinquere. Desperat enim quisquis in bello arma abjicit, & aut fugam spectat, aut mortem exspectat. Græci simplici vocabulo ῥιψάσπιδας vocant timidos, id cognominis Demosthenes in prælio quondam emeruit. Cleonymus apud Aristophan. in fuc. δειλοδάκτυλος appellatur. Plat. lib. de leg. 12. declarat ῥιψασπίδου nomen multo probrosissimum esse. *Cogn.*

Καὶ γὰρ τὸν ἀγκῶνα ἔχειν ὀφθῆναι τὸν ἀγκῶνας,
Τοῦτον νόμιζε Δία. τοῦτ' ἐγὼ θεόν.
καὶ πάλιν.
Ζεύς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεύς. ἐγὼ γὰρ οἶδα, πλὴν λόγῳ κλύων. καὶ τὰ τοιαῦτα. Τιμ. σὺ μὲν ἅπαντες ἄνθρωποι, καὶ τὰ ἔθνη, ἐξηπατῆσθαι, θεὸς νομίζοντες, καὶ πανηγυρίζοντες. Δα. εὖγε ὦ Τιμόκλες, ὅτι μοι ὑπέμνησας τῶν καὶ τὰ ἔθνη νομιζομένων. ἀφ' ὧν μάλιστα σωίδοι τις ἄν, ὡς γε νῦν βέβαιον ὁ περὶ θεῶν λόγος πῶς ἔχῃ. πολλὴ γὰρ ἡ περιχὼ, καὶ ἄλλοι, ἄλλα νομίζουσι, Σκύθαι μὲν, ἀκινάκην θύοντες, καὶ Θρᾷκες, Ζαμόλξιδι, φυγάδι ἀνθρώπῳ καὶ Σάμιῳ ὡς αὐτοὺς ἥκοντι. Φρύγες δὲ, μήνῃ, καὶ Αἰθίοπες, ἡμέρᾳ. καὶ Κυλλήνιοι, Φάλῃ. καὶ Ἀσσύριοι, περιστερᾷ. καὶ Πέρσαι, πυρί. καὶ Αἰγύπτιοι, ὕδατι, κριτὸν μὲν ἅπασι κοινὸν τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ ὕδωρ. ἰδίᾳ δὲ, Μεμφίτης μὲν, ὁ βοῦς θεός. Πελουσιώτης δὲ, κεφαλὴν. καὶ ἄλλοις, ἴβις, ἢ κυνοκέφαλος. καὶ ἄλλοις, κυνοκέφαλος, ἢ αἴλουρος, ἢ πίθηκος. καὶ ἐπὶ τῶν κώμης, τοῖς μὲν, ὁ δεξιὸς ὦμος θεός. τοῖς δὲ καὶ ἀπὸ πέρας οἰκοῦσιν, ἄπεργος. καὶ ἄλλοις, κεφαλῆς ἡμίσεμνον. καὶ ἄλλοις, ποτήριον κεκραμένον, ἢ τρύβλιον. τοῦτο πῶς σοὶ γέλως ἐστὶν ὦ καλὲ Τιμόκλες; Μω. οὐκ ἔλεγον ὦ θεοί, τοῦτο παίζειν ἤξειν εἰς τὰμφανές, καὶ ἀκεβῶς ἐξεπαθήσαμεν; Ζ. ἔλεγες ὦ Μῶμε, καὶ ἐπεὶ μὴ ὀρθῶς. καὶ ἔγωγε πειρασόμεθα ἐπανορθώσασθαι αὐτὰ, καὶ τὸν ποσὶ κίνδυνον ἀφορμῶμεν. Τιμ. ἀλλ' ὦ θεοὶ ἐχθρὲ σὺ, τὰς λεπτομὰς, καὶ σοφιστρίσεις τῶν ἐσομένων, τίνος ἔργου ἂν εἴποις, ἢ θεῶν,

Terram humidis circumnenentem in brachiis.
Illum Iovem arbitrare, necnon hunc Deum.
Et rursus.
Iupiter, is qui Iupiter est: non enim ni ex fama novi.
Et id genus.
Tim. Proinde omnes homines genteſque decipiuntur, quum Deos esse putant, eorúmque dies festos celebrant. *Dam.* Bene Timocles, in memoriam mihi revocasti gentium opinionem: unde potissimùm intelligi possit, nihil habere certi ea quæ de Diis perhibentur. Nam multa est dissensio, & alii aliud opinantur: Scythæ Acinaci sacrificant, Thraces Zamolxidi fugitivo homini, qui Samo ad ipsos venit: Phryges Lunæ, Æthiopes diei, Cyllenii Phaleti, Assyrii columbæ, Persæ igni, Ægyptii aquæ. Nam omnibus Ægyptiis communis est aqua. Privatim autem, Memphitis bos est Deus, Pelusiotis cepa, aliis Ibis, aut crocodilus, aliis cynocephalus, aut felis, aut simia. Præterea vicatim, aliis Deus est dexter humerus, aliis qui regionem adversam incolunt, siniſter: aliis dimidium caput, aliis fictile poculum, aut catinus. Quomodo hæc, ô bone Timocles non sint ridicula? *Mom.* Nonne dicebam, ô Dii, hæc omnia in propatulum ventura, & fore ut accuratè examinarentur? *Iup.* Dicebas, ô Mome, & rectè objurgabas, atque hæc corrigere conabor, si præsens periculum evitarimus. *Tim.* At tu, ô Deorum inimice, oracula, & rerum futurarum prædictiones, cujus opus esse dices? nonne Deorum, eorun-

Didascalici generis Dialogus, in quo contendit ac docet Parasiticam artem esse, eamque omnium aliarum præstantissimam. Dispositio & series orationis plana est. Nam artem esse, principio ex definitione artis ostendit, singulis ejus partibus cum Parasitica comparatis, videlicet, quoniam & sua, ac certa principia habeat, exercitationeque & usu constet, & ob finem vitæ utilem, nec per voluptatem, exerceatur. Quòd autem voluptas utilis vitæ finis sit, authoritate ac testimonio Homeri defendit. Et quòd hic finis Parasitica magis proprius quàm Epicureorum philosophia sit, comparatione studiorum, ac vitæ utrorumque probat. Deinde verò hanc omnium aliarum artium præstantissimam esse, primùm in genere docet, collatis omnibus accidentibus, effectibus & causis aliarum artium, cum iis, quæ huic arti accidunt. Postea seorsim etiam Philosophiæ & Rhetoricæ, ut pote artium cæterarum summis, & maxime laudatis, anteponit. Primùm quia illa incertæ, aliis aliter de illis sentientibus atque tradentibus. Parasitica autem ubique eadem, ac certa sit. Deinde quia nusquam reperiantur parasiti affectasse philosophiam, aut rhetoricam: contrà autem parasiticam rhetores, ac Philosophi plurimi. Postremò ab usu eorum, qui artes has sectantur, & profitentur, duplici videlicet, altero in bellis, altero in pace. Vbi ad utrumque tempus philosophos, & rhetores inutiles, & ineptos esse, multis exemplis & rationibus docet: contrà autem parasitos idoneos ac paratos maximè, idque ex Homero, item ex historiis probat, ad-

addita etiam hypotypoſi, qua paraſitum ad prælium parantem & expedientem ſeſe deſcribit. Præterea & privatam, atque domeſticam utrorumque vitam inter ſe comparat, multò meliores, atque etiam beatiores eſſe paraſitos oſtendens, quàm vel rethoras, vel philoſophos. Sub finem ipſam artem ex locis finalibus commendat quoque, & ipſius nominis honeſtatem etymologia, & analogia defendit.

Τί ποτε ἄρα ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, ἐ ἐλεύθεροι, καὶ δοῦλοι, τέχνην ἤντινα ἐπίστανται, δι' ἧς ἑαυτοῖς τί εἰσι, ἐ ἄλλῳ χρήσιμοι. σὺ δ', ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, δι' ὃ ἄν τι ἢ αὐτὸς λάβοις, ἢ ἄλλῳ μεταδοίης; Παρά. πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν. Τυχ. ἔστι λύ τινα τυγχάνεις ἐπιστάμενος τέχνην, οἷον μουσικήν; Πα. μὰ Δία. Τυ. τί δ', ἰατρικήν; Πα. οὐδὲ ταύτην. Τυ. ἀλλὰ γεωμετρίαν; Πα. οὐδαμῶς. Τυ. τί δ', ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰ τοσοῦτον ἀπέχεις, ὅσον ἐ ἡ κακία. Πα. ἐγὼ μὲν εἰ οἷόν τε εἴην, κ' πολλοῦ. ὥστε μὴ δοκεῖ τοῦτο κεφάλαιόν σοι ἀγνοεῖν ὀνειδίσαι. φημὶ γὰ κακὸς εἶναι, καὶ χείρων, ἢ τὸ δοκεῖς. Τυ. ναί. ἀλλὰ ταυτηδὶ μὲν ἴσως τὰς τέχνας σὺ ἐξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν, καὶ δυσκολίαν. τί δὲ δημιουργικῶν τινα, τεκτονικὴν, ἢ σκυτοτομικήν; κ' γὰρ οὐδὲ τάλλα ὅπως ἔχει σοι, ὡς μὴ ἐ

Quid tandem in cauſa eſt Simo, quòd cùm alii homines ſive ſervi ſint, ſive ingenui, quiſque artem aliquam calleat, quâ cùm ſibi ipſis, [1] tum aliis ſunt utiles: tu verò, quantum ego perſpicio, nihil negotii habes, unde aut fructum capere ipſe, aut alteri impertire poſſis? *Para.* Quid hæc tua ſibi velit interrogatio Tychiade, nondum capio: proinde planiùs interrogato. *Tych.* Eſt-ne ars aliqua quàm noris, veluti [2] Muſica? *Para.* Non per Iovem. *Tych.* Num medicina? *Para.* Neque iſtam novi. *Tych.* At geometria. *Para.* Nequaquam. *Tych.* Quid verò num Rhetorica? Nam à Philoſophia tantum abhorres, quantum ab ea vitium. *Para.* Imò plus etiam, ſi poſſem. Proinde ne putes hoc te mihi ignoranti exprobrare. Nam me & malum, & quàm ſentias, pejorem eſſe fateor. *Tych.* Ita ſanè: Sed has fortè artes ob ipſarum cùm magnitudinem, tum difficultatem non didiciſti. At ex popularibus illis quam tenes, num fabrilem aut ſutrinam? Neque enim ea eſt rerum tuarum conditio, ut non talis alicujus artis egeas ad-

1 *Tum aliis ſunt utiles*] Plat. in epiſt. ad Arch. Tarent. ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε εὐβουλεῖσθαι, ὅπως ἕκαστος ἡμῶν, ἐκ αὐτοῦ μόνου γέγονεν, ἀλλὰ τῶν γενέτας ἡμῶν πρὸ πατρὸς μᾶλλον, τὸ δὲ πρὸ τοῦ γεγενήσθαι, τὸ δὲ πρὸ τοῦ λοιποὺς φίλοις. Cogn.

2 *Muſica*] Antiquitus nihil eruditum habebatur ſine muſica, unde apud Comicos, qui litteras ſe didiciſſe negant, ajunt ſe non didiciſſe muſicam. Muſica & Arithmetica primùm inſtituebantur juvenes Athenis. Lucianus in Gymnaſ. *Idem.*

1 Πα.

τοιαύτης ἂν διηγήσαι τέχνης. Πα. ὀρθῶς λέγεις ὦ Τυχιάδη. οὐδὲ γὰρ τῶν τοιούτων ἀδεήμιας ἐπιστήμων εἰμί. Τυ. πῶς ὦν ἔτερος; Πα. πῶς; ὡς ἐγὼ οἶμαι, γνωσόμενος. ἢν εἰ μάθοις, καὶ σὲ ἐπαινέσειν οἶδα. ἔργον μὲν οὐ κεκόρθωκα φημὶ ἔτι, εἰ δὲ σοὶ λόγου οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Τυ. τίνα ταῦτα; Πα. ἅπερ μοι δοκῶ τὰς ὠδὲ ταύτῃ ἀκριβελεπτείας λόγους. ὥστε ὅπερ τέχνῃ μέν τινα ἐπίσταμαι, ὑπάρχει ἤδη σοι γιγνώσκειν, καὶ μὴ ἄλλο τοῦτο καλεπῶς μοι ἔχειν. ἦν πως ἢ, αὖθις ἀκούσῃ. Τυ. ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι. [1] Πα. τὸ γε τῆ τέχνης, παρέδοξον ἴσως φανεῖται σοι ἀκούσαντι. Τυ. καὶ μὴν ἄλλο τοῦτο γε θαυμάζω μαθεῖν. Πα. εἰσακούσῃ ὦ Τυχιάδη. Τυ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μήτι ἄρα αἰσχύνῃ. Πα. ἡ Παρασιτική. Τυ. κἄπα εἰ μὴ μαίνοιο ὅπως ὦ Σίμων, τέχνην τινὰ ταύτην φαίη ἄν; Πα. ἔγωγε. εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ ἢ μὴ ἓν μίαν ἄλλην ἐπίστασθαι τέχνην, [2] αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι ταύτην μανίαν δίκαι, καί με τῶν ἐγκλημάτων ἤδη ἀφιέναι. φασὶ γὰρ τὸν δαίμονα τοῦτον, τὰ μὲν ἄλλα, χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, διφυῆ δὲ εἶναι τὴν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ, ὥσπερ διδάσκαλον, ἢ παιδαγωγὸν τῶν ἀναδεχομένων εἰς αὐτὸν τὰς αἰτίας. Τυ. σὺν ἢν ὦ Σίμων, ἡ Παρασιτικὴ τέχνη ἐστί; Πα. τέχνη γάρ. καίτοι τοῦτης δημιεργός. Τυ. καὶ σὺ ἄρα παρέστηκας; Πα. πάνυ αἰνιδίσας ὦ Τυχιάδη. Τυ. ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς, παρέστηκα σαυτὸν καλῶν; Πα. ἰδαμῶς. αἰσχυνοίμην

adminiculo. *Para.* Rectè dicis Tychiade, neque enim ullam illarum calleo. *Tych.* Quam igitur aliam? *Para.* Quam? ut puto generosam, quàm & te, si pernoveris, laudaturum existimo. Eam quidem re ipsa præclarè obire posse me dico, tametsi oratione explicare non valeo. *Tych.* Quænam hæc est? *Para.* Nondum mihi videor rationes quæ ad hanc artem pertinent didicisse. Quare me alicujus artis peritum esse, tuum est jam cognoscere, neque hoc nomine mihi succensere: quam autem calleam, alias audies. *Tych.* At moræ sum impatiens. *Para.* Fortasse si audires, nova ars tibi videretur. *Tych.* Atqui propter hoc ipsum discendi studio teneor. *Para.* Aliàs Tychiade. *Tych.* Nequaquam, sed jam dicito, nisi te pudeat. *Para.* Illa est Parasitica. *Tych.* Ecquis nisi insanus ô Simon, artem hanc appellet? *Para.* Ego. Si verò ob hoc ipsum, quòd aliam artem non teneam, tibi videor insanire, hujus ipsius causam mihi putato fuisse insaniam, & jam desine me criminari. Aiunt enim hanc Deam cùm aliàs difficilem esse habentibus, tum delinquentes erratorum excusare, instar magistri, & pædagogi translata in se omni culpa. *Tych.* Ergo Simo, Parasitica ars est? *Para.* Sanè ars, cujus author ego sum. *Tych.* Et tu parasitus es? *Para.* Probro me affeciisti Tychiade. *Tych.* At non erubescis, quum te ipse vocas parasitum? *Para.* Nequaquam, nam me pu-

1 Πα. τὸ γε τῆ τέχνης, παρέδοξον] Πα. τόγε τῆ τέχνης ὄνομα, παρέδοξον. Marcil.

2 Αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι ταύτην μανίαν δόκει] Αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τῆ μανίας δόκει, &c. Patet illo statim sequente, ἀναδεχομένων εἰς αὐτὸν τὰς αἰτίας. Idem.

γὰρ ἂν, εἰ μὴ λέγοιμι. Τυ. καὶ νὴ Δία ὁπόταν σι βουλώμεθα γνωρίζειν τὸ σὸν ἐπιτήδευμα τοῦ, ὅτε χρήζοι μαθεῖν, ὁ παράσιτος δηλονοτι φήσομεν. Πα. πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμὲ, ἢ Φειδίου ἀγαλματοποιόν. χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ ἥδιον τι ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διΐ. Τυ. καὶ μὴν ἐμοὶ γε σκοπουμένῳ μοι σφόδρα γέλως πάμπολυς. Πα. τὸ ποῖον; Τυ. εἰ ταῖς ἐπιστολαῖς ἄνωθεν ὥσπερ ἔθος, ἐπιγράφοιμεν Σίμωνι παρασίτῳ. Πα. καὶ μὴν ἂν ἐμοὶ μᾶλλον χαρίζοιο ἢ Διονι ἐπιγράφων φιλοσόφῳ. Τυ. ἀλλὰ σὺ μὲ ὅπως χαίρεις κελεύσεις, ἡδὺν, ἢ μικρὸν μοι μέλει. σκοπεῖν δ' δεῖ ἐκ τοῦ ἄλλου ἀπορίαν. Πα. τίνα μέν. Τυ. εἰ ἐκ ταύτης ταῖς ἄλλαις τέχναις ἐγκαταλέξομεν. ὥστε ἐπειδὰν πυνθάνηταί τις ὁτιοῦν τις αὐτῆς τέχνη ἐστὶ, λέγειν, οἷον γραμματικὴ, ἰατρικὴ, ὁ παράσιτος. Πα. ἐγὼ μὲν ὦ Τυχιάδη, πολὺ μᾶλλον ταύτην, ἢ πᾶσαν ἑτέραν τέχνην φαίην ἄν. εἰ δέ σοι φίλον ἀκοῦσαι, ἐγὼ ὅπως οἶμαι, λέγοιμι ἂν, καίτοι σ' ὀλιγωρήσειν ὧν, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἐπὶ τούτῳ παρεσκευασμένος ἦλθον. [2] Τυ. εἰ δ' σμικρὰ ἦν, τοῖς ἀληθέσι διοίσ. Πα. ἴδοι δὴ σοῦτον τοῦτ' ἐκ τέχνης εἶ σοι δοκεῖ, ἢ τῆς σοφῆς ὕσον τυγχάνῃ πρὸς ἡμᾶς σκοπῶμεν. ὡσαύτως γὰρ ἐπαναλαβήσομεν ἂν καὶ ταῖς καθ' εἶδος τέχναις, εἴπερ ἄρα ὀρθῶς μετέχοιμεν αὐτῆς. Τυ. τί ποτ' ὧν ἐστι τέχνη, ὡς ἐπίστασαι; Πα. πάνυ μὲν οὖν. Τυ. μὴ

puderet, ni dicerem. *Tych.* Atque per Iovem, si te cuipiam quibus ignotus es notum facere velimus, quum nomen discere volet, Parasitus est videlicet, dicemus. *Para.* Rem mihi feceritis multò gratiorem me sic nominando, quàm statuarium Phidiam. Hac enim arte delector non minùs, quàm Phidias Iove gaudebat. *Tych.* Atqui hoc mihi considerantì, excitatus est risus multus. *Para.* Qua ex re? *Tych.* Si epistolis pro more inscribamus, Simoni parasito. *Para.* Rem sanè mihi facies gratiorem, quàm si [1] Dioni Philosopho inscribas. *Tych.* Quàm gaudeas hoc nomine, mihi parum est curæ. Sed & aliud quidpiam absurdi est considerandum. *Para.* Quidnam? *Tych.* Num & hanc in aliarum artium numero recensebimus. Ita ut interrogante quopiam cujusmodi ars sit, respondeamus, veluti grammatica, medicina, sic Parasitica. *Para.* Equidem ego Tychiade, hanc quam profiteor, multò potiùs artem dicendam contendo. Quod si gratum tibi est audire, etiam quod sentio, dicam, quanquam non admodum ut antè dixi, ad hoc sim paratus. *Tych.* Tametsi sint exigua, veritate tamen præcellent. *Para.* Age jam, si tibi videtur, primùm consideremus cujus generis sit ars. Ad hunc enim modum artes etiam speciatim assequemur, si hanc rectè teneamus. *Tych.* Quid igitur est ars, uti scis? *Para.* Omnino scio. *Tych.* Ne igitur

1 *Dioni Philosopho*] Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudem est consequutus. Suid. Philost. & Syn. de laude Calvitii Lucianus in Peregrino. *Cogn.*

2 Τυ.] Tychiadis personam quidam loquentem inducunt usque ad verbum ἐπίστασαι. Aliter tamen omnes editiones, aliter Interpres. *Bourd.*

τοίνυν ἄκουέ μου λέγοντος αὐτήν, εἴπερ οἶδας. Πα. τέχνη ἐστὶν ἃς ἐγὼ μέμνημαι ἀκούσας, σύνεσις [1] ἐγκαταλήψεων ἐξεταζομένων, ὡσεί τι τέλος εὐχρηστον τοῦ τῷ βίῳ. Τυ. ὀρθῶς σύνοιδα γὰρ εἰπόντος, ὅτως ἀπεμνημόνευσας. Πα. εἰ δὲ μετέχοι τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτικὴ, τί ἂν ἄλλο ἢ ἡ αὐτὴ τέχνη εἴη; Τυ. τέχνη γάρ, εἴπερ ὅτως ἔχει. Πα. φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὸν παράσιτον, εἰ σωφρόνως σκοπῶμεν ἢ ὁπόσον αὐτῆς λόγου, ἀλλὰ μὴ καθάπαξ αὐτὴν παντελῶς χρῆσιν ἀφαιρούμενοι, [3] μὴ σαπρὸν ἀποφήνωμεν. δεῖ τοίνυν εἶναι ἢ ταύτην ὥσπερ ἢ πᾶσαν τέχνην, σύνεσιν οὖσαν καταλήψεων. σῴζουσα μέν, τὸ δοκιμάζειν, καὶ ἀφαιρεῖσθαι ὅσοις ἂν ἐπιτηδείως ἔχοι τρέφειν αὐτόν. καὶ οὕτω παρασιτεῖν ἐξέσται, οὐκ ἂν μεταγνοίη. ἡ τὸ μὲ ἐξαργυρώσιμα τέχνην τινὰ φήσομεν ἔχειν, [5] εἴπερ ἐπίσταιτο ἀφαιρεῖσθαι τὰ τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ μή. τοῦτον δ' ἄνευ τέχνης ἀφαιρεῖσθαι τοὺς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς

igitur pigeat te dicere, siquidem scis. *Para.* Ars, ut ex viro sapiente memini me audire, est quæ constat ex perceptionibus consentientibus, & coëxercitatis ad finem vitæ utilem. *Tych.* Rectè sanè verba ejus qui dixit, commemorasti. *Para.* Iam si horum omnium particeps est Parasitica, quid aliud sit, quàm ars? *Tych.* Ars certè, si res ita se habet. *Para.* Age verò sigillatim omnibus artis speciebus Parasiticam accommodantes, dispiciamus an quod de ipsa dicitur, consonet: sed non uti [2] malæ ollæ quum pulsantur, an resonet putridum. Oportet igitur ut hæc, quemadmodum & ars omnis, perceptionibus constet. Primùm quidem probet, & dijudicet, quis ad se alendum sit idoneus: quo parasitandi orsus initio, pœnitentia non ducatur. Aut [4] nummularium dicemus artem aliquam callere, qua nummos adulterinos à probis dignoscat: hunc autem sine arte [6] adulterinos homines à bonis non discernere, præ-

1 Ἐγκαταλήψεων] Quidam ἐπὶ καταλήψεων. ut postea. *Bourd.*

2 *Malæ ollæ*] Vt ærea vasa tinnitu dignoscuntur. Ita homines ex sermone, hunc allusit Pers. Sat. 3.

sonat vitium percussa maligne,
Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Et rursus in Satyr. 5.

pulsu dignoscere cantus
Qui solidum crepet & pictæ tectoria linguæ. Cogn.

3 Μὴ σαπρὸν] Casaubon. ad illud Persii *sonat vetitum*, legi vult σαθρὸν. *Bourd.*

4 *Nummularium*] Ἀργυροκόπον vulgo mensor & mensarius à Græcis κολλυβιστὴς nummullarius & trapezita. *Idem.*

5 Εἴπερ ἐπίσταιτο διαγινώσκειν] ἥπερ c. β. Marcil.

6 *Adulterinos homines*] Quod simplex non est neque sincerum id vulgato verbo Græci κίβδηλον vocant, hinc ducto vocabulo, quòd aliud præ se ferant, aliud tegant, παρὰ τὸ κρύβειν τὸ δῆλον, vel quod Athenienses ob summum in Chios odium, si cui malè vellent, hujus nomen nomismati solent inscribere, additâ litterâ iisque in terram abjectis dira imprecari. παρὰ τὸ κατὰ χῆς, βδελύττειν. Sed propriè nummum subæratum κίβδηλον appellant, & κιβδηλίαν corruptelam. Cogn.

1 Καὶ

ἀγαθούς. [1] καὶ ταῦτα, ὥσπερ τῶν νομισμάτων, καὶ τῶν ἀνθρώπων [2] μὴ φανερῶν ὄντων. αὐτὰ μέντοι ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης καταμέμφεται λέγων,

Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

ᾧ δὴ καὶ μείζων ἡ τοῦ παρασίτου τέχνη πέφυκεν, εἴγε καὶ τὰ οὕτως ἄδηλα, καὶ ἀφανῆ, μᾶλλον τῆς μαντικῆς γνωρίζει τε, καὶ οἶδε. τὸ δέ γε ἐπίστασθαι λόγους λέγειν ἐπιτηδείους, καὶ πράγματα πράττειν, δι' ὧν οἰκειώσεται, καὶ εὔνουν αὐτὸν τῷ τρέφοντι ἀποδείξει, ἆρ' οὐ συνέσεως, καὶ καταλήψεως ἐρρωμένης εἶναί σοι δοκεῖ; Τυ. καὶ μάλα. Πα. τὸ δέ γε ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν αὐταῖς, ὅπως παντὸς ἀπέλθῃ πλέον ἔχων, καὶ παρευδοκιμῶν τοὺς μὴ τὴν αὐτὴν αὐτῷ κεκτημένους τέχνην, ἄνευ τινὸς λόγου, καὶ σοφίας [3] πλάττεσθαι οἴει; Τυ. οὐδαμῶς. Πα. τί δὲ, τὸ ἐπίστασθαι τὰς ἀρετὰς, καὶ κακίας τῶν ὄψων, καὶ τῶν σιτίων πολυπραγμοσύνην ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ; καὶ ταῦτα, τοῦ γενναιοτάτου Πλάτωνος οὑτωσὶ λέγοντος, τοῦ μέλλοντος ἑστιάσεσθαι, μὴ μαγειρικοῦ ὄντος, σκευαζομένης θοίνης, ἀκυροτέρα ἡ κρίσις. ὅτι γε μὴν οὐκ ἐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μάθοις ἂν ἐνθένδε ῥᾳδίως. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν καταλήψεις, καὶ ἡμέ-

præsertim cùm statim appareat cujusmodi sint homines, quemadmodum nummi. Eadem hæc & sapiens reprehendit Euripides, dicens,

Nullus character corpori mortalium,
Inhæret ex quo tu malum dignoveris.

Qua re major est Parasiti ars, qui res ita obscuras & abditas, magis quàm ars vaticinandi perspicit & cognoscit. Nosse verò sermones proferre accommodos, eaque facere per quæ in familiaritatem veniat, seque benevolentissimum suo altori ostendat, annon intelligentiæ & perceptionis validæ putas illud esse? *Tych.* Maximè. *Para.* Vt verò in conviviis ipsis, plus quovis habens abeat, aliosque gloria superet, qui eam artem sibi non paraverunt, an hoc citra rationem, & sapientiam comminisci putas? *Tych.* Nequaquam. *Para.* Ecquid, nosse opsoniorum, ciborumque virtutes, & vitia, cujuspiam indocti curiositatem esse existimas? Idque cùm dicat generosissimus Plato, [4] Qui convivas epulis accepturus est, nec rei coquinariæ sit peritus, ejus in adornando convivio incertum est judicium. Parasiticam autem non solùm perceptione, sed etiam exercitatione constare, hinc facilè perdiscas. Quod aliarum artium perceptiones, & dies, & no-

1 Καὶ ταῦτα, ὥσπερ τῶν νομισμάτων] Καὶ ταῦτα οὐχ ὥσπερ τ. ν. Patet oraculo Euripidis sequente, & post illa, verbis Luciani p. sequente. *Marcil.*

2 Μὴ φανερῶν] Ex Anglic. Cod. negationem, quæ ubique aberat, addidimus. *Bourd.*

3 Πλάττεσθαι] In quibusd. περιπλάττεσθαι. Idem.

4 *Qui convivas*] Hæc Platonis sententia extat in dialogo, qui inscribitur Gorgias, sive Rhetor. *Cogn.*

ερος, καὶ νύκτως, καὶ μῶας, καὶ συνεωθεῖς πολλάκις ἀσυγχώνευτοι μένουσι. καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυται ἡ τέχνη τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι. αἱ δὲ ἀθλητῶν καλλήψεις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἴη ἐν γυμνασίῳ, ἀπόλλυσιν οὐ μόνον οἶμαι τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην. τόγε μὲν ὅτι τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ, μὴ καὶ μανίας εἶναι ζητεῖν, ἐγὼ μὲν οὐ φαίην καὶ πάνυ ἂν δεύτερον οὕτω χρησιμώτερον εἶναι τοῦ βίου ὄν, ἢ δὲ ζῆν γε ἄνευ τούτου ἐστί; Τυ. πάνυ μὲν οὖν. Πα. καὶ μὴν οὐδὲ τοιοῦτόν τι ἐστὶν ἡ παρασιτική, οἷόν τε κυβερνητικὴ, καὶ ἡ ἰσχύς. ὥστε τέχνην μὲν μὴ δοκεῖν αὐτὴν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην. Τυ. ἀληθῆ λέγεις. Πα. ἀλλὰ μήτοι οὐδὲ ἀτεχνία ἐστίν. ἡ γὰρ ἀτεχνία, οὐδέποτε οὐδὲν κατορθοῖ τῶν κεκτημένων. φέρε γὰρ εἰ ἐπιτρέψας σὺ σαυτὸν ναυῒ σὺ θαλάττῃ, καὶ χειμῶνι, μὴ ἐπισταμένῳ κυβερνᾶν, σωθείης ἄν; Τυ. οὐκ ἔγωγε. Πα. τί δὴ ποτε, ἢ τοῦ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἣν δυνήσεταί σώζειν ἑαυτόν; Τυ. καὶ μάλα. Πα. οὐκοῦν ἐκ παραλλήλου καὶ τὸ παρασιτικῆς, εἰ ἦν ἀτεχνία, οὐκ ἂν ἐσώζετο; Τυ. ναί. Πα. οὐκοῦν τέχνη σώζεται. ἀτεχνία ἄρ' οὐ; Τυ. πάνυ μὲν οὖν. Πα. τέχνη ἄρα ἐστὶν ἡ παρασιτική. Τυ. τέχνη ὡς ἔοικε. Πα. καὶ μὴν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας σπανίζειν τε δῆθεν οἶδα ἐγὼ πολλάκις. καὶ τοὺς μὲν, ξυντελεβίνθους. τοὺς δὲ, καὶ πάμπαν ἀφθαρεῖς. παράσιτον δὲ ναυάγιον, ἢ δὲ εἷς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μήτε δύναμις, σύστημά δέ τι, καὶ οὐ καλλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνη δηλονότι διωμολόγηται ἡμῖν σήμερον. Τυ. ὅσον

noctes, & menses, & annos plerumque manent inexercitatæ, nec tamen possidentibus depereunt artes. At Parasiti perceptiones, nisi quotidie exerceantur, non artem solùm, opinor, sed etiam artificem perdunt. Neque foret insaniæ quærere ad quem finem vitæ utilem tendat. Non enim puto utilius quicquam in vita esse quàm edere & bibere, sine quibus neque licet vivere. *Tych.* Maximè. *Para.* Atqui ne ejusmodi quidem res est Parasitica, cujusmodi est pulchritudo aut fortitudo, ut ars nulla esse videatur, sed quædam vis & potentia. *Tych.* Vera dicis. *Para.* At neque nulla est ars. Nam quod ars non est, nunquam quicquam habenti præstat præclari. Age enim si tibi ipsi navim in mari ac procellis, gubernandi imperito commisisses, an incolumis evaderes? *Tych.* Minimè gentium. *Para.* Quid tandem, an quòd arte careat, cujus ope seipsum servare possit? *Tych.* Maximè. *Para.* Num ergo Parasitus à Parasitica, si ars non esset, servari non posset? *Tych.* Imò. *Para.* Nunquid igitur arte servamur, non item imperitia? *Tych.* Maximè. *Para.* Ergo Parasitica est ars. *Tych.* Ars ut apparet. *Para.* Atqui gubernatores quidem præclaros, & aurigas eximios de curru plerumque delapsos comperi: contritos quidem alios, alios interemptos. At Parasiti naufragium nullus est qui possit producere. Proinde si neque nulla ars est Parasitica, neque potentia, sed comprehensio exercitatarum perceptionum, hodie inter nos convenit, eam esse artem. *Tych.* Quantum quidem hinc conjicio.

ἀπὸ τύτε, φησίζω. ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅπως ἐ ὅρον ἡμῖν τινα γλυκαίον ἀποδῷς τ παρασιτικῆς. Πα. ὀρθῶς σύγε λέγων. δοκεῖ γάρ δή μοι ὅστις ἂν μέλλητε διωρίζειν, παρασιτικὴ ἐστι τέχνη ποτέον, καὶ βρωτέον, [1] καὶ τ ἄλλ' ταῦτα λεκτέον. τέλος ἦ αὐτῆς, τὸ ἡδύ. Τυ. ὑπέρχομαί μοι δοκεῖς ὀρίσασθαι τὴν σαυτῆ τέχνην. ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς οἵας τ φιλοσόφων μάχη σοι ταῦτ' ἔ τέλος ἦ. Πα. καὶ μὴν ἀπόχρη γε, εἴπερ ἴσως τὸ αὐτὸ τέλος εὐδαιμονίας, καὶ παρασιτικῆς. φανεῖται ἦ ὄντως. ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος τ ἔ παρασίτου βίον θαυμάζων, ὡς ἄρα μακάριος, καὶ ζηλωτὸς εἴη μόνος, [2] ὃ γὰρ ἔγωγέ φησι τέλος χαριέστερον ἐμοιγε, ἢ ὅταν εὐφροσύνῃ μὲν ἔχῃ κῆ δῆμον ἅπαντα, δαῖτα δ' πλήσωσιν τραπέζας σίτε, καὶ κρεῶν. μέθυ δ' κρητῆρας ἀφύσσων οἰνοχόος φορέησι, καὶ ἐγχείη δεπάεσσι. καὶ ὡς ὐχ ἱκανῶς ταῦτα θαυμάζων, μᾶλλον τῷ αὐτῷ μακαρίῳ ποιεῖ φανεροῦσθαι, εὖ λέγων. Τοῦτο τί μοι κάλλιστον σὺ φρεσὶν εἴδεται. εἶναι ὐχ ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ τὸ παρασίτου εὐδαίμον νομίζων. καὶ μὴν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνδρὶ ἐοικέναι τοῦτος τοὺς λόγους, ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ [3] τῶν Ἑλλήνων. καίτοι γε εἴπερ ἐπῄνεσε Ὀδυσσέως τὸ κῆ τοὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐδύνατο ταυτὶ λέγειν, ὅτι τ Φιλοκτήτην ἀνήγαγεν ἐκ τ Λήμνου, ὅτι τὸ Ἴλιον ἐξεπόρθησεν, ὅτι τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κατέσχεν, ὅτι εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν, ἑαυτὸν δὲ τούτοις, εἰκάζω. ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅπως ἐ ὅρον ἡμῖν τινα γλυκαίον ἀποδῷς τ παρασιτικῆς. Par. Rectè dicis profectò. Sic igitur potissimùm mihi videtur definienda. Parasitica est ars eorum quæ bibenda sunt & comedenda, & ad hæc consequendum, dicenda: cujus finis est voluptas. Tych. Videris mihi tuam artem quàm optimè definivisse. Illud tamen considera, ne adversus philosophos aliquos de fine oriatur tibi contentio. Par. Atqui sufficit ut idem sit fœlicitatis & Parasitices finis. Quod sic apparebit: siquidem Homerus ille sapiens, Parasiti vitam admirans, tanquam solam beatam & fœlicem, ita inquit. Gratior haud finis, populum quàm quando per omnem, Lætantur, mensæque cibis & pane replentur, Et cratere merum in pateras pincerna refundit. Vtque hæc non satis admiratus, sententiam suam facit planiorem, rectè dicens, Hic finis nobis pulcherrimus esse videtur. Non aliud ex iis quæ dicit, quàm parasitari beatum existimans. Neque cuilibet è vulgo hæc verba attribuit, verùm omnium sapientissimo. Ac sanè si voluisset Vlysses Stoicorum finem laudare, hæc dicere potuisset, quando [4] Philocteten è Lemno eduxit, quando Ilium subvertit, quando [5] Græcos fugam capessentes detinuit, quando Troiam ingressus est, à se ipso flagris

1 Καὶ τῷ διὰ ταῦτα λεκτέον] Lectio. Marcil.
2 Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι] Versus Homerici erant corruptissimi. *Bourd.*
3 Τῶν Ἑλλήνων] In aliis Codd. πᾶν ὅλων. Idem.
4 *Philocteten*] Est apud Philostratum in Heroic. & Homer. in Catal. navium. *Cuzn.*
5 *Græcos fugam.*] Homer. Il. α. τὸ δ' ἀγαροῖς ἐπίσσυτο ἰφθίμους ἐρύσασθαι πεφυγότας. Idem.

τὸν μαστιγώσας, καὶ κακὸν, καὶ σωτῆρα ἑκατὸν ὀνόμασε. ἀλλὰ τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον. ἀλλὰ μὴν ὁ γε τοῦ Ἐπικουρείου βίου ζηλωτὴς αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ Καλυψοῖ, ὅτι αὐτῷ ὑπῆρχεν οὐ δρόμος τε βιοδόσιον, καὶ τρυφὴ, καὶ βινεῖν τὴν Ἀτλαντιδα δυσκόλως, καὶ κινεῖν πάσας τὰς λείας κινήσεις, οὐδέποτε εἶπε τοῦτο τὸ τέλος χαριέστερον, ἀλλὰ τὸ τοῦ παρασίτου βίου. ἐκαλεῖτο δὲ δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε. πῶς δὲν λέγω; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐπῶν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων. δαιτυμόνες καθήμενοι ἑξείης. καὶ, παρατιθήσω τραπέζας σίτου, καὶ κρεῶν. ὅλα μὴν Ἐπίκουρος σφόδρα ἀναισχύντως ὑφελόμενος τὸ τοῦ παρασιτικῆς τέλος τοῦ παρ' αὐτὸν διδασκαλίας, τέλος αὐτὸ ποιεῖ. καὶ ὅτι κλοπὴ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ οὐδεὶς Ἐπικούρου μέλλει τὸ ἡδὺ, ἀλλὰ τοῦ παρασίτου, ὅταν μάθοις ἄν. ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ σκοπεῖν μὲ τὸ τοῦ σαρκὸς, ἀσχολίαν. ἄπειρα, τὸ μὴ θορύβου, καὶ παραχῆς τῶν ψυχῶν ἐμπεπλησθαι. τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος, ἐκαλέρανε τυγχάνει. ὁ δὲ ἐπικούρειος, οὐδὲ θαλέρος. ὁ γὰρ ζητῶν περὶ σχήματος γῆς, καὶ κόσμων ἀπειρίας, καὶ μεγέθους ἡλίου, καὶ ἀποσημάτων, καὶ περάτων στοιχείων, καὶ περὶ θεῶν, εἴτε εἰσὶν, εἶτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ δὲ τέλους ἀεὶ πολεμῶν, καὶ διαφερόμενος πρός πᾶσι, οὐ μόνον οὐ ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ δὲ οὐ κοσμικαῖς ἐστιν ὀχλήσεσιν. ὁ δὲ παράσιτος, πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος, καὶ περιδυκὼς μὴ ἄλλως πῶποτε ἔχειν ἄμεινον, ἢ ἔχει, μὴ πολλῆς φιλίας, καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ ποιοῦντος παρενοχλοῦντος ἐνδίκου, καὶ

flagris cæsus, malisque & Stoicis pannis amictus. At tunc jucundiorem hunc esse finem non dixit, Quinetiam cùm in Epicureorum vita apud Calypsonem versaretur, & liceret in otio, & molliter vivere, & filiæ Atlantis lectum conscendere, omnemque expeditæ libidinis speciem agitare, nunquam jucundioris hujus finis meminit, sed cùm apud Phæacas ageret parasitum. Tunc Temporis autem Parasiti vocabantur Dætymones. Quomodo igitur dicit? Digni enim sunt versus, quorum denuo meminerimus: quos nisi sæpe referantur, audire non possumus. Dætymones ordine sedentes, Item, mensæ carnibus, & pane impleantur. Porrò Epicurus nimium impudenter hunc finem detractum Parasiticæ, ad fœlicitatem suam detorsit. Atque hoc esse fraudulentum, neque Epicurum Voluptatis studio vacare, sed Parasitum, hinc licet colligere. Ego Voluptatem existimo, primùm quidem tranquillum corporis statum: deinde animæ ab omni tumultu, & perturbatione immunitatem. Horum utrumque Parasitus assequitur: neutrum Epicurus. Etenim quum quærit de figura terræ, de mundi infinitate, de magnitudine solis, de distantiis, primisque elementis, & de Diis an sint nec-ne, quumque de ipso fine contendit, & dissidet cum aliquibus: non humanis solùm, sed & mundanis perturbationibus implicatur. At Parasitus omnia bene se habere ratus, credensque hæc non meliori quàm sint loco esse posse, multa cum securitate, & tranquillitate, nulla re istiusmodi molestiam inferente, com-

κοιμᾶται ὕπτιος, ἀφεικὼς τὰς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς ἐπὶ τῆ σχεδίας ἀποπλέων οἴκαδε. καὶ μὲν οὐχὶ κἂν τοῦτο μόνον ἡδὺν ποιοίη τὸν ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο. ὁ γὰρ Ἐπικούρου λόγος, ὅστις ποτ' ἐστὶν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὖν ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως ἂν ζήσοιτο, ἀλλ' ἥδιστ' ἂν ζήσοιτο. εἰ δ' ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτῷ, εἴτε παρ' ἄλλου. εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου τὸ φαγεῖν ἔχοι, παρασίτου ἐστὶ, καὶ οὐχ ὡς λέγει. εἰ δὲ παρ' ἑαυτῷ, οὐχ ἡδέως ζήσοιτο. Τυ. πῶς οὐχ ἡδέως; Πα. εἰ γὰρ ἔχοι τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτῷ, πολλά τοι ἂ Τυχάδη τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη. καὶ ἆρά πόσα δεῖ τὰ μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν, τὰς ἐγκυμονούσας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπλῆσαι. ἢ τί φῄς; Τυ. καὶμοὶ δοκεῖ. Πα. ὁκοῦν τῷ μὲ συχνὰ πεκτημένῳ, ἴσως τοῦτο παρέχει. τῷ δ' ὀλίγα, καὶ μηδὲν, οὐκέτι. ὥστε πόσης οὖν ἂν σοφὸς χρῄζοι, ὅδε ἐφικνοῖτο ἂν τέλους. λέγω δ' ἥδιστος. ἀλλ' ὁ μὲν ὁ πλούσιος, ὁ δὲ τὰ ἥδιστα ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τάδε ἐφικέσθαι. τί δήποτε, ὅτι πᾶσαν ἀνάγκη τὴν ἀναλίσκουσα τι ἑαυτῆ, πολλαῖς ἀηδίαις ἐμπίπτειν ἀνδίας. τοῦτο μὲν, τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μοχθηρόν, ἢ εἰ μὴ μοχθοίη, φαῦλα δοῦναι τοῦτο ἐσθίοντα τὸ ὄψα, καὶ δι' ἡδονὴν ὑστερεῖν τοῦτο δ', τῷ οἰκονομοῦντι τὰ κατ' οἶκον, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοῖτο μοχθηρόν; ἢ οὐχ ὅτω; Τυ. νὴ Δία καὶμοὶ δοκεῖ. Πα. τῷ μὲ Ἐπικούρῳ, πάντα ξυμβαίνειν εἰκός. ὥστε ὑδέποτε τελέσειεν[g] δ' τέλους.

comedit, & supinus dormit, porrectis pedibus, manibusque, quemadmodum Vlysses in rate ad patriam navigans. Atqui non hoc solùm, sed illo etiam modo, Voluptas convenit Epicuro. Quippe Epicurus, quisquis est ille Sapiens, aut habet quod edat, aut non. Si non habet, neutiquam jucundè vivet, imò non vivet. Si autem habet, aut à se, aut ab alio habet. Si ab alio habet quod edat, est Parasitus, ac non ut dicit. Sin à se ipso, non jucundè vivet. *Tych.* Quomodo non jucundè? *Para.* Si enim habeat à se ipso quod comedat, multa necesse est vitam hujusmodi comitentur. Ac vide quænam. Oportet ut qui secundum Voluptatem vitam est acturus, omnibus quæ innascuntur, cupiditatibus indulgeat. Aut quid tu ais? *Tych.* Idem sentio. *Para.* Proinde ei qui multa possidet, hoc fortasse præbet: ei verò qui pauca, nihil amplius. Itaque pauper neque sapiens esse, neque finem consequi possit: dico autem Voluptatis. At neque dives, qui de re sua cupiditatibus abundè sumptus suppeditat, hunc pertingere queat. Quid tandem, quòd omnino necesse est ei qui de suo sumptus facit, in multa fastidia incidere: nunc quidem cum coquo, qui cibum malè præparavit, rixando, aut nisi rixetur, insuaves cibos comedendo, & Voluptate carendo: nunc autem cum œconomo, ni rectè rem familiarem administrarit, contendendo? An non ita se res habet? *Tych.* Per Iovem ita sentio. *Para.* Hæc omnia Epicuro accidere verisimile est. Itaque nunquam Voluptatis fine miser ille potietur. At

g Τῦ τέλους] Non attendit ad hanc vocem Interpres. Sic in Deorum Dia-

τῷ δ' ᾨδείῳ, οὔτε μάγειρος ἐστι, φ χαλεπήνῃ, οὔτε ἀγρὸς, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε χρήματα, ὑπὲρ ὧν ἀπολογήσηται, ἀχθεσθείη, κἂν πάνυ ἔχῃ, ὥστε καὶ πίοι μόνος οὗτος ὑπὸ μηδενὸς, ὧν σπεύδει, ἀναγκῃ συνεχλήμενος. ἀλλ' ὅτι μὲ τέχνη ἐστὶν ἡ ᾨδικὴ, καὶ τούτων, καὶ τἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. λοιπὸν ὅτι καὶ χρήσιμον, δεικτέον. καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρός τι μέ, ὅτι κοινῇ πασῶν ἀφέλιμον τῶν τεχνῶν. εἴπερ ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν ὅτω ἀφέλιμον. πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη πρόσαγειν μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγὰς, ἃ πᾶς σὺν ἴσην ὅστις σὺν ἂν ἀποδύσαιτο. τούτῳ δ' τῷ τέχνῳ ὡς ἔοικε, μόνῳ ἔξεστι μαθεῖν ἄνευ πόνου. τίς γὰρ δεῖπνον ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινας σὺν τῷ διδασκάλων ὁρῶμεν; τίς δ' ἐπὶ δεῖπνον ἀπίων, ὤφθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὴν ὁ μὲν παρασίτου, ἑκὼν αὐτὸς ἐπὶ δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ἐπιθυμῶν τῆς τέχνης. οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτάς. ὥστε ἔνιοι δ' αὐτὰς ἀπεδιδράσκουσι. τί δ' ἐκεῖνο συνοῆσαί σε δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις πεπαιδευμένους, οἱ πατέρες καὶ μητέρες τούτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὰ παράσιτον; καλῶς νὴ Δία ἔχραψεν ὁ παῖς λέγοντες, ὅτε αὐτῷ φαγεῖν οὐκ ἔχραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. ὅτω τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον, καὶ σὺν τι-

At verò parasito, neque coquus est ullus, cui irascatur, neque fundus, neque œconomus, neque pecuniæ, pro quibus causam dicere gravetur, & tamen habet omnia, ita ut bibere, & edere possit hic solus nulla re, earum quibus ille, necessariò turbatus. Iam quòd ars sit Parasitica, ex his, atque aliis abundè est demonstratum. Supereſt ut optimam esse ostendam: atque hoc non simpliciter. Sed primùm quia communiter omnibus artibus præstat: deinde privatim singulis. Communiter ad hunc modum præstat omnibus. Nam cuivis arti necesse est ut disciplinam adducat, laborem, timorem, & verbera, quæ nemo non deprecetur. Hanc verò artem, ut videtur, citra laborem licet solam discere. Quis enim unquam à convivio flens discessit, ut aliquos à præceptoribus videmus? Quis ad convivium proficiscens visus est tristis, ut qui scholas frequentant? Verùm Parasitus sponte ad cœnam it, artis cupidissimus. Alii verò quas addiscunt artes, oderunt: ob easque nonnulli aufugiunt. Quid verò? nonne etiam illud tibi considerandum, quòd eos qui illis in artibus proficiunt, his rebus parentes, quibus quotidie parasitum, maximè cohonestant. Rectè scripsit puer dicentes, date illi quod edat malè scripsit, ne date. Sic negotium & honore & pœna videtur magnum.

logo. συμφωνία γὰρ ἔργων ἐστὶ τέλος. Constituebat enim Epicurus philosophiæ suæ summam ἐν τῷ τέλει. Sic Petron. Satyr.

Ipse pater veri doctus Epicurus in arte
Iussit, & hoc vitam dixit habere telos.

Quo loci mendosè faciunt qui in secundo versu reponunt *Iusit* pro *Jussit*, ut moneo ad emendationem hujus epigrammatis. *Bourd.*

μωρίαν μίαν φαίνεται. καὶ μὴν αἱ ἄλλαι, τέχναι, τὸ ὕστερον τοῦτο ἔχουσι, μὴ τὸ μαθεῖν, καὶ τὰς καρπὰς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι. πολλὴ γὰρ [1] καὶ ὀρθὴ οἴμη ἐς αὐτάς. ἡ δὲ παρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων, δύσις ἀπλαυστὶ τέχνης ἐν αὐτῷ τὸ μανθάνειν. καὶ ἄμα τι ἄρχεται, καὶ ἐν τῷ τέλει ἐστίν. αἱ μὲν τοι τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐ πᾶσι, ἀλλὰ πᾶσαι, ἐπὶ μόνῳ τῷ τροφὴν μηχάσασθαι. ὁ δὲ παράσιτος, δύσις ἔχει τῷ τροφὴν ἅμα τὸ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. ἢ σὺ σαυτοῖς ὅτι ὁ μὲ γεωργὸς, γεωργεῖ, οὐ δὲ γεωργεῖν ἕνεκα. καὶ ὁ τέκτων, τεκταίνεται, οὐ δὲ τεκταίνεσθαι ἕνεκα. ὁ δὲ παράσιτος, οὐχ ἕτερον μέν τι ποιεῖ, ἄλλο δὲ αὖτο, καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ δὲ ἕνεκα γίγνεται. καὶ μὴν σαυτά γε ἀδύς ἐστιν, ὅτις σὺκ ἐπίσταται. ὅτι οἱ μὲ τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι, τὸ μὲ ἄλλου χρόνου πολυπραγμοσύνῃ, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας δὲ μόνος ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι. καὶ αἱ πόλεις δὲ, τὰς μὲ, δι' ἔτους, τὰς δὲ, ἑμμήνους ἑορτὰς ἀγούσι, καὶ διφασίους λέγονται τινὲς. ὁ δὲ παράσιτος, δὲ μόνος τὰς τεσσάκοντα ἡμέρας ἱερὰς ἄγει. πᾶσιν γὰρ δοκεῖ αὐτῷ εἶναι τῶν θεῶν. ἔτι οἱ μὲ βυλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας καθεῖν, ὀλιγοσιτίας, καὶ ὀλιγοποσίας χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες. πολυποσίας δὲ, καὶ πολυσιτίας, σὺκ ἔστιν ἀφροδισιάζοντα μανθάνειν. καὶ αἱ μὲ ἄλλαι τέχναι, χωρὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τῷ κεκτημένῳ ὑπηρετεῖν δύνανται. ἄνευ γὰρ αὐλεῖν ἔνι χωρὶς αὐλῶν, ἄνευ ψάλλειν ἄνευ λύρας, ἄνευ ἱππεύειν χωρὶς ἵππου. αὐτὴ δὲ ἄνευ ἐστὶν ἀγαθὴ, καὶ ἡ βαρεῖα τῷ τεχνίτῃ

gnum. Atqui cæteræ artes hoc posterius habent, postquam didicerunt, & fructus suaviter percipiunt, ad quos multa & ardua est via. Sed sola inter alias Parasitica, statim ab initio inter discendum arte sua fruitur: simulque incipit, & finem obtinet. Præterea reliquæ artes, non aliquæ, sed omnes, ad victum parandum duntaxat inventæ sunt.: at parasitus simul atque artem orsus est, victum habet. Aut non animadvertis agricolam agros colere non colendi gratia, nec fabrum fabricandi gratia fabricare: parasitum autem, alterum quidem non sectari, sed idem & opus ejus esse, & cujus gratia fit. Ac sanè nemo nescit, eos qui reliquas artes exercent, unum & alterum duntaxat mensis diem festum ducere, reliquum verò tempus ærumnosè vivere: atque urbes, alias quidem, annuos dies festos, alias menstruos celebrare, quo tempore lætari dicuntur: parasitum autem totos triginta mensis dies festos agitare, siquidem ipsi videntur Diis sacræ omnes. Præterea qui aliis in artibus strenuè se gerere volunt, pauco victu & potu utuntur, quemadmodum ægroti: siquidem ad discendum non est accommodus, qui cibo & potu copiosiore se oblectat. Quinetiam aliæ artes, nequaquam sine instrumentis domino inservire possunt. Nemo enim sine tibia tibicinem agere, nemo sine lyra psallere, nemo sine equo equitare queat. Verùm hæc usque adeò bona est, nec artifici onerosa, ut

[1] Καὶ ὀρθὴ οἴμη] Hesiod. I. Oper. *Bourd.*

τη, ὥστε ἐ ὑπάρχει μηδὲν ἔχοντι ὄπλον χρῆσθαι αὐτῇ. καὶ ὡς ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν, μισθὸν διδόντες. ταύτην ἢ, λαμβάνοντες. ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν, εἰσὶ διδάσκαλοί τινες. ἡ ἢ παρασιτικῆς, οὐδείς. ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ καὶ Σωκρατικὴ, καὶ αὕτη τισὶ μοίρα παραγίγνεται. κἀκεῖνο ἢ σκόπει, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ὁδεύοντες, ἢ πλέοντες, ἃ δυνάμεθα ἀφιστάμεθα. ταύτῃ δὲ ἔτι χρῆσθαι ἐ ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι. Tv. πάνυ μὲν οὖν. Πα. καὶ μήτοι γε Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιδεεῖν. αὕτη ἢ, ἀδεμιᾶς ἑτέρας. Tv. τί ἢ; οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες, ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι; Πα. πῶς γὰρ οὔ; Tv. πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ [1]ἀλλότρια λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνον; Πα. οὐκ ἔχω λέγειν. [2]καὶ μὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ δεχαὶ φαῦλαί τινες, καὶ ἀγελεῖς εἰσι. ἡ ἢ παρασιτικῆς ἡ δεχὴ, πάνυ γενναία τις. τὸ γὰρ γενναιότατον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα, οὐκ ἄλλο τι εὕροις, ἢ δεχὴν παρασιτικῆς. Tv. πῶς λέγεις; Πα. ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶτα ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ σωφρόνως μετρίως, ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ. ἀλλὰ δεῖ πρότερον εἰλημμένον τὸν γενναῖον φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ τραπέζης, καὶ τῆς τέχνης ταύτης μυσηρίων. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, πολυφιλός ἢ ὅτος ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν, οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν, ὡς δηλονότι τὸν συμπίνοντα, καὶ συνεσθίοντα, μόνον πιστὸν ἡγεμόνα φίλον. ὅτι γεμὴν ἡ βασιλεὺς ea uti possit etiam qui caret instrumentis. Et ut videmus, alias artes data, hanc accepta mercede discimus. Præterea aliarum artium sunt magistri: sed Parasitices, nullus est. Sed quemadmodum authore Socrate, Poëtica: sic etiam hæc fato quodam accedit. Quinetiam illud expendito, nos non posse alias artes iter faciendo, aut navigando exercere: sed hac licere uti tum iter facienti, tum naviganti. *Tych.* Omnino ita est. *Para.* Aliæ quoque artes hanc optare videntur, hæc nullam aliam. *Tych.* Ecquid? nonne qui aliena capiunt, injuriam facere videntur tibi? *Para.* Quidni? *Tych.* Quî fit igitur ut solus parasitus aliena accipiendo non faciat injuriam? *Para.* Dicere non possum. Porrò aliarum artium vilia & simplicia sunt initia: Parasitices contrà principium est generosum. Nam celebratum hoc Amicitiæ nomen, non aliud quàm Parasitices esse principium invenias. *Tych.* Quid ais? *Para.* Quoniam nemo inimicum, aut ignotum hominem, sed ne mediocriter quidem familiarem ad epulas invitat. Sed oportet utique ut hic priùs amicitiam contraxerit, ut libationum, mensæ, & artis hujus mysteriorum fiat particeps. Nam aliquos plerumque dicentes audivi, cujusmodi est hic amicus, qui nec edit, nec bibit nobiscum! videlicet quasi eum quo compotore & convictore utimur, solum putent fidum amicum. Quòd autem hæc ars omnium sit

1 Ἀλλότρια] Athen. lib. 1. In quo multa sunt hujus Dialogi. *Bourd.*

2 Καὶ μὴν] Ante hæc verba, incipit loqui parasitus. Aliud tamen sequutus est Interpres. *Idem.*

ωζέτη τ τεχνῶν ἐστι αὕτη, μήθοις ἂν ἐκ τῶνδε εὖ ἔχ ἥκιστα. τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας, οὐ μόνον κακοπαθοῦντες, καὶ ἱδρῶντες, ἀλλὰ καὶ Δία κεκμήκμοι, καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται, ὥσπερ ἀμέλγ δοῦλοι τ τεχνῶν. ὁ δὲ παράσιτος, μεταχειρίζεται τὴν αὐτῶν τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος. ἐκεῖνα μὲν γὰρ οὐ δεῖ λέγειν πρὸς τ εὐδαιμονίας αὐτῷ, ὅτι δὴ μόνος καὶ τ σοφὸν ὀμηρον ὥστε φυλλοβολοῦντα χρόνον φύζειν, ὥσπερ δρῦς, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ ἀνήροτα πίνακα νέμεται. καὶ μὴν ῥητορά τε, καὶ γεωμέτρην, καὶ χαλκέα, οὐδὲν κωλύει τὴν ἑαυτῶν τέχνην ἐργάζεσθαι, ἐάν τε πονηρὸς, ἐάν τε ἐ μοχθηρ. παρασιτῆν, οὐδὲν διώκατην ἡ μοχθηρὸν, ἢ πονηρός. Τυ. παπαί. οἷον χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν παρασιτικήν. ὥστε ἐ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαι δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι ἀντὶ τούτου, ὅς εἰμι. Πα. ὡς μὲν τοίνυν χρηστῶν πάντων ἀμφίεσθαι, δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς ἐ καθ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει, σκοπῶμεν. τὸ μὲν δὴ ταῖς βαναύσοις τέχναις παρεμβάλλειν αὐτὴν, ἀνόητόν ἐστι. καὶ μᾶλλόν πως καθαιρεῖσθαι τὸ ἀξίωμα τ τέχνης. ὅτι γε μὴν τ μεγίστων ἐ καλλίστων τεχνῶν ἀμφίεσθαι, δεικτέον, ὁμολογοῦντα γάρ δὴ πάντων, τ τὴν τε ῥητορικὴν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς ἀμφὶ ἡμφισβήτηται, καὶ ἐπιστήμας ἀποφαίνοντάς τινες. ἐπιδεῖν γὰρ ἐ τούτων ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, καλῶ δηλονότι τ ἄλλων τεχνῶν δόξει πρεπεστάτη, καθάπερ ἡ Ναυσικάα τ θεραπαινίδων. καίτοι μὲν οὖν ἀμφοῖν

sit maximè regalis: hinc non minùs possis cognoscere. Nam reliquas artes non modo graviter laborantes, & sudantes, sed per lovem, sedentes, & stantes exercent, nimirum ut artium servi. At parasitus artem suam aggreditur, tanquam rex accumbens. Quid enim attinet ea dicere quæ ad ejus fœlicitatem pertinent, quòd solus juxta sapientem Homerum, neque plantam manibus plantat, neque arat, sed citra arationem & sementem omnia consequitur? Quinimo nihil rhetorem, geometram, ærarium fabrum impedit, quominus suam artem exerceat, sive sit pravus, sive stultus. Nemo autem, qui sit stultus, aut pravus, potest parasitari. *Tych.* Papæ! cujusmodi rem ostendisti Parasiticam esse! Itaque velim, pro eo qui jam sum, parasitus esse. *Para.* Igitur quantum communiter præstet omnibus, videor mihi demonstrasse. Age jam quantum privatim singulis præstet, consideremus. Certè eam cum mechanicis artibus comparare, ineptum esset: aut potiùs ejus qui hujus artis dignitatem tollere vellet. Sed ostendendum est hanc maximas, & pulcherrimas artes præstantia superare. Apud omnes in confesso est, cùm Rhetoricam, tum Philosophiam esse maximas & pulcherrimas, quas propter nobilitatem, nonnulli etiam scientias faciunt. Proinde posteaquam ostendero, & his longè potiorem esse Parasiticam, satis nimirum constabit eandem & aliis artibus esse præstantiorem, quemadmodum Nausicaa præstet famulis. Communiter

1 Τὴν τε ῥητορικὴν ἐ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς διὰ ἀμφισβήτηται] Τὴν τε ῥητορικὴν ἐ * φιλοσοφίαν μείζους τε ἐ καλλίους ἔτι), ἃς διὰ γ. Sic paulo ante ὅτι γε μὴν τὴν μεγίστων ἐ καλλίστων τεχνῶν διαφέρει, &c. *Marcil.*

λλοφέρει, καὶ τῆ ῥητορικῆς, καὶ τῆ φιλοσοφίας, πρὸ τούτων καὶ τῶν ὑποστάσεων. ἡ μὲν γὰρ ὑφίστηκεν. οἰδὲ, ἔστι γὰρ ἐν τῆν ῥητορικὴν ἤν τι, καὶ τὸ αὐτὸ νομίζομεν. ἀλλ' οἱ μὲν, τέχνην. οἰδὲ, τριακοντόρον, ἀτεχνίαν. ἄλλοι δὲ, κακοτεχνίαν. ἄλλοι δὲ, ἄλλό τι. ὁμοίως δὲ ἐν τῆν φιλοσοφίαν καὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἀσαύτως ἔχουσιν. ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν. ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς. ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς ἀκαδημίας. ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τοῦ περιπάτου. καὶ ἁπλῶς, ἄλλως ἄλλοι ἀξιοῦσι τὴν φιλοσοφίαν εἶναι. καὶ μέχρι μὲ νυνὶ, ὅτι οἱ αὐτοὶ γνώμης κρατοῦσιν, ὅτι αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ἐξ ὧν δηλονότι πραγματεύεσθαι καὶ λείπεται. λέγειν γὰρ φημι μήτε εἶναι τέχνην, ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί δήποτε ἀριθμητικὴ μέν, μία ἐστὶ καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ δὶς δύο παρ' ἡμῖν, καὶ παρὰ Πέρσαις, τοσαυτάκις ἐστὶ, καὶ συμφωνεῖ ταῦτα καὶ παρὰ Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις. φιλοσοφίας δὲ, πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν. καὶ ὅτι τὰς μὲν ἀρχὰς, ὅτι τὰ τέλη σύμφωνα πασῶν. Τυ. ἀληθῆ λέγεις. μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν. αὐτοὶ δὲ, αὐτὰς ποιοῦσι πολλάς. Πα. καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι καὶ ταύτῃς ἀσύμφωνοι εἶεν, καὶ παρέλθοι τις συγχύσεως ἀξιώσας, ἐπί μέσην τι δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμεταπλωτοι, ὥστε δικαίως ἂν εἶεν. φιλοσοφίαν δέ τις ὡς ἀναγκαίαν, ἀνάγκοιθ' μὴ μίαν εἶναι, καὶ μὴ δὲ σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργάνων. μία μὲν οὖν ἐστι φιλοσοφία, ἐπειδὴ ὁρῶ καὶ ἄπειρον ὄσαν. πολλὰς δὲ δυνατὸν εἶναι, ἐπειδήπερ ἡ φιλοσοφία μία. ὁμοίως δὲ καὶ

niter igitur Rhetoricam & Philosophiam antecellit. Primùm quantum attinet ad artis substantiam. Hæc enim subsistit: illæ verò minimè. Neque enim de Rhetorica unum idemque sentimus: sed alii artem: alii contrà, non artem: alii malam artem: alii aliud esse dicunt. Neque Philosophiam simili ratione, eodemque modo se habere putamus. Aliter enim Epicuro res videntur se habere: aliter Stoicis: aliter Academicis: aliter Peripateticis, Quid multa? alius aliam Philosophiam esse contendit. Et hactenus neque iidem sententia potiuntur, neque eorum ars una esse videtur. Ex quibus reliquum est ut argumenta ducam. Principio artem esse nego, cujus nulla est substantia. Nam & Arithmetica una eademque est, & bis duo apud nos & Persas, sunt quatuor, & hac de re convenit inter Græcos & Barbaros. Sed Philosophias multas & diversas videmus, quarum omnium neque principia, neque fines inter se consentiunt. *Tych.* Vera dicis. Vnam enim Philosophiam omnes esse dicunt: attamen ipsi multarum sunt authores. *Para.* Certè in reliquis artibus, quanquam earum ratione nonnihil discreparet, & postulata venia quispiam præteriret: siquidem mediæ videntur, earumque perceptiones non sunt immutabiles, admittendus tamen esset. Philosophiam autem aliquis tanquam necessariam, sustineret non unam esse, nec secum magis convenire, quam instrumenta. Vna quidem non est Philosophia, siquidem innumeras esse video. Nec multæ tamen esse possunt, siquidem una est Philosophia. Similia etiam

dicat

ἡ ῥητορικῆς τοῦτο φαίη τις ἄν. τὸ γὰρ περὶ ἑνὸς ἁπάντων ἀμφισβητεῖν οὐκ ἔστιν ἐν οἷς ἁπάντων μὴ λέγειν ἄτοπον, ἀλλὰ μέχρι τίνος φορᾶς ἀνεκτέον, ἀποδεῖξις μεγίστη δὲ μὴ ἡ τῆς τέχνης εἶναι τοῦτο, ἣν μία παραλήψεως οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ζητεῖν τὸ τί μᾶλλόν ἐστιν αὐτῶν ἐστι, καὶ τὸ μὴ δέπου ὁμολογεῖν μίαν εἶναι, τοῦτο αὐτὴν ἀναιρεῖ δὲ ζητουμένου τοῦ οὐσίαν. ἡ μὲν τοίνυν Στωϊκὴ οὐκ ἄτοπος ἔχει, ἀλλὰ δὲ ἐν Ἕλλησι, καὶ ἡ βαρβάρους μία ἐστὶ, καὶ κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὡσαύτως. καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις ἄλλως μὲ τοὺς δὲ, ἑτέρως δὲ τοὺς, παρασιτεῖν. ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἔοικεν οἱ παρασίτοις ποιὲς, οἷον σωϊκοὶ, ἢ ἐπικούρειοι, δόγματα ἔχοντες διάφορα, ἀλλὰ πᾶσι ταῦτα ἁπάντων ὁμολογία τίς ἐστι, καὶ συμφωνία τῶν ἔργων, καὶ δὲ τέλους. ὥστε ἔμοιγε δοκεῖ ἡ παρασιτικὴ κινδυνεύειν κατά γε τοῦτο, καὶ σοφία εἶναι. Τυ. πάνυ μοι δοκεῖς ἱκανῶς ταῦτα εἰρηκέναι. ὡς δὲ τὰ ἄλλα χαίρων ἐστὶν ἡ φιλοσοφία τῆς τέχνης, πῶς ἀποδεικνύεις; Πα. ἐκεῖνο ἀνάγκη πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι φιλοσοφίας μὲ ἐδέποτε ἠράσθη παράσιτος, παρασιτικῆς δὲ, πάμπολλοι ἐπιθυμήσαντες μνημονεύονται φιλόσοφοι, καὶ μέχρί γε καὶ ἐρῶσι. Τυ. καὶ τίνας ἂν ἔχοις εἰπεῖν φιλοσόφους, παρασιτεῖν ἀποδόσθαι; Πα. ὃς πάνυ μοὶ δοκεῖ ὁ Τυχιάδη σὺ γιγνώσκειν, ὑπεκείνη ἀγνοεῖν κἀμὲ, ὡς κατὰ πάντα αὐτοῖς αἰσχύνης ἐντεῦθεν γιγνομένης, ἐκ πολλῆς. Τυ. ἦ μὰ τὸ Δί' ὦ Σίμων. ἀλλὰ δὲ σφόδρα ἀπορῶ ὅς τινας δὲ εὔφρης εἰπεῖν. Πα. ὦ γενναῖε, σύ μοι δοκεῖς ἀνήκοος εἶναι δὲ τὰ ἀναγραψάντων τὰς ἐκείνων βίους, ἐπὶ πάντας ἂν δὲ ἐπιγνῶναι ὅς τινας λέγω δύνασθαι.

dicat aliquis de Rhetoricæ substantia. Nam quòd de una quæstione non eadem dicunt omnes, sed diversis inter se pugnant sententiis, certissimum est documentum, ne hoc quidem esse principium, cujus una perceptio non est. Nam quærere quid potissimùm ex illis sit Rhetorica, nec fateri unam esse, hoc ipsam, ejus quod quæritur, essentiam tollit. Porrò Parasitica non ita se habet: sed & apud Græcos, & apud Barbaros secundum eadem, eodemque modo una est: neque dicat quisquam aliter hos, aliter illos parasitari. Neque sunt inter Parasitos, ut liquet, quales Stoici, aut Epicurci, diversorum præceptorum authores: sed omnibus apud omnes una est professio, & operum, finisque concentus. Itaque parum abesse videtur quin Parasitica, ex his quæ adduxi, etiam sit Sapientia. *Tych.* Hæc mihi videris satis superque dixisse. Sed quomodo demonstras Philosophiam esse tua arte deteriorem? *Para.* Ergo necesse est ut primùm dicam, philosophiæ amatorem parasitum nunquam fuisse: & memoriæ proditum esse complures philosophos Parasiticæ desiderio arsisse, quam ad hoc etiam usque tempus amant. *Tych.* Et quosnam Philosophos nominare possis, qui Parasiticæ operam dederint? *Para.* Quos ô Tychiade, tu cùm noris, non nosse simulas, & me, ac si ex ea re dedecus non honor ad ipsos redundet. *Tych.* Non simulo per Iovem ô Simon. Imò nescio quos nominandos invenire possis.

Para. O generose mihi videris eos ignorare à quibus illorum vitæ conscriptæ sunt: alioqui quos dico prorsus nosse posses.

Tych.

Τυ. καὶ μὴν τοῖ[1] νὴ τὴν Ἡρακλέα ποθῶ δὴ ἀκοῦσαι τίνες εἰσίν. Πα. ἐγώ σοι δείξω, καὶ καταλέξω αὐτοὺς ὀνόματα οὐχὶ τὰς φαύλας, ἀλλ' ὧν ἐγὼ δοκῶ τοὺς ἀρίστους, καὶ οὓς ἥκιστα οἶει. Αἰσχίνης μὲν τοι ὁ Σωκρατικὸς ὤν, ὁ τοὺς μακροὺς ἐκείνους λόγους γράψας, ἦλθε ποτε εἰς Σικελίαν κομίζων αὐτοὺς, ὅπως εἰ δύναιτο δι' αὐτῶν γνωσθῆναι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. καὶ τὸ Μιλτιάδου ἀναγνοὺς, καὶ δόξας εὐδοκιμήσειν, λοιπὸν ἐκπλεῖ εἰς Σικελίαν παρασιτῶν Διονυσίῳ, καὶ πᾶσι Σωκρατικοῖς ἀφτελέσαις ἐῤῥῶσθαι φράσας. τί δῆτα, καὶ Ἀρίσιππος ὁ κυρηναϊκὸς οὐχὶ τοῖς δοκίμοις φαίνεται σοι φιλοσόφοις; Τυ. καὶ πάνυ. Πα. καὶ οὗτος μέντοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον διέτριβεν εἰς Συρακούσας παρασιτῶν Διονυσίῳ. πάντων γὰρ ἐμέλλε τῶν παρασίτων αὐτὸς εὐδοκιμεῖν παρ' αὐτῷ· ἐν ᾧ δὲ ἦν πλείστου ἄξιος τοῖς ἄλλοις πᾶσι τὴν τέχνην σοφιστής. ὥστε τοὺς ἐψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε πρὸς τοῦτον ὁ Διονύσιος, ὡς παρ' αὐτοῦ μαθησομένους. οὗτος μέντοι δοκεῖ ἐκ πασῶν τὴν τέχνην ἀρίστην. ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ χρυσοῦς, καὶ αὐτὸς μὲν ἦλθεν εἰς Σικελίαν ἐπὶ τοῦτο. καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράννῳ, ἔπαρασιτεῖν ἄμεινον ἀφῦσας ἐξέπεσε. καὶ πάλιν Ἀθήναζε ἀφικόμενος, καὶ φιλοπονήσας, καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν, αὖθις δεύτερον πλοῦν ἐπιπλέουσι τῇ Σικελίᾳ. καὶ διατρίψας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας, ὑπὸ ἀμαθίας

Tych. At certè per Herculem ; quinam sint illi audire exopto. *Para.* Ostendam tibi & recensebo illos, non levis momenti viros, sed quos judico præstantissimos: quosque minimè putes. Socraticus ille Æschines qui longos illos, urbanosque dialogos conscripsit, eos in Siciliam aliquando detulit, per quos, si posset, Dionysio tyranno innotesceret. Ex quibus cum Miltiadem legisset, & placuisse visus esset, reliquum tempus in Sicilia consedit parasitans Dionysio, & Socraticis disputationibus vale dixit. Quid autem ? nonne & [2] Aristippus ille Cyrenæus tibi ex præstantibus Philosophis videtur fuisse ? *Tych.* Maximè. *Para.* Et ille per id ætatis Syracusis versatus est, parasitando apud Dionysium apud quem parasitorum omnium maximè probabatur, ut qui ad hanc artem præ cæteris singulari præditus esset industria: adeò ut quotidie coquos ad eum mitteret Dionysius, ut ex ipso discerent. Hic videtur artis dignitatem excoluisse. Vester quoque generosissimus ille Plato, in Siciliam hac de causa venit. Vbi cùm paucos dies apud regem esset parasitatus, à parasitatione, quia ad eam erat inhabilis, excidit. Rursum repetitis Athenis postquam vehemens studium adhibuisset, seque adornasset, secunda navigatione Siciliam petivit: ubi paucos dies cœnatus, iterum præ imperitia excidit. Et

1 Νὴ τὴν Ἡρακλέα] De hoc Parasitico sacramento vir Clarissimus Io. Meursius, jurabant etiam Parasiti νὴ τὸν ἄλας Liban. Paras. *Bourd.*

2 *Aristippus*] Genere Cyrenaicus maximè voluptarius fuit, canis regius à Diogene nominatus, quòd assentaretur Dionysio, ad hunc Stratonem, vel ut alii, Platonem dixisse tradunt. Tibi soli & chlamydem & vestem rejiculam ferre datum est leg. Diog. Laert. lib. 2. Horat. epist. lib. 1. *Cogn.*

Δίας ἐξέπεσεν. καὶ αὕτη ἡ συμφορὰ Πλάτωνι μὲν Σικελίαν, ὁμοία δοκεῖ γεγενῆσθαι τῇ Νικίᾳ. Τυ. καὶ τίς ὦ Σίμων, περὶ τούτου λέγει; Πα. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι. Ἀριστόξενος μὲν ὁ μουσικός, πολλοῦ λόγου ἄξιος, καὶ αὐτὸς δὲ παράσιτος Νηλέως ἦν. Εὐριπίδης μὲν γὰρ ὅτι Ἀρχελάῳ μέχρι τοῦ τελευτᾶν παρασίτης, καὶ Ἀνάξαρχος Ἀλεξάνδρῳ, πάντες ἐπίστασθε. καὶ Ἀριστίλλης δὲ τὰ παρασιτικὰ ἤρξατο μόνον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. φιλοσόφους μὲν οὖν ὥσπερ ἐγὼ, παρασιτίᾳ καταδύσαντας, εἶδεν. παράσιτον δὲ οὐδεὶς ἔτι φράσαι, φιλοσοφεῖν ἐθελήσαντα. καὶ μὴν οἱ ἔτι εὐδαίμων τὸ μὴ πεινῆν, μὴ δὲ διψῆν. μὴ δὲ ῥιγοῦν, ταῦτα οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπάρχει, ἢ παρασίτῳ. ὥστε φιλοσόφους μὲν ἄν τις πολλοὺς καὶ ῥιγοῦντας, καὶ πεινῶντας εὕροι. παράσιτον δὲ, οὐ. ἢ μὰ ἂν εἰπεῖν παράσιτον, ἀλλὰ δυσμοῖρός τις, ἢ πλωχὸς ἄνθρωπος, ἢ φιλοσόφῳ

Et hæc Platonis fortuna Niciæ fortunæ ſimilis videtur. *Tych.* Equis Simo ea de Platone dicit? *Para.* Complures etiam alii. Porrò [1] Ariſtoxenus Muſicus, plurimi æſtimandus, [2] Nelei fuit [3] paraſitus. Quòd autem Euripides apud Archelaum ad mortem uſque, [4] Anaxarchus apud Alexandrum egit paraſitum, planè compertum habes. Cæterùm Ariſtoteles Paraſiticam orſus eſt ſolùm, ut reliquas artes. Philoſophos quemadmodum Paraſiticæ operam dederint, oſtendi. Nemo autem Paraſitum producat, qui philoſophari voluerit. Ac ſanè ſi neque eſurire, neque ſitire, neque algere beatum eſt, hæc alii nulli quàm paraſito ſuppetunt. Itaque Philoſophos multos invenias qui frigore, & fame capiantur: Paraſitum autem, nullum: alioqui Paraſitus non eſſet, ſed infœlix quiſpiam, aut mendicus, aut Philoſopho ſimilis.

modo formati: dum inutilem ac superfluam carnium molem sudoribus absumunt: illud autem quod robur præstat & vigorem, citra mali mixtionem relictum, fortiter conservant. Nam quod qui triticum ventilant, hoc in corporibus exercitia nobis præstant, quæ paleas, inanesque spicas flatu dispellunt, purum verò fructum separant, & accumulant. Quò fit ut bene valeant, & diutissimè in laboribus perdurent. Quinetiam talis ferò sudare incipit, & rarò ægrotare videtur. Quemadmodum siquis allatum ignem injiceret simul in triticum, ejusque stipulas, & paleam (nam ad ventilantem regredior) citiùs, ut opinor, conflagrarent stipulæ, triticum verò paulatim, neque magna flamma exurgente, neque uno impetu, sed sensim succensum, postea longo tempore ipsum quoque combureretur. Ita neque morbus, neque defatigatio corpus hujusmodi correptum, facilè presserit, nec superarit. Nam internæ partes ipsi bene sunt comparatæ, ad easque externæ validè admodum sunt munitæ, ut nihil noxæ intus penetret, neque solem ipsum, neque frigus in detrimentum corporis admittat. Ad perdurandum autem in laboribus, multus calor intus influens, veluti multò antè præparatus, atque in usum necessarium repositus, præstat ilico tolerantiam vigore irrigans, redditque ut plurimum infatigabiles. Nam præmissi labores & lassitudines, non absumunt, sed augent vires, quæ excitatæ, fiunt majores. Quinetiameos cursu exercemus, & ut longo sint pares, assue-

κῆς τε ἀλφιτῶν ἐπιζοντες, καὶ ἐς τὸ ὀρθὸν ἀνύποδες ἐπιτυφίζοντες. καὶ ὁ δρόμος ἐκ ἀρὸς τὸ πρῶτον, καὶ ἀπλῶτος, ἀλλὰ ἐν ψάμμῳ βαθείᾳ, ἵνα ὅτι βεβαίως ἀπερεῖσαι τοῖς βάσι, ὅτι ἐπιτηδείως ῥᾴδιον, ὑποσυρομένῃ πρὸς τὸ ὑπείκον ἑκάστοτε. ἀλλὰ ἐ [1] ὑπερθεῖναι πέφυκεν εἰ δέοι, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐμπόδιον. καὶ πρὸς τοῦτο ἀσκοῦνται ἡμῖν ὅτι, καὶ μολυβδίναις χειρομεγέθεσιν ἐν ταῖν χερσὶν ἔχοντες. εἶτα καὶ ἀκοντίων βολὰς εἰς μῆκος ἀμιλλῶνται. εἶδες δ' ἐκεῖνό τι ἐν τῷ γυμνασίῳ χαλκοῦν, ἀφαιρεῖς, ἀσπίδι μικρᾷ ἐοικὸς ὄχανον οὐκ ἔχούσῃ, οὐδὲ τελαμῶνας. καὶ ἐπιφέρῃς γε αὐτῷ, κειμένῳ ἐν τῷ μέσῳ. καὶ ἐδόκει σοι βαρὺ, καὶ δύσληπτον ὑπὸ λειότητος. ἐκεῖνο τοίνυν ὅπως τε ἀναρρίπτωσιν εἰς τὸ ἄερα, καὶ ἐς τὸ πόρρω φιλοτιμούμενοι, ὅστις ἐπιμήκιστον ἐξέλθοι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπερβάλοιτο. καὶ ὁ πόνος ἐντεῦθεν, ἅμα τε αὐτῶν κρατυνόμενος, καὶ τόνον τοῖς ἄρθροις ἐνδίδωσιν. ὁ πηλὸς δὲ, καὶ ἡ κόνις, ἄκρως σοι γελοίστρα ἐξ ἀρχῆς ἔδοξεν, ἄκουσον ὑπομνήσεως, ὅτι ἄνευ ὑποβολῆς, σφᾶλον μὴ, ὡς μὴ ἐπὶ τὸ κρημνῶδες ἢ πλῶσις αὐτοῖς γένοιτο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μαλακὸν ἀσφαλῶς πίπτοιεν. ἔπειτα, καὶ τὸ ὀλισθαν ἀνάγκη πολὺ γίγνεσθαι, ἐρύοντων ἐκ τοῦ πηλοῦ, ὃ σὺ τοῖς ἐγχρίσμασιν ὄνειδιζες, οὐκ ἀλλοῖον, οὐδὲ γελοῖον ὄν, ἀλλὰ ἐς τοῦτο ἐς ἰσχὺν, καὶ τόνον οὐκ ἀλίγα συμπίπτει, ὁπόταν ὕπνος ἐλθόντων, ἀλλήλων ἀναγκάζοντων ἐγκρατῶς ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ συμπεσεῖν διολισθαίνοντας. αἰρεσθαί τε ἐκ πηλοῦ ἱδρωκότα μετ' ἐλαίου σκέπεσιν, καὶ ἀλφάρυτον τὸ χειρῶν ἀπομάζοντα μὴ μικρὸν εἶναι νόμιζε. καὶ πάντα πάν-

assuefaciendo, & ut eum quàm celerrimè brevi exigant, leviores reddendo. Nec cursus instituitur in solido, duroque loco, sed in profunda arena, ubi neque firmiter infigere, neque fulcire plantam facile est, cùm ea cedente pes subtus trahatur. Fossam quoque transilire, si opus sit, aut siquod aliud objicitur impedimentum: qua in re exercentur, plumbea pondera plenis manibus tenentes. Deinde hasta in longum projicienda decertant. Vidisti quoque alium quendam globum æneum, & teretem, quale scutum parvum, ansa carens, & loro: quem in medio jacentem expertus es: isque tibi visus est gravis, & propter lævitatem prehensu difficilis. Eum in aërem sursum projiciunt, inque longum contendentes, quis quàm longissimè emittat, aliosque superet. Qui labor illorum humeros roborat, & lacertis rigiditatem indit. Cæterùm lutum, & pulvis, quæ initio tibi perquam ridicula visa sunt, audi ô præclare, quorsum luctantibus substernantur. Primùm ne in duro loco labantur, sed in molli tutò cadant. Deinde sudantes sæpius in luto lubrico lapsu cadere coguntur, quod tu anguillis comparabas. Neque id inutile est, & ridiculum: sed ad robur & firmitatem non parum confert, quando ad hunc modum luctantes, alii alios fortiter apprehendere coguntur, & elabentes retinere. Nam rapere sublimem in luto sudantem, cumque oleo excidere, & è manibus effluere conantem, ne parvi momenti esse putes. Et hæc omnia,

1 Ὑπερθεῖναι πέφυκεν εἰ δέοι] Τάφρον fossatum, scamma. *Marcil.*

ὥσπερ ἴφλιν ἔμπροσθεν, εἰς τὰς πολεμικὰς χρήσιμος, εἰ δέοι φίλον τραχηλίζαι, ῥᾳδίως ἂν ὑπεξενεγκεῖν. ἢ εἰ πολέμιον σωματοπαίσαι, ἥκειν μετέωρον κομίζοντα. καὶ ἐξ τοῦτο εἰς ὑπερβολὴν ἀσκοῦμεν, τὰ χαλεπώτερα προτιθέντες, ὡς τὰ μικροῦ μετρᾷ κουφοτέρων φέρειν. τῷ μὲν κόνιν, τοιαύτην χρησίμην οἰόμεθα εἶναι, ὡς μὴ διαλιθάνειν συμπλεκόμενοι. ἐπεὶ ὅταν γε ἐν τῇ πηλῷ ἀσκηθῶσι σωέχειν, τὸ ἀλαδιδράσκον ὑπὸ γλισχρότητος, ἐπιζόντες ἐκφεύγειν αὐτοὶ λαφθέντες ὑπ' ἀνίων. καὶ ταῦτα, ὦ ἀφυκτῶ ἐχόμενοι. καὶ μὲν ἐ τὸ ἱδρῶτα σωέχειν δοκεῖ ἡ κόνις, ἀπορρύον ἐπιχόμενον ἐπιπατοῦσα, καὶ ἐπιπολὺ ἀφαιρεῖν ποιεῖ τὸν διώκοντα, καὶ κώλυμα μένει μὴ βλάπτειν ὑπὸ τῶν ἀνέμων, ἀρρωστίαν τότε, καὶ ἀνεωγόσι τοῖς σώμασιν ἐμπίπτοντα. ἄλλως τε καὶ τὸ ῥυπᾶν λύσασθαι, καὶ εὐπρεπέστερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. καὶ ἐγώγε ἡδέως ἂν ἀφηρησάμην πλησίον τῶν τε λευκῶν τινα σκιᾶς ἀπολαύοντα, καὶ ὑπὸ σκιᾷ διατρίβοντα, καὶ ὃν ἂν ἕλῃ τῶν ἐν τῷ λυκείῳ γυμναζομένων, ἀπαλλαγὴν τοῦ κόνιν, καὶ τὸ πηλόν, ἐρέσθαι ἂν σε πολέμου ἂν ὅμοιον εὐξαίμην εἶναι. οἶδα γὰρ ὡς αὐτίκα ἕλοιο ἂν σὺ τοιούτης ἀποδύσεως, εἰ μὴ ἐπὶ τῷ ἔργων πειραθείης ἑκατέρου συνεσκευασμένος, καὶ συγκεκροτημένος εἶναι μᾶλλον, ἢ ῥιπτεῖσθαι, καὶ διαῤῥεῖν, καὶ λύσιν εἶναι ἀπορίας ἐν φυγῇ εἰς τὰ εἴσω τοῦ σώματος. τοιοῦτόν ἐστιν ὧν Ἀνάχαρσι, ἃ τοὺς νέους ἡμεῖς ἀσκοῦμεν, οἰόμενοι φύλακας ἡμῖν τοῦ πόλεως ἀγαθοὺς γενέσθαι, καὶ σὺν ἐλευθερίᾳ βιώσεσθαι δι' αὐτούς, κρατοῦντες μὲν τῶν δυσμενῶν εἰ ἐπίοιεν, φοβεροὶ δὲ τοῖς περιοίκοις ὄντες, ὡς ὑπατίσεσθαί τε, καὶ ὑποτελεῖν ἡμῖν τοὺς πλείστους αὐτῶν. ἐν εἰρήνῃ τε αὖ

omnia, ut antè dixi, ad bellum conferunt, si opus sit faucium amicum, nullo negotio sublatum subducere, aut surreptum hostem sublimem efferre. Eam ob rem summopere ipsos difficilioribus propositis exercemus, ut minùs difficilia multò faciliùs ferant. Verùm arenam diversa ratione utilem esse putamus, ne manum conferentes elabantur. Postquam enim in luto exercitati fuerint id quod præ lentore elabitur, retinere: ipsi etiam capti è manibus effugere assuescunt: idque quum inevitabili vinculo tenentur. Quinetiam sudorem videtur cohibere pulvis, quum affatim mananti aspergitur, & efficere ut diu rerendo labori pares sint vires, atque impedimento esse ne à ventis offendantur, in rarefacta & aperta corpora irruentibus. Præterea sordes abstergit, & virum nitidiorem reddit. Atque ego lubenter unum ex albis illis qui sub umbra semper est versatus, & quemcunque ex iis eligeres qui in Lyceo exercentur, huc sisterem, qui pulverem & lutum eluret, ac te interrogarem utri similis, esse optares. Sarsticio te primo statim obtutu, tametsi neutrius vitæ periculum feceris, electurum potiùs ut compactus & accinctus esses, quam deliciis frangereris, & diffluereres, atque albesceres penuria sanguinis intrò fugientis. Hæc sunt Anacharsi, quibus juvenes exercemus, rati eos nobis custodes optimos civitatis evasuros, nosque eorum opera in libertate victuros, vincendo hostes, si nos adoriantur, & vicinis terribiles nos præstando, adeò ut nos pertimescant, & plerique ipsorum tributum nobis pendant. Porrò in pace

me-

πολὺ ἀμείνοσιν αὐτοῖς χρώμεθα, οὐδὲ μηδὲν τῶν αἰσχρῶν φιλοπονημένοις, μηδ' ὑπ' ὀκνίας εἰς ὕβριν τρεπομένοις, ἀλλὰ τοῖς τὰ τοιαῦτα διατρίβουσι, καὶ ἀσχόλοις ὦσιν οὐ αὐτοῖς. καὶ ὅπερ ἔφην, τὸ κοινὸν ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἄκραν πόλεως εὐδαιμονίαν, τοῦτ' ἐστὶ λέγειν, ὁπόταν εἰς τὸ εἰρήνην, καὶ εἰς πόλεμον τὰ ἄριστα παρεσκευασμένη φαίνοιθ' ἡ νεότης, οὕτω τὰ κάλλιστα ἡμῖν συνδιάζουσα. Ανα. οὐκοῦν ὦ Σόλων, ἤν ποτε ὑμῖν ἐπίωσιν οἱ πολέμιοι, χρισάμενοι τὸ ἐλαίῳ, καὶ κονισάμενοι, πρόϊτε ἐς αὐτοὶ, πύξ τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς προβεβλημένοι. κἀκεῖνοι δηλαδὴ ὑποπτήξουσιν ὑμᾶς, καὶ φεύγοσι δειλότες, μὴ σφίσι κεχνῶσι, πάσοντε τὸν ψάμμον ἐς τὸ σῶμα, ἢ ὀλισθήσαντες ὡς κῦ νότε γένηθε, ὀφθαλμίξητε αὐτοῖς τὰ σκέλη ὀφὲ τὸν μασέρα, καὶ ἀλίσκητε, ὑπὸ τὸ κράνῳ ὑποβαλόντες τ' πῆχυ. καὶ νὴ Δί' οἰμῶ, τοξεύσουσι δηλονότι, καὶ ἀκοντιοῦσιν. ὑμεῖς δ' ὥσπερ ἀνδριάντων, ὑ κρίξετον τὰ βέλη, κεχρισμένοι πρὸς τ' ἥλιον, καὶ πολὺ τὸ αἷμα πεποεισμένοι. ὑ γὸ κολάκη καὶ ἄβροις ὑμεῖς ἐστε, ὡς τάχιστα ὑπὸ τὰς πληγὰς. ἀλλὰ ὀψέ ποτε ἂν, καὶ μόλις κατατεμνόμενοι βαθέσι τοῖς τραύμασιν, αἷμα ὀλίγον ὑποδείξητε. τοιαῦτα γὰρ φῄς, εἰμὴ πάνυ παρήκουσα ὦ Δημοδείσμαχος. ἢ τὰς παιοπλίας ἐκείνας τότε ἀπαλήψεσθε, τὰς τ' κωμῳδῶν τε, καὶ τραγῳδῶν. καὶ ἢν πρότεθῇ ὑμῖν ἔξοδος, ἐκεῖνα τὰ κρόκινα φεύξεσθε τὰ κεχνῶτα, ὡς φοβερώτεροι εἶντε τοῖς ἐναντίοις, μορμολυττόμενοι αὐτὰς, καὶ ὑποδήσεσθε τὰ ὑψηλὰ ἐκεῖνα δηλαδὴ. φεύγοσί τε χὰρ οὐ δεῖ, κἄφα. καὶ ἢν διώκητε, ἄφυκτα τοῖς πολεμίοις ἔσεσθε, ὑμῶν ὅτω μεγάλα διαβαί-

melioribus illis utimur, de nulla re turpi contendentibus, neque se præ inertia ad contumeliam inferendam convertentibus, sed circa ista versantibus, iisque perpetuò vacantibus. Et quod dixi, commune bonum, summamque civitatis fœlicitatem hoc est dicere quum juventus rebus pulcherrimis studio incumbens, cùm ad pacem, tum ad bellum optimè præparata videtur. *Ana.* Proinde Solon, si quando hostes vos invadant, oleo perunctì, & pulverulenti prodite ipsi pugnis adversus eos muniti. Et illi videlicet vos pertimescunt, ac metuentes fugiunt, ne ipsis hiantibus pulverem ori inspergatis: aut circunsilientes à tergo adorti, ipsorum crura circum ventrem implicetis, & subjecto galeæ cubito suffocetis. At per Iovem, hi sagittas, & jacula contorquebunt. At vos, quemadmodum statuas, non attingent tela, quippe ad Solem denigratos, & multo sanguine abundantes. Neque enim vos aut stipula, aut spicæ estis, ut quamprimum plagis succumbatis: sed admodum serò, vixque profundis confecti vulneribus, paululum sanguinis submonstrabitis. Talia enim dicis, nisi exemplum perperam audivi. Aut universam illam Comœdorum, & Tragœdorum armaturam assumetis. Et si vobis constitutum fuerit in aciem prodire, galeas illas hiantes imponetis, ut sitis formidabiliores adversariis, illos larvis territantes: altos etiam illos calceos induetis, qui si fugiendum sit, sunt leves, si contrà insequamini, hostibus erunt inevitabiles, cùm eos adeò magnis gressibus adeatis.

νόητον ἐπ' αὐτούς. ἀλλ' ὅρα μὴ τοῦτο μὲν ὑμῖν τὰ κομψὰ λῆρος ᾖ, καὶ παιδιὰ ἄλλως, καὶ διατριβαὶ ἀργοῦσι, καὶ μαθημεῖν ἐθέλουσι τοῖς νεανίσκοις. εἰ δὲ βούλεσθε πάντως εὐδαίμονες εἶναι, ἄλλων ὑμῖν γυμνασίων δεήσει, καὶ ἀσκήσεως ἀληθινῆς τε καὶ τοῖς ὅπλοις. καὶ ἡ ἄμιλλα οὐ πρὸς ἀλλήλους μετὰ παιδιᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς δυσμενεῖς ἔσται, μὴ κινδύνων μελητῶσι τὴν ἄρετήν. ὥστε ἀφέντες τὴν κόνιν, καὶ τὸ ἔλαιον, διδάσκετε αὐτοὺς τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν, μὴ κοῦφα διδόντες τὰ ἀκόντια, καὶ οἷα διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἄνεμον, ἀλλ' ἴσα λόγχη βαρεῖα, μὴ συεσμὸν ἐλιττομένη, καὶ λίθον χειροπληθῆ, καὶ σάγαρις, καὶ μάχαιρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ γώραξ, καὶ κράνος. ὡς γὰρ ἔχετε, θεῶν τινος ὑμετέρᾳ σωτηρίᾳ μοι δοκεῖτε, οἳ μηδέπω λαμπρῶς ἴδητε τὸν πόνον ὀλίγων ψιλῶν ἐπιπεσόντων. ἰδὼ γέ τοι ἐγὼ ἀποσεισάμενος τὸ μικρὸν τοῦτο ξιφίδιον τὸ παρὰ τὴν ζώνην, μόνος, ἐπεισπέσω τοῖς νέοις ὑμῶν ἅπασιν, αὐτοβοεὶ ἂν ἔλοιμι τὸ γυμνάσιον, φυγόντων ἐκείνων, καὶ οὐδενὸς ἀντιβλέψειν τῷ σιδήρῳ τολμῶντος. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἂν ἐξελοίμην, καὶ τοὺς κίονας κολακρυπτόμενοι, γέλωτα ἂν μοι παράσχοιεν, δακρύοντες οἱ πολλοὶ, καὶ τρέμοντες. καὶ τοῦ ἂν ἴδοις σὺ ἔτι ἐρυθριῶντας αὐτοὺς τὰ σώματα, οἷοι νῦν εἰσιν, ἀλλὰ ὠχροὶ ἅπαντες αὐτίκα γένοιντ' ἄν, ὑπὸ δείους μεταβαλόντες. ὅτου ὑμᾶς ἡ εἰρήνη διαπέπεικε βαθέα ὄντα, ὡς μὴ ἂν ῥᾳδίως ἀναχθῆναι λόφον ἴσα κράνους πολεμίου ἐδύνασθε. Σο. ἃ τοῦτα ἔφασκεν ὁ Ἀνάχαρσις, Θρᾳκῶν τε ὅσοι μετ' Εὐμόλπου ἐφ' ἡμᾶς ἐστράτευσαν, καὶ αἱ γυναῖκες ὑμῶν αἱ μετ' Ἱππολύτης ἐλάσασαι ἐπὶ τὴν πόλιν, οὐδὲ ἄλλοι

At vide ne ista quibus industriam ineſſe putatis, ſint potiùs nugæ, & ludicrum etiam, & inertium, ignaviæque deditorum juvenum exercitia. Sed ſi omninò liberi & fœlices eſſe vultis, aliis gymnaſiis veraque in armis exercitatione vobis erit opus. Et tunc non ludicrum alii cum aliis certamen inibitis, ſed periculoſum bellum adverſus hoſtes ſuſcipietis virtutem exercentes. Quapropter pulvere & oleo relictis, docete ipſos ſagittas, & jacula contorquere. Nec levia detis jacula, quæ venti flatu ferri queant: ſed eſto gravis haſta, quæ cum ſibilo torqueatur, & lapis prægrandis, gladiuſque, & ſcutum in ſiniſtra, lorica, & galea. Nam quales nunc eſtis, mihi videmini Dei cujuſpiam benignitate ſervari, qui nondum à paucis levis armaturæ militibus vos aggreſſis, perditi eſtis. Ecce verò ſi ſtricto gladio quo ſum accinctus, omnes in veſtros juvenes ſolus irruam, ipſo clamore gymnaſium capiam, fugientibus illis, ac nullo ferrum obtueri audente. Sed circum ſtatuas ſtantes, aut circum columnas latitantes, riſum moverent mihi lachrymantes, & tremſentes permulti. Tunc verò videres illos corpore non amplius rubeſcentes, cujuſmodi nunc ſunt: ſed protinus omnes palleſcerent, mutato præ metu colore. Eo vos animo profunda pax reddidit, ut non facilè, vel hoſtilis galeæ criſtam intueri ſuſtineretis. *Sol.* Non hæc dixerunt, Anacharſi, Thraces, quotquot Eumolpum ſequuti bello nos laceſſiverunt: neque mulieres veſtræ, quæ duce Hyppolyta adverſus hanc civitatem equitarunt: neque

alii

ὅσοι ἡμῶν τὸ ὅπλοις ἐπιτρέψησιν. ἡμεῖς γὰρ ὦ μακάριε, τὸν ἐπιδήμως ὄντα γυμνὰ τὰ σώματα ἐπιτηδεύομεν ἰδίᾳ, ἀφ' οὗτοι δὲ ἄοπλα ἐξάγομεν ἐπὶ τοὺς κινδύνους. ἀλλ' ἐπειδὰν καθ' αὐτοὺς ἄρξωνται χρήσασθαι, ἀκροῦνται τὸ μὴ τοῦτο ξυνὸν τοῖς ὅπλοις. καὶ πολὺ ἄμεινον χρήσονται ἂν αὐτοῖς, ὅταν ἀφικνῶνται. *Ana.* καὶ πῶς τοῦτο ὑμῖν ἔστι τὸ γυμνάσιον τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις; ἐγὼ γὰρ οὐδὲν ἔγωγε ἐν τῇ πόλει τοιοῦτον εἶδον, ἅπασαν αὐτὴν τὸν κύκλον περιελθών. *So.* ἀλλὰ εἶδες ἂν ὦ Ἀνάχαρσι, ἐπιπλέον ἡμῖν σπουδαζόμενα, καὶ ὅπλα ἱκανὰ μάλα πολλὰ, οἷς χρώμεθα ὁπόταν ἀναγκαῖον ᾖ ἐν λόφους, καὶ φάλαρα, καὶ ἵππους, καὶ ἱππέας σχεδὸν τὸ πέμπτον τοῦ πολίτου. τὸ μέντοι ὁπλοφορεῖν ἀεὶ, καὶ ἀκινάκην περιζώσασθαι, περιττὸν ἐν εἰρήνῃ οἰόμεθα εἶναι. καὶ περιμένω γ' ἔγωγε, ἵνα ὅστις τὸν ἄστυ σιδηροφορεῖ μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα εἰσενέγκῃ εἰς τὸ δημόσιον. ὑμεῖς δὲ συζῆτε, τὸν ὅπλοις ἀεὶ βιῶντες. τότε γὰρ τὸν ἀφόβητον οἰκεῖν, ῥᾴδιον εἰς ἐπιβουλήν. καὶ οἱ πόλεμοι, μάλα πολλοί. καὶ ἄδηλον ὁπότε τις ἐπιτρέψει, καιρόν μάλιστα λαβὼν ἀπὸ τῆς ἀμφίξης, φονεύσειν. ἤ τι ἂν ἐς ἀλλήλους ἀπιστίαι αὐξηθείησαν, καὶ μὴ τὸν νόμον ξυμπολιτεύσῃ, ἀναγκαῖον ἀεὶ τὸ σίδηρον ποιεῖ, ὡς πλησίον εἶναι ἀμυνοῦσι, εἴ τις βιάζοιτο. *Ana.* εἶπε ὦ Σόλων, σιδηροφορεῖν μὲ δόξειεν ἀναγκαίᾳ ἔοικε περιττὸν ὑμῖν δοκεῖ, καὶ τὰ ὅπλα φείδεσθαι, ὡς μὴ ἂν χρεὼν ἦν φθείρειν. ἀλλὰ φυλάττεσθαι

alii quotquot nos armatos sunt experti. Nos autem, ô beate, quanquam ita nuda juvenum corpora exercemus, non ideo etiam inermia in periculum producimus. Sed ubi in his ludicris optimi evaserint, deinceps cum armis exercentur, quibus melius utuntur ad hunc modum antè instituti. *Ana.* Et ubi est vestrum illud, quod est in armis gymnasium? Nullum enim hujusmodi vidi in urbe, quanquam universam obambulavi. *Sol.* At videbis, Anacharsi, ubi diutius nobiscum fueris versatus, & permulta unicuique arma, quibus utimur quum opus est, & cristas, & phaleras, & equos, & equites quartam ferme civium partem. Sed arma semper gestare, & acinace accinctum esse, id in pace supervacaneum putamus. Atque ei qui in urbe ferrum gestat, ubi nihil opus, aut arma in publicum effert, multa irrogatur. Vobis autem condonandum, quòd semper armati vivitis. Nam in loco immunito habitare, insidiis est obnoxium: multaque ibi bella vigent. Incertum etiam quando superveniens quispiam dormientem è plaustro pertractum, jugulet. Quod etiam alii aliis ultro diffidunt, nec ullis legibus obstrictam civitatem unà incolunt, facit ut ferrum semper sit necessarium, ut siquis vim inferret, ad propulsandam injuriam. præstò esset. *Ana.* Ergo Solon, ferrum gestare nulla necessitate adigente, supervacaneum vobis videtur esse: armisque parcendum putatis, ne manibus attrectata corrumpantur: sed reposita con-

1 Ὅστις ἐς ἄστυ σιδηροφορεῖ] Simile jus Romanorum, vetitum enim prodire cum telo. Cic. parad. 4. Sic jure civili l. 14. ff. de re milit. Novell. 85. legend. Symmach. Epistol. 107. *Bourd.*

πὶ λοπκείμμα, ὡς χρησόμμοι τόπι, ἢ χρείας ἐπιτάσης. τὰ ἢ σώματα τῶν νέων, ὑδενὸς ἐεινῦ ἐπειγοῦς, καὶ ἀπονεῖπι παίοντες. καὶ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων καὶ ἁλιτκόμενοι, ἢ μαμιδόμμοι ὡθὸς τὸ ἀναγκαῖον τὰς ἀλκὰς αὐτῶν, ἀλλ' εἰκῆ ἐν τῷ πηλῷ, καὶ τῇ κόνι ἐκχέοντες. Σο. ἔοικας ὦ Ἀνάχαρσι, τοιόνδε τι δυνάμεως πέρι ἐννοεῖν, ὡς οἴνῳ, ἢ ὕδατι, ἢ ἄλλῳ τῶν ὑγρῶν ὁμοίαν αὐτὴν ἅπαν. ῥᾴδιας ἂν μὴ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου πλαστικῆ λάθῃ διαῤῥυεῖσα ἐν τοῖς πόνοις, καὶ παρ' ἡμῖν κενὸν, καὶ ξηρὸν οἴχηται τὸ σῶμα καταλιπᾶσα, ὑπὸ μηδενὸς ἔνδοθεν ἀναπληρώμμου. τὸ ἢ, οὐχ ἅπας ἔχει σοι. ἀλλ' ὅσῳ τις ἂν αὐτὴν ἐξαντλῇ τοῖς πόνοις, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιῤῥεῖ κἀ τὸ Ὑδρας μῦθον, εἴ ποτε ἤκουσας, ὡς ἀντὶ μιᾶς κεφαλῆς τμηθείσης, δύ' ἀεὶ ἄλλας ἀνεφύοντο. ὧν ἢ ἀγύμναστον ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἄπονον ἢ, μὴ ἢ διαρκῆ τὴν ὕλην ἔχῃ ὑποβεβλημμένην; τότε ὑπὸ τῶν κεμφύτων βλάπτοιτο ἂν, καὶ καταμαραίνοιτο, οἷον τι ἐπὶ πυρὸς, καὶ λύχνου γίνεται. ὑπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ φυσήμματος, τὸ μὲν πῦρ ἀνακαίεται ἂν, καὶ μεῖζον ποιήσειας ἐν βραχεῖ, προσθήκην τοῦ πνεύμματος. καὶ τὸ ἢ λύχνου φῶς ἀποσβέσειας, ὅταν ἔχῃ ἀπαρρῶσαν τῆς ὕλης τὴν χορηγίαν, ὡς διαρκῆ εἶναι ὡθὸς τὸ ἀντιπνέον. ἢ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς οἴμμης τοῦ ῥίζης ἀνεφύετο. Ανα. παῦε γὰ ὦ Σόλων, ἢ πάνυ συνίημι. λιπᾶ τὰ γὰρ ἡ καθ' ἡμὲ εἰρήνης ἀκριβᾶς τινὰ φροντίδα, καὶ διανοίας ὀξύ δεδορκυίας δέομμαι. ἐκεῖνο δὲ μοι πάντως εἰπὲ, τίνα ἕνεκα ἀγῶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς ὀλυμπικοῖς, καὶ ἰσθμοῖ, καὶ πυθοῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁπότε πολλοὶ ὡς φῄς συνίασιν ἐν ὁμμοι τὰς νίκας ἀγωνισαμμένους, ἀδέποτε ἐν ὅπλοις

conservatis, quibus urgente necessitate utamini. Iuvenum autem corpora, nullo urgente periculo, verberibus conficitis, ac sudoribus conficiendo, vires ipsorum ad necessitatem non expromitis, sed temerè in cœno & pulvere effunditis. *Sol.* Videris Anacharsi, de corporis robore ita sentire, ac si vino, aut aquæ, aut alii cuipiam rei humidæ sit simile. Itaque vereris, ne tanquam ex vase fictili clanculum in laboribus effluat: deinde nobis corpus inane & aridum relinquat discedendo, cùm nulla re intus denuo impleatur. Atqui non ita res se habet: sed quanto plus laboribus exhauseris, tanto copiosius influit, juxta Hydræ fabulam, si unquam audivisti, ei pro uno capite præciso, alia duo semper renasci solita. Cæterùm si ab initio inexercitatum, ignavumque fuerit, nec satis subjectæ materiæ habuerit, tunc laboribus læditur, & marcescit, ut in igne & ligno usuvenit. Etenim eodem flatu, & ignem accendere, & brevi majorem facere potes, spiritu inflammans. Ac lychni lumen extingues, cui non satis materiæ suppeditetur, quæ adverso flatui par esse possit. Neque enim ab altiùs acta radice productum fuerat. *Ana.* Hæc equidem, Solon, non planè intelligo. Argutiùs enim ista tibi dicta sunt, quàm ut assequi queam quæ accurata commentatione, & perspicaci mente indigent. Porrò id mihi dic omnino, quorsum non etiam in certaminibus Olympicis, & Isthmiacis, & Pythiacis, aliisque, quando multi, ut dicis, certaturos juvenes spectaturi conveniunt, in armis

πειῆδε τὴν ἅμιλλαν, ἀλλὰ γυμνὸς ἐς τὸ μέσον προφανέντες, λακτίζομένους, ⸗ πελεμίζοντες ἐπιδείκνυτε, ⸗ νικήσαντι, μῆλα, ⸗ κότινον δίδοτε. ἄξιον γὰρ εἰδέναι ⸗ τοῦτο. ἢ πῶς ἂν ποιήσαιτε. Σο. ἡ γνώμη γὰρ ἡ Ἀνάχαρσι, τὴν ἐς τὰ γυμνάσια προθυμίαν ἔντιμος ἂν πολλὰ ὠφελήσειε αὐτοὺς, εἰ τοὺς ἀρίστους ἐν τούτοις ἴδοιεν τιμωμένους, ⸗ ἀναγραπτομένους ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησι. ⸗ ἀφαιτοῦτο ὡς ἐς τούτους ἀποδυσόμενοι, δύξίας τε ἐπιμελοῦντες, ὡς μὴ αἰσχυνοίατο γυμνωθέντες, ⸗ ἀξιονικοτέρων ἕνεκεν αὐτὸν ἀπεργάζεται. ⸗ τὰ ἄθλα ὥσπερ ἐμάνθανεν εἶπον, ὀλίγα, ὁ ἔπαινος ὁ πρὸς τῶν θεατῶν, ⸗ τὸ ἐπισημότατον χρύσεον, ⸗ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, ἄριστον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὸν δοκοῦντα. τοιγάρτοι πολλοὶ τῶν θεατῶν, οἷς καθ' ἡλικίαν ἔτι ἡ ἄσκησις ἀπέσβηκε μετρίως ἐν τοῖς τοιούτοις, χρόνῳ, ⸗ πόνων ἐφαψάμενοι. ὡς εἰκὸς τις ἂν Ἀνάχαρσι, τὸ τῆς ἐλευθερίας ἔρωτα ἐνθάλπει ἐν ταῖς βίοις, τί ἂν ἔτι ἀγαθὸν ἡμῖν χρήσαιτο, ἢ τίς ἂν τὰ λαμπρότερα ἐργάσαιτο ἐπιθυμήσειε; νῦν δὲ ἀπὸ τούτων εἰκάζειν παρέχοιεν ἂν σοι, ὁποῖοι ἐν πολέμοις ὑπὲρ πατρίδος, ⸗ παίδων, ⸗ γυναικῶν, ⸗ ἱερῶν χρήσονται ἂν, ὅπλα ἔχοντες, οἱ κλίνας πέλας, ⸗ μήλων γυμνοὶ, τοσαύτην προθυμίαν ἐς τὸ νικᾶν εἰσφερόμενοι. καίτοι τί ἂν παίδοις, εἰ θεάσαιο ⸗ ὀρτύγων, ⸗ καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν,

mis certamen ineundum proponitis, sed nudos in medium productos, calcibus, & verberibus se mutuo cædentes ostenditis: & victoribus mala, & oleastrum datis. Æquum enim est me scire, cujus rei gratia id faciatis. *Sol.* Quoniam opinamur, Anacharsi, majorem ad exercitia alacritatem ita juvenum animis innasci, si eos qui re bene gesta excelluerint in iis, honorari viderint & in Græcorum medio præconis voce proclamari. Ideoque tanquam in eorum conspectu vestes deposituri, bonam habitudinem curant, ne denudati pudore afficiantur: & se quisque victoria dignissimum efficit. Ac præmia, ut antè dixi, exigua non sunt, nempe spectatorum laudatio, & clarissimum esse, & ostendi digito, eum qui sit virtute æqualium præstantissimus. Itaque multi ex spectatoribus, quorum ætati convenit exercitatio, hinc abeunt virtutis & laborum amore non mediocriter inflammati. Etenim, Anacharsi, siquis gloriæ amorem è vita expelleret, quid boni amplius nobis obveniret? aut quid præclari facere quisquam expeteret? Ex his nunc possis conjicere, quales in bello pro defensione patriæ, liberorum, uxorum, & sacrorum sint futuri, quum arma præ manibus habebunt, qui pro oleastro, & pomis tanta alacritate ad victoriam consequendam nudi feruntur. Ecquid sentires, si coturnicum: & [1] gallorum gallinaceorum certamina videres apud nos, qui-

1 *Gallorum gallinaceorum*] Plinius scribit Pergamis, omnibus annis spectaculum gallorum gallinaceorum certantium solenniter ac publicitus edi solitum, seu gladiatorum. Id & Athenis factitari cœptum est. Ælliano referente, à Themistocle superatis Persis. *Cogn.*

κὴ ασυδλὼ ἐπὶ τύτοις ὐ μικρὸν; ἢ γελάσῃ δηλονότι. κὴ μάλιστα ὧν μάθῃς ὡς τὸν νόμον αὐτὸ δρᾷ μόνον, κὴ ωροτίπτωσι πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι, κὴ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα ἀφ-πυκλοῦντα μέχρι ἢ ἐχάτης ἀπαγορεύσεως. ἀλλ ὐδὲ τύτο γελοῖον. τὸ δ ἐνεῖναι χάρ τι ἡρίκα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τὸς κινδύνους, ὡς μὴ ἀχρειοτέρους, κὴ ἀτολμοτέρους φαίνοιτο ἢ ἀλεκτρυόνων, μὴ ἢ ωθαπαγορεύοντα τὸν τραυμάτων, ἢ κομμάτων, ἢ τι ἄλλο δυχερὲς. τὸ ἢ δὴ ἐν ὅπλοις πειρᾶσθαι αὐτῶν, κὴ ὁρᾶν πτερωτοὺς μάχας, ἄπαγε. θηριώδες γὰ, κὴ δεινὸς σκαιὸν, κὴ ωροσῆν γε ἀλυσιτελὲς ἀποφαίνειν τὰς ὀρέξεις, κὴ οἷς ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο κ ἢ τὰ δυσμαῶν. ἐπὶ ἢ φησὶν ὦ Ἀνάχαρσι, ἐ τῶν ἄλλων Ἑλλάδα ἐπιλῦσθαι, μίμησιν ὧν ποτὲ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ κατγελάσῃς μὴ ἢ σκέψιον, μὴ ἢ οἴεσθαι μάτην πονεῖν αὐτὸς, ἀπόντων ἢ σφαίρας πέρι τὸ ἱππόδρομον συμπεσόντας, παίοντι ἀλλήλους, ἢ ἐς χωρίον ἐσελθόντας, ὕδατι περιχαμμένον, ἐς φάλαγγα ἀφεστάντας, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐρχάζοντας, γυμνοὶ ἐ αὐτοὶ, ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι ἢ ωθεσγραμμένου τὸ ἕτερον σώματος οἱ ἕτεροι. τὸς κ Λυκόργον, οἱ κατ' Ἡρακλέα. ἢ ἔμπαλιν σωθέντες ἐς τὸ ὕδωρ. τὸ γὰ λέγ τύτο. εἰρήνη λοιπὸν, κὴ ἡδὺς ἂν ἔπαισιε. μάλιστα ἢ ὧν ὁρᾶς μαστιγουμένους αὐτὸς ἐπὶ τῷ βωμῷ, κὴ ἀμαλὰ ῥεομένους, πατέρας ἢ, ἐ μητέρας παρεστώσας, οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ ἐ ἀπειλούσας, ὧν μὴ ἀντέχειν ωθὸς τὰς πληγὰς, κὴ ἐκτενούσας ἐπιμήκι-

quibus non mediocre ſtudium impertimus? Rideres videlicet: ac potiſſimùm, ſi intelligeres nos legis juſſu id facere; omnibuſque juvenibus, ut interſint, imperatum eſſe, quò videant aves uſque ad extremam animi defectionem pugnantes. At neque hoc eſt ridiculum. Subit enim ſenſim animos incitatio ad pericula, ne gallis ignaviores, minuſque audaces videantur, ne-ve vulnerati, aut feſſi, aut alia moleſtia affecti deficiant. Sed eos in armis experiri, & videre ſaucios, apage. Nam ferinum eſt illud, atque admodum crudele, præterea inutile præſtantiſſimos jugulare, quorum opera meliùs adverſus hoſtes uteremur. Quia verò ais, Anacharſi, te reliquam quoque Græciam eſſe peragraturum, memineris ſiquando Lacedæmonem veneris, ne illos quoque irrideas, ne-ve putes eos inutilibus laboribus vacare, quum pro pila in theatro congreſſi, ſe mutuò percutiunt: aut locum ingreſſi aqua circunſeptum, in phalangem diſtributi, hoſtiliter alii in alios ſe gerunt, nudi & ipſi, donec acies altera alteram circunſepto loco expulerit, videlicet Lycurgi milites Herculis ſocii: aut contrà in aquam compulerit. Nam exinde pax ſequitur, nec ullus amplius ferire auſit. Maximè verò ſi videas ipſos [1] flagris cædi ad aras, & ſanguine manare, patribus matribuſque præſentibus, non ut his quæ fiunt, affligantur, ſed ut mineantur, niſi verbera perferant, atque ut orent quàm diutiſſi-

1 *Flagris*] Ad Dianæ Orthiæ aram pueri Lacedemonii flagellabantur, ut patet apud Pauſan. in Lacon. Cic. 2. Tuſcul. Plut. in Lycurg. Tertul. in Apologet. *Cogn.*

1 *Ve-*

τὴν ἀφορίσιν τοῦς τ πόνοι, ἐ ἐγκρατῆσιν τοῖς δεινοῖς. πολλοὶ γὰν ἐ εὐσχήμονον τῷ ἀγῶνι, μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες ὑπ' ὀφθαλμοῖς τ οἰκείων, μὴ ἐ ἐξεῖναι τοῖς σώμασιν, ὧν ἐ τῆς ἀνδριάντας ὄψει πολλοὺς δημοσίᾳ, ὑπὸ τῆς Σπάρτης ἀνατεθέντας. ὅταν τοίνυν ὁρᾷς κἀκεῖνα, μήτε μαίνεσθαι ὑπολάβῃς αὐτοὺς, μήτε εἶπῃς, ὡς ἀδίκως ἕνεκα αἰτίας ἀνοσίους πλαισιωθῶσι, μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε πολεμίων διαθέοντων. εἶποι γὰ ἂν σοι ἐ ὑπὲρ ἐκείνων Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης αὐτῶν, πολλὰ τὰ εὔλογα, ἐ ἃ σωφρόνως κολάζῃ αὐτοὺς, οὐκ ἐχθρὸς ὤν, οὐδ' ὑπὸ φθόνου μίσος αὐτὸ ὁρῶν, οὐδὲ τῶν πολλῶν τ πόλεως εἵνεκ' ἀνηλίσκων, ἀλλὰ κρατεραιωθῆναι, ἢ παθεῖν δεινὰ κρείττονας ἀξίους εἶναι τοὺς σώζειν μέλλοντας τὴν πατρίδα. κρίνοι κἂν μὴ ὁ Λυκοῦργος εἶπε, σκοπεῖς εἰμὴ ἐ αὐτὸς, ὡς οὐκ ἂν ποτε λήθοις ὁ τοιοῦτος τὸ πολέμου, ἀποβρήξων τ ἐξέπιτοι τ Σπάρτης, αἰκιζομένων τ ἐχθρῶν. ἀλλὰ κολασθέντων αὐτῶν, μαστιγοῦτο ἂν, ἀμιλλώμενος τοῖς τ παίουσι, ὡς σωτῆρος ἀπαγορεύσειεν. *Ana.* ὁ Λυκοῦργος ἦ ἐ αὐτὸς ὦ Σόλων, ἐμαστιγοῦτο ἐφ' ἡλικίας, ἢ οὐκ ἀσθενὴς ὢν ἤδη ἔ ἀγῶνος, ἀσφαλῶς τε τοιαῦτα ἐνεαγωνίσασθαι; *Sol.* Σχεδὸν ἤδη ἦν, ἔχρωψε τοὺς νόμους αὐτοῖς, Κρήτην ἀφικόμενος. ἀποδεδημηκὼς ἦ δὲ τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἤκουσεν δικαιοτάτους εἶναι, Μίνω ἔ Διὸς νομοθετήσαντος αὐτοῖς. *Ana.* τί ὦν σὺ ἐ σὺ ὦ Σόλων, ἐμιμήσω Λυκοῦργον, καὶ μαστιγοῖς τοὺς νέους; καλὰ γὰ ταῦτα, καὶ ἄξια ὑμῶν ἐστιν.

tissimè labori tolerando sufficiant, & dolorem æquo animo ferant. Quare multi in certamine mortui sunt, indecorum rati ob oculos necessariorum animum despondere dum vivunt, aut corporibus cedere: quos etiam statuis publicè à Spartanis cohonestatos videbis. Quum ergo hæc intueberis, ipsos nec putes nec dicas furere, quia nulla necessaria de causa malis conflictantur, neque opprimente tyranno, neque imminentibus hostibus. Diceret enim tibi Lycurgus pro horum quæ ipse legibus præscripsit, defensione, multa rationi consentanea, quibus causis impulsus eos verberibus affligat, quanquam non est inimicus, neque id per invidiam facit, neque civitatis juventutem temerè consumit: sed optat fortissimos, omnique malo potiores esse eos qui patriam sunt defensuri. Etsi verò nihil dixerit Lycurgus, ipse tamen animadvertis, hominem hujusmodi, qui in bello fuerit captus, nunquam Sparta indignum quicquam dicturum quum ab hostibus cædetur flagris: sed ipsos dum cædetur, irrisurum, certando cum cædente: qui prior animo deficiat. *Ana.* Num Lycurgus quoque, Solon, in juventute loris cædebatur? an verò jam intempestiva ad hoc certamen ætate, tutò & confidenter talia commentus est? *Sol.* Cùm jam esset provectæ ætatis, leges ipsis condidit è Creta reversus, cùm apud Cretenses hospes vixisset, quoniam ipsos, quibus leges tulisset Minos, optimis legibus instructos audiverat. *Ana.* Cur ergo non etiam tu, Solon, imitatus es Lycurgum, juvenesque flagris cædis? Nam hæc instituta sunt pulchra, vobisque digna.

Σο. ὅτι ἡμῖν ἱκανὰ ὦ Ἀνάχαρσι, ταῦτα τὰ γυμνάσια, οἰκεῖα ὄντα ζηλᾶν ἢ τὰ ξενικά, ἃ πάνυ ἀξιῶμεν. Ανα. ἔγκ. ἀλλὰ σωφρὸς οἶμαι οἷόν τι ἐστὶ μαστιγᾶσθαι γυμνὸν, ἀνωφελὲς χαίρας ἐπαίρεσθαι, μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου, ἢ αὐτῷ ἐκείνῳ, ἢ κοινῇ τῇ πόλει. ὡς ἔγωγε καὶ ποτὲ ἐπιδημήσω τῇ Σπάρτῃ, κρεῖττον ἂν ποιοίην ταῦτα δρῶσι, δοκῶ μοι τάχιστα καταγελασθήσεσθαι δημοσίᾳ πρὸς αὐτῶν, ἐπιμαλῶν ἐκείνους, ὁπόσους ὁρᾷ τυπτομένους κρηπῖδος κλέπτας, ἢ λωποδύτας, ἢ τί ἄλλο τοιοῦτον ἐργαζομένους. ἀτεχνῶς γὰρ ἐλλεβόρου δεῖσθαί μοι δοκεῖ ἡ πόλις αὐτῶν, ὅτου καταγέλαστα ὑφ' ἑαυτῆς πάσχοι. Σο. μὴ ἐρήμου ὦ ξύνεσσε, μὴ ἢ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων, μόνον αὐτὸς λέγων, οἷα κρατεῖν. ἔσῃ γάρ τις ὁ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων σοι πρὸς εἰκὸς ἀντερῶν ὦ Σπάρτη. πλὴν ἀλλ' ἐπίσχες ἐγὼ τὰ ἡμέτερά σοι διεξελήλυθα, σὺ δ' πάνυ προσκόμμων ὦ τούτοις ἔοικας, ὅσα ἄδικα αἰτῆσαι ἔοικε φαίνεσθαι, ὡς δ' αὐτὸς ὦ τῶν μέρος διεξέλθῃς ἐμοί, ὃν τρόπον ὑμεῖς οἱ Σκύθαι ἀσκεῖτε τοὺς νέους τοὺς παρ' ὑμῖν, καὶ οἵοισι γυμνασίοις ἀναστρέφεται, καὶ ὅπως ὑμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται. Ανα. δικαιότατόν μ' ἦν ὦ Σόλων. καὶ ἔγωγε διηγήσομαι τὰ Σκυθῶν νόμιμα, ἃ σεμνὰ ἴσως, οὐδὲ καθ' ὑμᾶς, οἷα οὐδὲ κῆρρης παίσχθηναι τολμήσειεν ἂν μίαν πληγήν. δεινοὶ γάρ ἐσμεν. ἀλλὰ εὐσήσεταί γε ἀποῖα ἂν εἴη. ἐς αὖριον μέντοι εἰ δοκεῖ, ὑστεροβαλούμεθα τῶν σωφρονίσεων, ὡς ἄ, τε αὐτὸς ἔφης, ἴσ μᾶλλον ἐννοήσαιμι καθ' ἡσυχίαν, ἄ, τε χρὴ εἰπεῖν, σωναρμόσαιμι τῇ μνήμῃ ἐπελθών. τὸ γοῦν ἔχον, ἀπίωμεν ἐπὶ τούτοις. ἑσπέρα γὰρ ἤδη.

Sol. Quoniam nobis Anacharsi, sufficere videntur hæc gymnasia, quæ sunt domestica: neque æquum admodum sentimus æmulari peregrina. *Ana.* Nequaquam: sed intelligis opinor quidnam sit nudum flagris cædi, manus sursum attollentem, nullius aut privatæ, aut publicæ utilitatis causa. Itaque siquando Spartam venero, quo tempore ista factitant, existimo me ab ipsis publicè lapidibus obrutum iri, quòd irridebo singulos, quos videbo verberari tanquam fures, aut grassatores, alius-ve facinoris reos. Nam certè helleboro mihi videtur indigere eorum civitas, quæ in se ipsam res agit adeò ridiculas. *Sol.* Ne indicta causa, ô generose, neque viris absentibus, te quum solus dices, superaturum putes. Neque enim deerit, qui pro illis verisimilia Spartæ respondeat. Verum enimvero siquidem ego tibi nostra recensui, quæ tibi non admodum placuisse videntur: videor mihi non iniqua postulaturus à te, ut vicissim mihi narres, quo pacto vos Scythæ vestros juvenes exerceatis, quibus gymnasiis educetis, & quomodo viri fortes evadant. *Ana.* Æquissima sunt, ô Solon, quæ postulas. Atque ego Scytharum instituta narrabo, fortè non admodum gravia, nec quæ vestris respondeant. Nos enim ne in maxillam quidem alicui plagam illidere auderemus, meticulosi cùm simus. Verùm qualiacunque sunt ego dicam. Quanquam si videtur, ea de re colloquium in crastinum differemus: ut & quæ dixisti quietiùs apud me revolvam: & quæ sunt dicenda, memoria percurrens colligam. In præsentia verò his dictis abeamus. Iam enim advesperascit.

DE

ΠΕΡΙ ΠΕΝΘΟΥΣ. | DE LVCTV.

ARGVMENTVM.

Sub prosopopœa patris filium lugentis, & filii ad illius querelas respondentis, reprehendit earum rerum vanitatem, quæ à superstitibus in sui solatium fiunt pro defunctis: quales sunt curiosa sepultura, lamentationes, inferia, ludi funebres, & cœna exequiales. Quarum rerum nulla sensus ipsorum pertingit.

Ἄξιόν γε θεωρῆσαι τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, καὶ λεγόμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν περιμυθημένων δῆλον αὐτὰς αὖθις λεγόμενα, καὶ ὡς ἀφόρητα ἡγοῦνται τὰ συμβαίνοντα σφίσι τε αὐτοῖς οἱ ὀδυρόμενοι, καὶ ἐκείνοις, ὡς ὀδυρωνται, ἢ μὴ τὸν Πλούτωνα, καὶ Περσιφόνην κατ' ἀδὴν ἐπιστάμενοι σαφῶς, ὅτ' εἰ ποτηρὸν τοῦτο, καὶ λύπης ἄξια, ὅτι εἰ τἀναντίον ἤδη, καὶ βελτίω τοῖς παθοῦσι, νόμῳ γ', καὶ συνηθείᾳ τῇ λύπῃ ἐπιτρέποντες. ἐπιδὴν τοίνυν ἀποθάνῃ τις, ὅτῳ ποιοῦσι. μᾶλλον γὰρ ἐστὶν εἰπεῖν βάλλομαί σοι ἅττα περὶ αὐτῶν ἢ γνώτε δόξας ἔχουσιν. ὅτῳ γὰρ ἔστω φανερὸν, ὅτι οὐκ ἐκεῖνα ἐπιτηδεύουσιν. ὁ μὲν δὴ πολὺς ὄμιλος, ὡς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσιν, Ὁμήρῳ τε καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μυθοποιοῖς ὁμοίως πιστεύοντες, καὶ νόμον ἡγούμενοι, τὴν ποίησιν αὐτῶν, τόπον τινὰ ὑπὸ τῇ γῇ βαθὺν, ἀΐδιον ὑπειλήφασι. μέγαν

Operæ pretium sanè fuerit observare ea, quæ in luctu vulgo cùm dicuntur, tum fiunt. Item quæ dicuntur ab iis qui eos consolantur: & ut non ferenda putant lugentes ea quæ sibi ipsis acciderunt, & iis quos flent. Cùm haud quaquam per Plutonem & Proserpinam pernoverint mala-ne sint ista, & dolenda, an contrà jucundiora, melioraque iis quibus accidunt. Sed ex more & consuetudine dolorem accersunt. Itaque cùm mortuus fuerit aliquis, ad hunc modum faciunt. Quin potiùs volo tibi narrare, quas de morte opiniones habeant. Sic enim palam fiet quorsum supervacanea illa moliantur. Hominum quidem multitudo, quos sapientes isti [1]vocant idiotas, [2]Homero, Hesiodo, reliquisque fabularum authoribus, super his fidem habentes, & illorum poësim pro lege ducentes, locum quendam sub terra profundum esse putant, quem [3]Tartarum vocant. Eum existi-

1 *Vocant Idiotas*] Ἰδιώτης ὁ ἀπολίτευτος, καὶ ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀγεώμετρος. leg. Cic. 7. Verr. *Cogn.*

2 *Homero*] De Homero fabularum patre vide Menippi & Æaci dialogum. *Idem.*

3 *Tartarum*] Tartarus Hesiodo is locus est in quo Saturnus & ejus comites continen-

ὄ, καὶ πολύχωρον τοῦτον εἶναι, καὶ ζοφερὸν, καὶ ἀηλιον, ὥστε οἶδ' ὅπως αὐτοῖς φαίζεσθαι δοκεῖν τὰ ὄμματα πρὸς τὸ ἐκ ἡμέρας τὰ ἐνόντων ἔκφυσιν. βασιλεύειν δ' ὃ χάσματος ἀδελφὸν ὃ Διὸς, Πλούτωνα κεκλημένον, ὡς μοι τῶν τὰ τοιαῦτα θεσπιῳδούντων τις ἔλεγε, διὰ τὸ πλουτεῖν τοὺς νεκροὺς τῇ ταφῇ πεμπόμενον. τοῦτον δὴ τὸν Πλούτωνα, τὸν παρ' αὐτοῖς πολιτικὸν, καὶ τὰ ἡμέτερα βίον ἡμιασμένον τὰ τοιοῦτον. κεκληρῶσθαι μὲν γὰρ αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἀποθανόντων. καθεδεσμένον δ' αὐτὸν, καὶ πέλαι δεσμοῖς ἀφύκτοις, ἡδὺν τὸ παρείπαν τὰ ἀνόδου ὑφιέμενον, πλὴν ἐξ ἅπαντος ὃ αἰῶνος πάνυ ὀλίγων ἐπὶ μεγίστοις αἰτίαις. ἀπαρρεῖσθαι δὲ τὸν χώρον αὐτῶν πολλοῖς μεγάλοις τε, καὶ φοβεροῖς, καὶ οὐ μόνον τὰ ὀνόματα. Κωκυτοὶ γάρ, καὶ Πυριφλεγέθοντες, καὶ τὰ τοιαῦτα κέκληνται. τὸ δὲ μέγιστον, ἡ Ἀχερουσία λίμνη πρόκειται, ἣν οὐκ ἔστι διαπλεῦσαι, ἢ περιελθεῖν, ἄνευ ὃ πορθμέως. βαθεῖά τε γὰρ περίσσως τοῖς ποσὶ, καὶ διαβῆναι πολλή. καὶ ὅλως, οὐκ ἂν αὐτὸν διαπλαίη ὄ τε νεκρὸς τὰ ὀρνίθων. ὥστε ὃ αὐτὴ τῇ καθόδῳ, καὶ πύλη, οὔσῃ ἀδαμαντίνῃ, ἀδελφιδοῦς ὃ βασιλέως

exiſtimant magnum & ſpatioſum eſſe, atque opacum & caligionoſum: qui tamen iſtis illuſtrari neſcio quomodo videtur, quò ſingula quæ illic ſunt, introſpiciant. Tum regnare in hoc ſpecu Iovis fratrem, cui nomen Plutoni, ut mihi retulit, quidam harum rerum peritus, eò quòd mortuorum copia ſit dives, hoc nomine cohoneſtatum. Porrò Plutonem hunc inferorum remp. & manium vitam hunc in modum conſtituiſſe. Nam ſorte obtigiſſe huic, ut vita defunctis imperaret. Quos ubi receperit, & aſſumpſerit, vinculis inenodabilibus coërcet, nulli prorſus permittens ut ad ſuperos redeat, præterquam admodum paucis ex univerſo ævo, idque graviſſimis de cauſis. Circumluitur autem regio illius, fluviis & magnis, & horrendis, vel ſolo nomine: ſiquidem [1] Cocyti, Pyriphlegethontes, atque hujuſmodi vocabulis appellantur. Quòdque eſt graviſſimum, præjacet [2] Acherontica palus, quæ prima excipit obvios, quam non poſſis tranſmittere, neque tranſire ſine vectore. Nam & profundior eſt quàm ut pedibus tranſiri poſſit, & ſpatioſior, quam ut tranari queat. In ſumma hujuſmodi eſt, ut nec avium manes poſſint eam tranſvolare. In ipſo deſcenſu, portaque quæ eſt adamantina, Æa-

tinentur: ſæpè tamen pro loco inferorum capitur. Sed eum eſſe aërem ſub utroque cardine craſſum, perpetuo frigidum, Crates ſcribit. De inferis & Campis Elyſiis ſcriptit accuratè Virg. ex Gobria Mago. apud Academicum Xenocratem. Sed an inferi ſint, & de inferorum pœnis Cœl. lib. 6. c. 9. Dicitur autem Tartarus à ταρασσω vel à ταρταζειν. *Cogn.*

1 *Cocyti*] Κωκυτὸς à luctu & ejulatu nominatur; lacus autem eſt inferorum, qui ex ſententia Homeri Odyſſ. κ. ex Styge manat, de quo Senec. Hercul. fur. & Virg. 6. Æn. *Idem.*

2 *Acherontica*] Inferorum fluvius à nomine Acheron, carminibus poëtarum celebris, quaſi ſine gaudio, Virg. 2. Georg. & 6. Æneid. *Idem.*

Αἰακός ἐστι, τῷ φρουρὸν ἐπιτετραμμένῳ. καὶ παρ' αὐτῷ, κύων τερατῶδες, μέγα καὶ κρυχαρόν, τοὺς μὲν ἀφικνουμένους, φίλιόν τι, καὶ εἰρηνικὸν σφόδρα λέπων. τοὺς δὲ πειρωμένους ἀποδιδράσκειν, ὑλακτῶν, καὶ τῷ χάσματι διδιττόμενον. πέφυκε δὲ τὸν λίμνιον ἐς τὸ εἶσω, λειμῶν ὑπερδέχεται μέγας, τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτος, καὶ ποτὸν, μνήμης πολέμιον. λήθης γὰρ λέγεται ὀνόμασιν. ταῦτα γὰρ ἁμιλᾶ διηγήσασθαι τοῖς πάλαι, ἐπειδὴ ἀφίκοντο, Ἄλκηστίν τε, καὶ Πρωτεσίλαον οἱ Θετταλοὶ, καὶ Θησέα ὁ Αἰγέως, καὶ ὁ Ὁμήρου Ὀδυσσεύς, μάλα σεμνοὶ, καὶ ἀξιόπιστοι μάρτυρες, ἐμοὶ δοκεῖν, ὅ πίστις ἐκ πηγῆς. ὅ γὰρ ἂν ἐμέρισθε αὐτῶν. ὁ μὲν Πλούτων, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασαν, καὶ ἡ Περσεφόνη, δυνασεύουσι, καὶ τῷ τε ὅλων διακοσμίαν ἔχουσιν. ὑπηρετοῦσι δ' αὐτοῖς, καὶ τῷ ὄχλῳ συνδιακρατοῦσιν, ὄχλος πολὺς, ἐρινύες τε, καὶ ποιναὶ, καὶ φόβοι, καὶ ὁ Ἑρμῆς. ἔστι μέντοι καὶ αἰεὶ συμπαρών. ὑπάρχει δὲ, ἑ σατράπαι, ἑ δικασταὶ, καθήμενοι δύο, Μίνως τε, ἑ Ῥαδάμανθυς, Κρῆτες ὄντες, καὶ υἱοὶ τοῦ Διός. ἔστι δὲ, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, καὶ δικαίους ἑκατέρωθι βεβιωκότας, ἐπεσδὺν συναλισθῶσι πολλοὶ, καθάπερ εἰς ἀποικίαν τινὰ, πέμπουσιν ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, τὸν ἄριστον βίῳ σωισ-

[1] Æacus est, regis patruelis, cui mandata est custodia: juxtaque ipsum [2] canis triceps, sævus admodum qui advenientes amicè, pacateque intuetur: sed siquis aufugere conetur, allatrat, territosque in specum redigit. Iam eos qui transmissa palude sunt ingressi, pratum amplum excipit, [3] asphodelo consitum: atque infensus memoriæ fluvius, ideoque [4] Lethes nomen ei inditum. Nam hæc priscis illis mortalibus narrarunt, qui illinc redierant: nempe Alcestis, & Protesilaus Thessali, & Theseus Ægeo prognatus, & Homericus Vlysses, graves admodum, & fide digni testes, qui ex fonte illo mihi videntur non bibisse, alioqui eorum non meminissent, Itaque Pluto, & Proserpina, ut aiebant illi, remp. administrant, rerumque omnium dominatum obtinent. Quibus inserviunt, & in administrando principatu adjuvant, ingens turba, furiæ, pœnæ, terrores, ac Mercurius, quanquam his sanè non adest perpetuò. Præfecti autem, & Satrapæ, judicesque sedent duo, Minos, & Rhadamanthus, uterque Cretensis, uterque Iovis filius. Atque hi quidem bonos ac justos viros, qui cum virtute vitam exegerunt, ubi jam multi collecti fuerint, velut in coloniam quandam emittunt in Elysium campum vitam optimam ibi vi-

1 *Æacus*] Tres sunt inferorum judices, de quib. Virg. 6. Æn. Ovid. in Ibin. Iovis filii fuere, Æacus ex Ægina Asopi filia, Minos & Rhadamantus ex Europa, uterque Cretensis, hic Lyciæ rex, ille Cretæ. *Ogn.*

2 *Canis triceps*] Cerberus à poëtis fingitur esse canis triceps inferorum custos. *Idem.*

3 *Asphodelo*] Asphodeli mentionem & Homerus fecit, tradiditque manes eo vesci. Hesiod. lib. 1. oper. *Idem.*

4 *Lethes*] Lethæi amnis à Ptolemæo & aliis fit mentio, dicitur ἀπὸ τῆς λήθης ab oblivione. *Idem.*

5 *Lo-*

μένους. ἂν δέ τινας τῶν πονηρῶν λάβωσι, ταῖς ἐρινύσι παραδόντες, εἰς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἐκπέμπουσι, καὶ λόγον τῶν ἀδικίας κολασθησομένων. ἔνθα δὴ καὶ τῶν κακῶν ὁ πάσχουσι, τρεβλιζόμενοί τε, καὶ κατορυττόμενοι, καὶ ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενοι, καὶ τροχοῖ συμφερόμενοι, καὶ λίθους ἀνακυλίοντες, ὁ μὲν δὴ Τάνταλος, ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸς ἕστηκε, κινδυνεύων ὑπὸ δίψους ὁ κακοδαίμων ἀποθανεῖν. οἱ δὲ μέσοι βίοι πολλοί ὄντες οὗτοι, ἐν τῷ λειμῶνι πλανῶνται ἄσωμα σκιὰν σωμάτων σκιαὶ γιγνόμενοι, καὶ ὑπὸ τῇ ἀφῇ καθάπερ καπνὸς ἀφανιζόμενοι. τρέφονται δὲ ἄρα ταῖς παρ' ἡμῶν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῷ πάφῳ. ὡς ἔστιν μὴ εἶναι καταλελειμένον ὑπὲρ γῆς φίλον, ἢ συγγενής, ἄσπερ ἔστιν νεκρός, καὶ λιμάττειν, ἐν αὐτοῖς πολιτεύεται. ταῦτα ὅπως ἰσχυρᾶς περιελήλυθε τὰς πολλάς, ὥστε ἔπιδάν τις ἀποθάνῃ τῶν οἰκείων, πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν, εἰς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας χρησόμενοι, ὁ πότερον ἐξετάσαντες ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ διαχρηται παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δυνατὸν παρ' ἑκείνοις ἀττικὸς, ἢ μακεδονικὸς, ἢ αἰγιναῖος ὀβολὸς, εἰδὼς ὅτι πολὺ κάλλιον ἦν μὴ ἔχειν τὸν πορθμέα καταβαλεῖν. ἔπειτα γὰρ ἂν, ὁ παραδεξάμενος τὸν πορθμέως, ἀναπέμπει πάλιν εἰς τὸν βίον ἀφικνεῖσθαι. μετὰ ταῦτα, λύσαντες αὐτὰς, ὡς οὐκ ἱκανῆς τῆς κάτω λίμνης λιτρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραιοτάτοις ἄνθεσι, περιβάντες, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῶσιν δηλονότι

victuros. Quòd si malos aliquos ceperint, hos furiis traditos, *in* impiorum locum ejiciunt, pro ratione malefactorum puniendos. Quo in loco quid tandem mali non patiuntur? torti, exusti, à vulturibus arrosi, rota circumacti, saxa sursum volventes. Nam Tantalus in ipsa palude stat, in periculum adductus; ne siti moriatur infelix. Alii verò mediæ vitæ, qui sunt complures, vagantur in prato sine corporibus, tacti umbræ, & ad tactum ceu fumus evanescentes. Aluntur autem nostris libationibus, inferiisque, quæ sepulchris inferuntur. Adeò ut sicui nullus sit in terra reliquus amicus, aut cognatus, hic mortuus jejunus ac famelicus inter illos versetur. Hæc adeò validè vulgi animos pervaserunt, ut simulatque familiaris quispiam mortuus fuerit, primùm obolum illi in os indant, ut sit portitori, trajectionis merces, nec illud priùs expendant, cujusmodi numisma legitimum sit, ambuletque apud inferos, & apud illos valeat, Atticus-ne, an Macedonicus, & Æginensis obolus, neque multò satiùs esse non posse naulum solvere: cùm sic futurum sit, ut non recipiente portitore, postlimino redeant in vitam. Post hæc lotos[1] eos, ac si tartarea palus non satis sit idonea lavandis iis, qui ibi degunt, optimisque unguentis uncto corpore, quod jam fœtore vincitur, tum coronatos pulcherrimis floribus, proponunt splendide vestitos, ne videlicet per

1 *Lotos*] Lavabant Ethnici olim sepulturæ danda corpora, Eurip. in Hecub. ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς παισὶ τοῖς λέπω. Cogn.

παρὰ τὴν ὁδόν, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ. οἰμωγαὶ δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ παρὰ πάντων, δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ σπαραττομένη κόμη, καὶ φοινισσόμεναι παρειαί. καί που καὶ ἐσθὴς καταρρήγνυται, καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται. καὶ οἱ ζῶντες, οἰκτρότεροι τοῦ νεκροῦ. οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ καλινδοῦνται πολλάκις, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι πρὸς τὸ ἔδαφος. ὁ δέ, εὐσχήμων, καὶ καλός, καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐστεφανωμένος, ὑψηλὸς πρόκειται, καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμημένος. εἶθ' ἡ μήτηρ, καὶ νὴ Δί' ὁ πατήρ, ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθών, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ, προκείσθω γάρ τις νέος, καὶ καλός, ἵνα καὶ ἀκμαιότερον ἐπ' αὐτῷ τὸ δρᾶμα ᾖ, φωνὰς ἀλλοκότους, καὶ ματαίας ἀφίησι. πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίναιτ' ἄν, [1] εἰ λάβοι φωνήν. φησὶ γὰρ ὁ πατήρ, γοερόν τι φθεγγόμενος, καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, τέκνον ἥδιστον, οἴχῃ μοι, καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης, μόνον ἐμὲ τὸν ἄθλιον καταλιπών, οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών. οὐ κωμάσῃ πάλιν, οὐδ' ἐρασθήσῃ τέκνον, οὐδ' ἐν συμποσίῳ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ. ταῦτα δέ, καὶ τὰ τοιαῦτα φησί, οἰόμενος τὸν υἱὸν δεῖσθαι μὲν ἔτι τούτων, καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ μετὰ τὴν τελευτήν, οὐ δύνασθαι δὲ μετέχειν αὐτῶν. καίτοι τί ταῦτα φημί; πόσοι γὰρ καὶ ἵππους, καὶ παλλακίδας, οἱ δέ, καὶ οἰνοχόους ἐπικατέσφαξαν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον συγκα-

per viam algeant, ne-ve à Cerbero nudi conspiciantur. Accedunt ad hæc mulierum ejulatus, omniumque lachrymæ, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio. Alii vestem discerpunt, & pulverem capiti inspergunt, adeò ut viventes, sint mortuo miserabilores. Nam illi sæpenumero humi volutantur, capita solo allidunt: hic verò decorus ac formosus, & eximiè coronatus, sublimis propositus est, & excelsus, velut ad pompam adornatus. Deinde mater, atque adeò pater, ex mediis cognatis progressus, & mortuo circunfusus (nam finge juvenem aliquem, ac formosum esse propositum, quò magis in hunc competat actio fabulæ) absurdas ac stultas voces emittit: ad quas responderet mortuus, si vocem reciperet. Ait enim pater, flebili quadam voce verbum unumquodque in longum producens, fili jucundissime, periisti mihi, mortuus es, & ante diem præreptus, misero me relicto solo. Non duxisti uxorem, non genuisti liberos, non militasti, non coluisti agros, ad senectam non pervenisti. Non comessaberis posthac, non amabis fili, neque cum æqualibus in compotatione inebriaberis. Hæc atque id genus alia dicit, ratus filium rebus his etiam post obitum egere, ac desiderare quidem, verùm potiri non posse. Sed quid hæc loquor? Quot enim sunt, qui equos ac concubinas, quique pincernas in funere mactarunt, qui vestem reliquumque mundum concremarunt.

1 Εἰ λάβοι φωνήν] Suspensa oratio usque in paginam sequentem ubi ait εἶπεν δ' ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς. Marcil.

Καί

τέφλεξαν, ἢ συγκατώρυξαν, ὡς χρησομένοις ἐκεῖ, καὶ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κάτω; ὁ δ' ἂν πρεσβύτης ὁ πενθῶν, ὁπόσα πάντα ταῦτα ὁπόσα εἴρηκε, καὶ ἔτι τούτων πλείονα, οὐ τοῦ παιδὸς ἕνεκα τραγῳδεῖν ἔοικεν, οἶδε γὰρ οὐκ ἀκουσόμενον, οὐδ' ἂν μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ Στέντορος, οὔτε μὴν αὐτοῦ. φρονεῖν γὰρ οὕτω, καὶ γιγνώσκειν ἱκανὸν ἦν καὶ ἄνευ τῆς βοῆς. οὐδεὶς γὰρ δὴ πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοῆς. λοιπὸν οὖν ἐστιν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, οὔθ' ὅτι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα, οὔθ' ὅποι κεχώρηκε. μᾶλλον δὲ οὔτε τὸν βίον αὐτοῦ ἐξετάσαντα ὁποῖός ἐστι. οὐ γὰρ ἂν τὴν ἐξ αὐτοῦ μετάστασιν ὥς τι τῶν δεινῶν ἐδυσχέραινεν. εἴποι δ' ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, παραιτησάμενος τὸν Αἰακὸν, καὶ τὸν Ἀϊδωνέα πρὸς ὀλίγον τοῦ στομίου ὑπερκύψαι, καὶ τὸν πατέρα παῦσαι ματαιάζοντα, ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι παρέχεις πράγματα; παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην, καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ ἐπιπολῆς ἀμύσσων. τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς, καὶ δύσμορον, πολύ σου βελτίω, καὶ μακαριώτερον γεγενημένον; ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; ἢ διότι μὴ τοιουτοσὶ γέρων ἐγενόμην, οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλὴν, τὴν δὲ ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, κυφὸς, καὶ τὰ γόνατα νωθὴς, καὶ ὅλως, ὑπὸ τοῦ χρόνου σαθρὸς, πολλὰς τριακάδας, καὶ ὀλυμπιάδας ἀναπλήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, παραπαίων ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων; ὦ μάταιε, τί σοι χρηστὸν εἶναι δοκεῖ περὶ τὸν βίον, οὗ μηκέτι μεθέξομεν; ἢ τοὺς πότους ἐρεῖς δηλονότι, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἐσθῆτα, καὶ ἀφροδίσια, καὶ δέδιας μὴ τούτων ἐνδεὴς γενόμενος, ἀπόλωμαι; οὐκ ἐννοεῖς δὲ ὅτι τὸ μὴ διψῆν, πολὺ κάλλιον τοῦ πιεῖν, καὶ τὸ μὴ πεινῆν, τοῦ φα-

runt, aut cum cadavere sepelierunt, perinde quasi iis illic sint usuri, & apud inferos fruituri? At senex iste luctum agens, hæc omnia quæ dixit, atque his etiam plura, neque filii causa tragicè jactare videtur, ut quem sciat non auditurum, etiamsi Stentorem clamore vincat: neque rursum sua ipsius gratia, ut cui satis erat cogitare, & cognoscere, etiam sine clamore. Nemini enim opus est, ut apud sese clamet. Superest igitur, ut hæc nugetur ob eos qui adsunt: cùm nesciat, neque quid filio acciderit, neque quò concesserit: imò cùm neque sua ipsius vita, cujusmodi sit, perpenderit. Neque enim ceu rem acerbam graviter ferret, illum ex ea demigrasse. Filius igitur ita huic responderit, exorato Æaco, & Plutone, quò liceat tantisper è specu proferre caput, & patrem insanientem compescere. Homo infœlix, quid clamas? quid mihi molestus es? desine vellicare comam, & vultus lacerare cutem. Cur mihi convitium facis, & miserum appellas, & infortunatum, qui jam sim te multò tum melior, tum fœlicior? aut quid acerbi mihi putas accidisse, An quia non sum factus senex, qualis tu, capite calvo, facie rugosa, incurvus, genibus segnis, in summa totus ætate putris, multis expletis Triacadibus, & Olympiadibus: denique & istud, apud testes tam multos delirans? O demens, quid tibi videtur in vita boni, quo non posthac simus fruituri? nimirum potationes, cœnas, vestem, venerea, eoque metuis ne horum penuria peream? Non intelligis, longe bellius esse, non sitire, quàm bibere? non esurire, quàm

sed famuli duntaxat, si te exuant, quid putas non ilico fore manifesta, quæ tu noctu perpetras nefanda? Hoc quoque mihi respondè: si vester ille sophista Battus, & tibicen Batalus, aut cinædus Hemitheon Sybaritha, qui vobis præclaras illas leges condidit, libidine esse insaniendum, corpus depilandum, hæc ferenda, illa facienda, siquis istorum nunc pelle leonina circundatus, clavam tenens ambularet, quid? Herculem-ne spectantibus habitum iri putas? Non, tametsi ollis cæcutiant. Sexcenta enim sunt quæ reclamant: incessus, obtutus, vox, obliqua cervix, ceruſa, mastiche, fucus, quibus vos excolere soletis. Et omnino sicut in proverbio est, Citiùs septem elephantas sub alis absconderis, quàm unum cinædum. Iam cùm leonina pellis hunc non occulat, tu libello contectus speras latere posse? Sed fieri nequit, quin te prodant alia illa vestri indicia. In summa, ignorare te video quòd bonæ famæ spes non est à librorum institoribus petenda: sed à se ipso, & à quotidianæ vitæ modo capienda. Sed tu existimas advocatos & testes probitatis tibi fore Atticum illum, & Callinum librorum scriptores. Ne putes: sed sævos homines qui te perdent, si Dii velint, atque ad extremam paupertatem adigent: quem jam oportuisset ad sanam mentem reversum, cuipiam docto viro horum librorum feciſſe copiam, & simul hac domo nova cessisse: iis etiam apud quos mancipia prostant,

1 Μυελαγὲς] Sic in dial. calum. non tem. cred. Sic apud Aristen. Epist. 19. lib. 2. *Bentl.*

γὴν ἀπὸ πολλῶν τῶν ὀφειλομένων. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνα σοὶ δύο ταῦτα δεινῶς ἐπῳδάσασ, βιβλίων τε τῶν πολυτελῶν κτῆσιν, καὶ μειρακίων τῶν ἐξόρων, καὶ ἤδη κομιτῶν, οἶμαι. καὶ τὸ πρᾶγμά σοι πάνυ ἀπῳδάζεται, καὶ ῥᾳδίως. ἀδυνάτου δ' πένητα ὄντα, πλοῦτον ἀμφω λαμβάνειν. σκόπει τοίνυν ὡς ἱερὸν χρῆμα συμβουλή. [1] ἀξιῶ γάρ σε ἀφιέμενον τῶν μηδὲν προσηκόντων, τοῦ ἐτέρων νόσου θεραπεύειν, καὶ τοὺς ὑπηρέτας οἰκείους, [2] ὧν ἢ δ' ὅμως μὴ ἐπιλειπόντων σε τῶν οἰκοθεν, μειρακύλλιόν τινας τῶν ἐλευθέρων, οἷς ὑδὲ ἀκίνδυνον ἀπολαθεῖν, ἵν' μὴ λάθωσιν ἅπαντα ἐξαγορεύσαντα τὰ πραχθέντα ὑμῖν μὴ τῶν πόνων, οἷα ἐν πρώην αἴσχιστα σοὶ σῦ διηγεῖτο ἐξελθὼν ὁ πάρων, [3] ἔτι δὲ δείγματα ἐπιδεικνύς. ἀλλ' ἔγωγε μάρτυρας ἂν παλαιόμην τοὺς τότε παρόντας, ὡς ἠναισχύντησε, καὶ ὀλίγου πληγὰς ἐνέτρεψα αὐτῷ, καλεπαίνων ταῦτ' σοῦ. καὶ μάλιστ' ὅτε ἐν ἄλλοις ἐπεκαλέσατο μάρτυρα τῶν ἐμῶν, καὶ ἄλλον, [4] ταῦτα δὲ λήθοις διηγεμένους. ταῦτ' δὴ ταῦτα ἔχε, πεισθεὶς τἀργύριον, καὶ φύλαττε, ὡς οἶκοι, καὶ καλῶ πολλὰ ἀσφάλειαν ταῦτα ποιεῖν δ' πάσχειν ἔχοις. ὥστε μὰ γὰρ μηκέτ' ἐρᾴζειν, τίς ἂν μεταπείσειέ σε; ἢ δὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτ' ἂν,

stant, partem saltem multorum debitorum reddidisse. Etenim his duobus præcipuè dedisti operam, ut caros libros possideres, & adolescentes validos ac robustos mercareris. Atque hæc omni studio aucuparis: quanquam fieri non potest, ut qui pauper est, utrique præstando par sit. Proinde considera quam sit res sacra consilium. Æquum enim judico, ut missis iis quæ nihil ad te pertinent, alterum morbum cures: & pro ministris illis, sic tamen ut ne emptione res domesticæ deficiant, ingenuos aliquos adhibeas, quibus neque tutum sit, si abs te digrediantur, nisi hoc pretio redimas, ut omnia proferant, quæ vos inter comessandum designatis. Qualia nuper pusio tuus obscœnissima de te mane domo digressus narrabat, etiam signa ostendens sceleris. Ego verò testes facio, quotquot tum aderant, quàm ægrè tulerim, ac fere plagas illi inflixerim, tui causa iratus: maximè quum unum atque alterum rerum similium testem adduceret, qui eadem verbis confirmarent. In hos ergo usus reconde argentum, vir bone, ut domi tutò ista perpetrare possis. Quis enim ab his perpetrandis te avocet? siquidem neque canis desinat facilè corium arrodere quum semel coc-

1 Ἀξιῶ γάρ σε ἀφιέμενον] Longè hìc à sententia Luciani Latinus interpres. Locus enim hic totus sic Latinus fieri debuit, *Auctor enim tibi sum, ut omissis quæ nihil ad te attinent*, nempe librorum emptione, *alterum illum morbum tuum cures, & ministros illos*, nempe libidinis tuæ, *dimittas qui liberi sunt, cùm verna tibi non desint, quibus si fugerint, non sit tutum, eliminare omnia quæ post epulas & vinum agitis vos, etsi à te nihil acceperint*, &c. Quare non tutum vernis potiùs quàm liberis, aperta res. *Marcil.*

2 Ὧν ἢ δ' ὅμως μὴ ἐπιλειπόντων σε τῶν οἰκοθεν] Vt cis pauca, καὶ φύλαττε ἐς οἶκους. Idem.

3 Ἔτι καὶ δείγματα ἐπιδεικνὺς] Ἔτι καὶ δίγματα ἐπιδεικνὺς. Morsiunculas nempe amatorias. *Idem.*

4 Ταυτὰ δὲ λήθοις διηγεμένους] Ταυτὰ δὲ λοιποῖς; &c. *Idem.*

1 Ti-

σκευοτροφεῖν μαθοῦσα. τόδ' ἕτερον ῥᾴδιον, τὸ μηκέτι ἀντῖαζ βιβλία, ἱκανῶς πεπαίδευσαι. ἄλις σοι τῆς σοφίας. μῶν οὖν ἐπ' ἄκρῳ ᾖ χείλους ἔχεις τὰ παλαιὰ πάντα. πᾶσαν μὲν ἱστορίαν οἶδα, πάσας δὲ λόγων τέχνας, καὶ κάλλη αὐτῶν, καὶ κακίας, καὶ ὀνομάτων χρῆσιν τῶν ἀττικῶν. πάνυ σοφόν τι χρῆμα, καὶ ἄκρως εὐ παιδείας μεμύησαι, ἀφ' ὅ τὸ πλῆθος τῶν βιβλίων. κωλύω γὰρ ἐγώ σε μὴ διατρίβειν, ἐπειδὴ χαίρεις ἐξαπατώμενος. ἡδέως δ' ἂν ἐροίμην σε, τὰ τοσαῦτα βιβλία ἔχων, τί μάλιστα ἀναγινώσκεις αὐτῶν. τὰ Πλάτωνος; τὰ Ἀντισθένους; τὰ Ἀντιλόχου; τὰ Ἱππωνακτος; ἢ τούτων μὲν ὑπερφρονεῖς, ῥήτορες δὲ μάλιστά σοι τούτων ἀφ' χειρός; εἰπέ μοι, καὶ Αἰσχίνου τὸν κατὰ Τιμάρχου λόγον ἀναγινώσκεις; ἢ ἐκεῖνά γε πάντα οἶδα, καὶ ἀναγινώσκεις αὐτῶν ἔνια σου; τὸν δὲ Ἀριστοφάνη καὶ Εὔπολιν ὑποδύνῃ; ἀνέγνως δὲ τὰς βάπτας τὸ δρᾶμα ὅλον; εἶτ' οὐδέν σε ταράττει καθήκοντα, ὅσ' ἡρυθρίασας γνωρίσας αὐτά; τοῦτο γὰρ ἂν δὲ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις, τίνα ἀπὸ ψυχῆς ἔχων, ἅπτῃ τῶν βιβλίων, οἵαις αὐτὰ χρῶν ἀνελίττεις. πότε δὲ ἀναγινώσκεις. μεθ' ἡμέραν; ἀλλ' οὐδεὶς ἐώρακε ποιοῦντα τοῦτο. ἀλλὰ νύκτωρ; πότερον, ἐπιτρίβῃ ἤδη ἐκείνοις, ἢ πρὸ τῶν λόγων; ἀλλὰ δὲ πρὸ σπουδῆς; μηκέτι μὴ τολμήσεις τοιοῦτο

cœpit. Sed facile est alterum, ut libros non emas ampliùs: satis es eruditus, satis es doctus. Nec solùm quicquid usquam antiquitatis extat, summis in labiis habes: sed & historiam tenes omnem, & omne orationis artificium, virtutem, vitia, dictionum Atticarum usum: planè doctus es, summeque eruditus evasisti, ob librorum multitudinem. Nihil enim vetat, me quoque in te aliquandiu immorari, quando decipi te juvat. Libenter autem ego ex te quærerem, cùm tot libros habeas, quem potissimum legas, num Platonis, num Antisthenis, num Antilochi, num Hipponactis? An spretis his Rhetores potiùs præ manibus habes? dic mihi legis-ne Æschinis orationem contra Timarchum? an verò jam illa omnia tenès, & nota sunt singula? An in Aristophane, & Eupolide totus es? Legisti Baptas, totamque fabulam percurristi? Nihil-ne eorum quæ ibi dicuntur, te perstrinxit: non iis agnitis erubuisti? Hoc equidem miretur maximè aliquis, quem librum cordi habens attingas, qualibus manibus verses: quando legas: num interdiu? at nemo te vidit unquam id facientem. At noctu? an quum jam illis es intentus, aut ante exercitia? sed & ante tenebras? Nihil hujusmodi ausis

1 Τίνα ἀπὸ ψυχῆς ἔχων, ἅπτῃ τῶν βιβλίων, οἵαις χερσὶν αὐτὰ ἀνελίττεις] Ridiculissimè Latinus interpres, *quali animo, qualibus manibus libros verses*, &c. Non intellecta locutione Attica, ἀπὸ ψυχῆς ἔχειν, ut ἀπὸ θυμοῦ ἔχειν, *aversari, avoir à contrecœur*. Hoc dicit Lucianus, *quem tu mollium tuorum aversatus, libros adtingis, aut quibus eos manibus evolvis?* Perinde ut si diceret, molles tui tibi tam ἁβρόθυμοι, tam ἁβροκάρδιοι, manus tuæ tam rebus obscœnis occupatæ, ut libris vacare nullo modo possis. Hæc intelligi non magni refert, sed neque ubi maximè βιωφελὴς Lucianus, interpretes Latini magnoperè aliquid intellexere. *Marcil.*

μηδὲν. [1] ἄφες ἢ τὰ βιβλία, καὶ μόνα ἐρεύξῃ τὰ σαυτοῦ. καίτοι ἐγὼ μηκέτι μήθ' ὁκεῖνα. αἰδοῦμαι ἢ τὴν Εὐριπίδου Φαίδραν, καὶ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν ἀγανακτοῦσαν, καὶ λέγουσαν,

Οὐδὲ σκότον φέλουσιν αἱ συνεργάτιν,
Τέρεμνά τ' οἴκων μήποτε φθογγὴν ἀφῇ.

Εἰ ἢ πάντως ἐμμένειν τῇ ὁμοίᾳ νόσῳ διέγνωσαι, ἴδι, ὠνοῦ μὲ βιβλία καὶ οἴκοι κεκλεισμένος, ἔχε, καὶ κέρπε τὴν δόξαν τῶν κτημάτων. ἱκανόν σοι ἐστὶ τοῦτο. ᾠδὴν ἢ μηδὲ ἅψῃ, μηδὲ ἀναγνῷς, μηδὲ ὑπαγάγῃς τῇ γλώττῃ παλαιῶν ἀνδρῶν λόγους, καὶ ποιήματα, μηδὲν δεινόν σε εἰργασμένα. οἶδα ὡς μάτην ταῦτά μοι λελήρητας, καὶ τὴν τῶν πολλῶν ἀμαθίαν, [2] αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶν. σὺ γὰρ ὠνήσῃ, καὶ χρήσῃ εἰς ὕδὸν, καὶ κεκαλαθήσῃ ὡς τῶν πεπαιδευμένων, οἷς ἀπόχρη ὠφελῆσαι, σὲ δὲ κἀκεῖνος τῶν βιβλίων, ὑφ' ὧν τὸν πολυτελείας αὐτῶν, ἀλλὰ τὸν φωτὸς, καὶ τὸν γνώμης τὸν χαρακτῆρα. σὺ ἢ οἴῃ θεραπεύσειν τὴν ἀπαιδευσίαν, καὶ ἐπικαλύψειν τῇ δόξῃ ταύτῃ, καὶ ἐκπλήξειν τὸ πλῆθος τῶν βιβλίων, σὲ εἰδὼς ὅτι καὶ οἱ ἀμαθέστατοι τῶν ἰατρῶν τὸ αὐτό σοι ποιοῦσιν, ἐλεφαντίνους ῥάβδους, καὶ σικύας ἀργυρᾶς ποιούμενοι, καὶ σμίλας χρυσοκολλήτους. ἐπόπτευε ἢ καὶ χρήσασθαι τούτοις δίκη. οἰμώζουσι δὲ ὅπως χρὴ μέλλουσι χειρίσασθαι αὐτὰ ἴσασι. παρελθών δέ τις εἰς τὸ μέσον τῶν μεμαθηκότων, φλεβοτόμον οὐ μάλα ἠκονημένον ἔχων, ἰᾷ τἄλλα μισθὸν, ἀπήλλαξε τὸν ὀδυνῶντος τὸν νοσοῦντα. ἵνα ἢ καὶ γελοιοτέρῳ τινὶ τὰ σὰ εἰκάσω, τοὺς κυρίως τοῦτο

ausis ampliùs: sed missos fac libros: remque tuam solùm age: quanquam hoc quoque indignum est, debueraſque saltem Euripidis Phædram vereri, qua mulieribus his verbis succenset.

Nullas tenebras expaveſcunt conſcias,
Timent-ve tecta ne loquantur adium.

Quòd si omnino decreviſti tuo in morbo permanere, i, libros eme, & domi concluſos habe, & partorum bonorum gloria fruere: hoc tibi ſufficit. Necdum tangas, nec legas, nec lingua perſequaris priſcorum virorum orationes, & poëmata, non malè de te merita. Scio me hæc fruſtra nugatum, & quod vulgo fertur, Æthiopem lavare. Tu enim libros emes, nec iis uteris, & à viris eruditis irrideberis, qui fructum non captant, ex librorum pulchritudine, magnoque pretio, ſed ex ſcriptorum dictis, & ſententiis. Tu verò ſperas iſta opinione poſſe tuam inſcitiam curare & obvelare, codicumque multitudine vulgus obſtupefacere: neſcius medicos imperitiſſimos idem facere, qui eburneas ferulas, & cucurbitas argenteas, & aurea ſcalpella comparant: quibus quum eſt utendum, ne id quidem ſciunt, quo pacto manibus ſint tractanda. Peritus verò quiſpiam alius in medium prodiens phlebotomo peracuto, cæterùm rubigine pleno, inſtructus ægrum dolore liberat. Sed ut, quod facis, cum re magis ridicula comparem: reſpice ton-

1 Ἄφες δὲ τὰ βιβλία] Ἄφες δὴ τὰ βιβλία. Marcil.
2 Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶν] Paræmiog. *Bond.*

ἐπίσκεψαι. κ᾽ ὄψῃ τοὺς μὲ τὴν τέχνην αὐτῶν, ξυρὸν, καὶ μαχαιρίδιον, καὶ κάτοπτρον σύμμετρον ἔχοντας. τοὺς δ᾽ ἀμαθεῖς, κ᾽ ἰδιώτας, πλεῖόν μαχαιριδίων ἐσθλοὺς, καὶ κάτοπτρα μεγάλα. ἃ μὲν λήσειν γε ἀφ᾽ ταῦτα οὐδὲν εἰδότας. ἀλλὰ τὸ γελοιότατον ἐκεῖνο πάσχουσιν, ὅτι κείροντας μὲ οἱ πολλοὶ ἀπὸ τοῖς γείτοσιν αὐτῶν. ἐπὶ δ᾽ τὰ ἐκείνων κάτοπτρα ἐσελθόντες, τὰς κόμας σὺν ἔζεσι. κ᾽ σὺ τοίνυν, ἄλλῳ μὲ δεηθέντι, χρήσιας ἂν τὰ βιβλία. χρήσαιο δ᾽ αὐτὸς ἂν ἐν δυσὶν. καίτοι οὐδὲ ἔχρησας οὐδενὶ βιβλίον πώποτε, ἀλλὰ τὸ τῶ κυνὸς ποιεῖς, ὃ ἐν τῇ φάτνῃ κριθοκεκμῶς. ἃ ἔστι αὐτὴ τῶ κεφῶν ἰδιά, ὅτι τῷ ἵππῳ δυσαρμόῳ φαγεῖν ἐπιτρέπ. ταῦτα τύγε νῦν εἶναι, ὑπὲρ μὲν τῶ βιβλίων παῤῥησιάζομαι πρὸς σέ. ἐπὶ δ᾽ τῶ ἄλλων, ὅσα κακῶς πλυσα, κ᾽ ἐπονείδιστα ποιεῖς, αὖθις ἀκούσῃ πολλάκις.

tonsores istos: & invenies eos qui artem callent, novaculam, forcipes, & mediocre speculum habere: sed ignaros, & rudes, etiamsi multos forcipes, magnaque specula proponant: non tamen latere, quòd nihil calleant artis tonsoriæ. Sed hoc illis risu dignissimum accidit, quod plerique apud suos vicinos tondentur, ad eorumque specula comas componunt. Et tu quidem alii cui opus esset, libros commodare posses: uti verò ipse non posses. Atqui nulli commodasti unquam librum: sed id facis quod in præsepe canis, qui cùm hordeo non vescatur ipse, neque equum qui potest, vesci sinit. Hæc in præsentia pro libris tantùm in te liberè dico: quod ad cætera attinet, quæ abominanda, & vituperanda committis: de his posthac sæpius audies.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΡΑΔΙΩΣ ΠΙΣΤΕΤΕΙΝ ΔΙΑΒΟΛΗ.

DE NON TEMERE CREDENDO CALVMNIÆ.

ARGVMENTVM.

Argumentum, ac summam orationis, titulus indicat, videlicet quòd non temerè credendum sit calumniæ, propterea quòd multi propriis affectibus aut commodis impulsi, innocentes sæpenumero, & bonos viros, apud eos, qui facilè delationibus quibusvis aures & fidem adhibent, per injuriam ac fraudem opprimant. Oratio est didactica, nisi quòd circa finem etiam ad suasorium genus aliqua parte pertinere videri potest. Vbi consulit, ac monet delatores non facilè admittendos atque audiendos esse, aut certè ea, quæ deferuntur, diligenter perpendenda, quòd ex hujusmodi calumniis, multa ac gravia mala fermè sequantur.

Mala

Δεινόν γε ἡ ἄγνοια, καὶ πολλῶν κακῶν ἀνθρώποις αἰτία, [2] ὥσπερ ἄχλυώ τινα καθέλκουσα τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ ἀληθὲς ἀμαυροῦσα, καὶ τὸν ἐκάστου βίον ἐπισκιάζουσα. οὐ σκότῳ γὰρ πλανωμένοις πάντες ἐοικαμεν. [3] μᾶλλον δὲ τυφλοῖς ὅμοια πεπονθαμεν. τὰ μὲ, ὡσαυτὼς εἰόντες ἀλόγως. τὰ δὲ, ὑπερβαίνοντες ἁδὸν δέον. καὶ [4] τὰ μὲ πλησίον, καὶ παρὰ πόδας, οὐχ ὁρῶντες. τὸ δὲ πόρ-

Mala res est ignorantia, & multorum malorum hominibus causa; quæ non solum rebus humanis veluti caliginem quandam offundit, sed etiam veritatem obscurat, & privati cujusque vitæ umbram obducit. Quò fit, ut perinde atque qui in tenebris errant, imò haud aliter quam cæci, jam huc, jam illuc impingamus temerè: aliud, cum nihil sit opus, præterea mus: nec, quod propinquum & ante pedes est situm, videamus: quod verò est re-

1 Δεινόν γε ἡ ἄγνοια] Ita ferme Plato in Philebo. Οὔκουν ἡ ἀγνοια εἴπερ ἔστι κακὸν πᾶσιν; *Nonne igitur ignorantiam dicemus omnibus esse malum?* & huc forsan respiciens noster interpres vertit: *mala res est ignorantia:* sed vim vocis δεινὸν non satis expressit, quæ diritatem innuit. malim igitur vertere, *Dira res est ignorantia.* Est enim ab illo Græco hoc Latinum vocabulum derivatum, ν in r mutato. *Tollius.*

2 Ὥσπερ ἄχλυώ τινα] Atque hæc est ratio, cur anima nostra (aut eorum saltem, qui non penitus obbrutuerunt) quæ lumen est, ut Philosophi voluere, ignorantiam non secus horreat, atque corpus mortem. Sunt enim lux & tenebræ ita inter se oppositæ, ut altera alteram destruat, atque dissolvat. Hinc Plutarchus Græcos veteres hominem φῶτα, id est, lumen, dixisse existimat, ὅτι τῷ γενέσθαι, ζῳογονήσαι ἐκάστῳ διὰ συγγένειαν ἔρως ἐγγενὴς ἐμπέφυκεν αὐτὴν τε ἡ ψυχὴ ἴσμεν ἡδομένη τῷ φιλοσόφων φῶς εἶναι τὴν ἀσέβειαν νομίζουσαν, ἄλλοις τε χρώμενον πεπειρίοις, καὶ ὅτι τῶν ὄντων μάλιστα ἡ μὲν ἄγνοια ἡ ψυχὴ δυσωπεῖται, καὶ πᾶν τὸ ἀφεῖσθαι λαθεῖν, ἐκ παιδὸς τὰ σκοτεινὰ, φόβου καὶ ὑποψίας ὄντα πολλῆς ἀεὶ αὐτήν. *Quod unicuique nostrum ob cognationem cum lumine acris est insitus amor cognoscendi & innotescendi. Ipsam vero animam nonnulli Philosophorum* LVMEN *suapte natura esse statuunt, cum aliis utentes argumentis, tum quod nullam rem anima magis aversetur, quam ignorantiam; & omnia lucis expertia vitet, tenebrisque turbetur, eas metuat, ac suspectas habeat.* Familiaris est autem illa ignorantiæ cum tenebris & caligine comparatio. Sic Lucretius lib. II:

O miseras hominum mentes! ô pectora caca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis,
Degitur hoc ævi quodcunque est!

Phædrus f. XI. l. III. de Augusto:

Qui postquam tenebras dispulit calumnia.

Cicero lib. I. Tusc. Qu. c. 26. *Philosophia ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit.* Idem.

3 Μᾶλλον δὲ τυφλοῖς] Ita paulo ante Lucretius: *ô pectora caca!* sic Plato τὸ ἀγνοεῖσθαι κακὸν εἶναι dixit ἡ ἄγνοιαν, ὥσπερ ἡ τυφλότητα μὴ βλέπειν; teste Plutarcho in Lysandro. Id est, *ignorantiam, ignarantibus haud minus esse malum, quam cæcitatem non videntibus.* Idem.

4 Τὰ μὲν πλησίον] Tertullianus in Apologetico: *Sed cæcitatis duæ species facile concurrunt, ut, qui non vident quæ sunt, videre videantur, quæ non sunt.* Idem.

ρῶν, καὶ πάμπολυ διεφηκὼς, [1] ὡς ἐσοχλεῖν δεδίοτες. καὶ ὅλως, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραττομένων ἡ ἀβλεψία τὰ πολλὰ ὀλισθαίνοντες. τοιγάρτοι μυρίας ἤδη τοῖς τραγῳδιδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα τὸ τοιοῦτον παρέχηται, [2] τὰς Λαβδακίδας, καὶ [3] τὰς Πελοπίδας, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια πλήσια. σχεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ σκηνῇ ἀναβαινόντων κακῶν εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῆς ἀγνοίας, καθάπερ ὑπὸ τραγικοῦ δαίμονός τινος κεχορηγημένα. λέγω δὲ ἐς τὰ ἄλλα μὲ ἀπολείπων, μᾶλιστα δ' εἰς τὰς ὑπ' ἀληθείας καὶ τῶν σωζόντων καὶ φίλων διαβολάς. ὑφ' ὧν ἤδη [4] καὶ οἶκοι ἀνάστατοι γεγόνασι, καὶ πόλεις ἄρδην ἀπολώλασι, πατρὶς τε κατὰ παίδων ἐξεμάνησεν, καὶ ἀδελφοὶ κατὰ τῶν ὁμογνίων, καὶ

remotum, proculque dissitum, ut molestum formidemus. Denique in singulis, quæ agimus, nunquam non labimur. Quocirca istud jam innumera tragœdiarum scribendarum argumenta præbuit, Labdacidarum, & Pelopidarum fata, idque genus alia. Nam malorum, quæ in scenam ascendunt, pars ferè maxima ab ignorantia, ceu tragico Deo, comperias orta. Hoc dico ad alia etiam respiciens: in primis verò ad falsas calumnias, quibus familiares & amici petuntur: à quibus jam & subversæ sunt familiæ, & civitates funditus perditæ: patrum in liberos, fratrum in germanos, liberorum in parentes, aman-

1 Ὡς ἐσοχλεῖν δεδίοτες] Lucretius l. II. & VI:

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quam
Quæ pueri in tenebris pavitant, finguntque futura. Tollius.

2 Τὰς Λαβδακίδας] Notissima fabula est, è Mythologis & Poëtis, Oedipi patrem per ignorantiam interficientis, matremque ducentis uxorem: filiorum item ad Thebas mutuis vulneribus concidentium. *Idem.*

3 Τὰς Πελοπίδας] Atrea & Thyesten, eorumque filios. Adeantur Tragici Græci & Latini, apud quos hæc fusius. *Idem.*

4 Καὶ οἶκοι ἀνάστατοι] Ita fere & Photius, in præstantissima illa ad Michaëlem Bulgariæ Principem epistola; χάλαι δὲ, inquit, κατήγορα, καὶ συκοφαντίας, ἀποῤῥίψω· πολλάκις γὰρ παῖδας ὑπὲρ πατέρων, καὶ πατέρας ἐξέμισε καὶ παίδων, καὶ βίβλους ἔλυσε συζυγίας, καὶ συγγενεῖς ὑπανίσησι καθ' ἑαυτῶν· καὶ τί λέγω; πόλεις ἄλας, καὶ οἰκίας, ἀντίτριψα μία φωνὴ συκοφάντου. *Labia accusatoria & Sycophantica aspernero: nam non raro & liberos furore in parentes, & parentes in liberos adegerunt, vitæ vincula & connexiones disruperunt, & in se invicem consanguineos concitarunt. Quid autem illa minora commemoro? vel unica Sycophantæ vox civitates & domos integras subvertit sæpe.* Qui locus hinc desumtus esse videtur; ita omnia quadrant. Nec multum diversa sunt, quæ apud Themistium in orat. III. leguntur: διαβολὴ δὲ κακιστὸν μέν, inquit, ἁπανταχῆ δὲ πολεμοποιὸν, καὶ ἀντιπαρεισρυὲν, καὶ πρὸς παῖδα πατρὶ, καὶ πρὸς ἀδελφὸν ἀδελφὸν, καὶ τὸ δεῦρο ἐστὶν ὁ Ἱππόλυτος. *Calumnia porro ubique permolesta est, rixasque ac contentiones ubique provocat, quocunque se insinuaverit: ac cum patre filium, cum fratre fratrem committit: à qua ille est de Hippolyto Tragœdia excitata.* Præclare igitur Menander: μῖσος διαβολὴ τοῦ βίου λυμαίνεται. *Mendacii calumnia vitam labefactat.* Exemplum præter cetera egregium est apud Phædrum fab. 2. lib. V: ut ne quid de Philippis dicam Macedoniæ regibus, quorum alterius F. Alexandro exilii, alterius Demetrio necis causa fuit. Sed & ipse Alexander vel solus possit sufficere, ut, quantum mali mortalibus adferat calumnia, ostendatur. *Idem.*

1 Καὶ

παῖδες καὶ τῶν γαμετῶν, καὶ ἐρασταὶ καὶ τῶν ἐρωμένων. πολλαὶ δὲ φιλίαι συνεκύπησαν, καὶ οἶκοι συνεχύθησαν ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς ἀμφιβολὰς πιθανότητος. ἵν' οὖν ὡς ἥκιστα τοιούτοις ὑπενέμπωμεν ὑποψίαις, ὑπογράψαι βούλομαι τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπὶ πίνακος γραφῆς, οἵαν τινά ἐστιν ἡ ἀμφιβολή, καὶ πόθεν ἀρχεται, καὶ ὁποῖα ἐξεργάζεται. Μᾶλλον δὲ Ἀπελλῆς ὁ Ἐφέσιος πάλαι ταῦτα πεποίηκε τῇ εἰκόνι. καὶ γὰρ αὐτὸς ὑπὸ ἀμφιβληθεὶς πρὸς Πτολεμαῖον, ὡς μετεχηκὼς θεοδότου τῶν συνωμοσίας τῶν Τύρῳ. ὁ δὲ Ἀπελλῆς, οὐκ ἐμφανὴς ποτὲ τῷ Τύρου, οὐδὲ τὸ θεοδότου ὅστις ἦν ἐγίγνωσκεν, ἢ κληθεὶς ἦκεν Πτολεμαίου τινα ὑπάρχοντα, τὰ κατὰ τὸν Φοινίκιον ἐπιτετραμμένον. ἀλλ' ὅμως τῶν ἀνιατέχνων τις, Ἀντιφίλου τοῦνομα, τοῦ φθόνου

amantium in amatos furor est excitatus. Præterea dissolutæ sunt amicitiæ multæ, & turbatæ familiæ ob speciem calumniarum. Vt igitur quam minimùm in eas incidamus: qualisnam sit calumnia, unde originem trahat, quantum ferè efficiat, hac oratione, velut in tabella, depingam. Porrò quam ejus imaginem subjiciam, Apelli Ephesio acceptam fero: quum is apud Ptolemæum regem conjurationis, quæ Tyri authore Theodota facta est, insimulatus esset. Quanquam neque Tyrum viderat unquam, neque Theodotam noverat, nisi quantum fama acceperat, eum Ptolemæi præfectum Phœnicem administrare. Antiphilus tamen ejusdem artis professor, gratiæ quam

1 Καθάπερ ὁπὶ πίνακος γραφῆς] Velut in tabella. Sic Vellejus lib. II. *Nos memores professionis universam imaginem principatus ejus oculis animisque subjecimus.* Vbi τὸ *animisque* ab aliena manu, adeoque inducendum videri possit; neque est tamen. ἢν διὰ δυοῖν. Tollius.

2 Ἀπελλῆς ὁ Ἐφέσιος] Ad distinctionem istius Apellis, qui sub Alexandro & Ptolemæo Lagi vixit, maximi nominis & artis, Coi patria. Hic autem patria Colophonius, verum θέσει, id est adoptione, fuit Ephesius, teste Suida, Pamphili Amphipolitæ discipulus. *Idem.*

3 Πρὸς Πτολεμαῖον] Φιλοπάτορα, Evergetæ filium, qui quartus Ptolemæorum Ægypti Rex fuit, *Gallus* dictus: uti ex Excerptis Chronici Casauboniani Scaliger in notis ad Eusebium docet. citat idem ibidem Etymologicon: ubi quum locus mihi videatur parum emendatus, una eum opera restituam: Γάλλος, inquit, ὁ φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος, διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστίχθαι, ὡς οἱ Γάλλοι καὶ γὰρ ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανοῦντο. Addit Scaliger: *& Gallos Magna Matris foliis edere, & Ptolemæum quoque compunctum fuisse, hoc est, stigmata foliorum hederæ insculta ipsi fuisse.* Fateor me numquam tale quid de Gallis legisse: nec video, quomodo aliquis foliis compungi possit, aut quomodo foliorum stigmata alicui inuri queant: nisi pejore, quam pessimi στίγματα, conditione futuri sint. Lego igitur, φύλλοις κισσοῦ κατεστίχθαι. Et hoc liquet e sequenti voce ἐστεφανοῦντο. Nam, si vera erit futura ratio, illic quoque ἐστίχθαι legendum erit. *Idem.*

4 Ὡς μετεχηκὼς Θεοδότου τῶν συνωμοσίας] Quem hic vocat bis Θεοδότου, Polybius semper Θεοδότην vocat, Ætolum præcipitis audaciæ virum, eum vide libro 5 historiarum. *Palm.* *Theodotus* Polybio vocatur, qui hanc historiam lib. v. fusè narrat. *Tollius.*

5 Ἐν Τύρῳ] Quam per Panætolum Theodotus occupaverat. *Idem.*

6 Ἀντιφίλου] Non ignobilis pictor. Meminit ejus Plinius lib. XXV. cap. X. opera ejus aliquot recensent perquam eximia. *Idem.*

I Παρ'

τὸ δὲ βασιλεῖ τιμᾶς, καὶ τὸ κρίνειν τιμὴ τέχνῃ ζηλοτυπίας, κατεῖπεν αὐτῷ πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὡς εἴη κεκρυμμένως τὸ ὅλον, καὶ ὡς ἀπέστειλέ τις αὐτὸν ἐν Φοινίκῃ συνεσιόμενον Θεοδότᾳ, καὶ [1] παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον [2] πρὸς τὸ δὴ αὐτὸ κρυπτολογούμενον. καὶ τέλος, ἀπέφηνε τὴν Τύρον ἀπόστασιν, καὶ τὴν [3] Πηλουσίου κατάληψιν ὑπὸ τοῦ Ἀπελλοῦ συμβουλῆς γεγενῆσθαι. ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὡς ἂν κέρτομος καὶ τἄλλ' [4] οὐ πάνυ φρενήρης τις ὢν, ἀλλ' [5] ἐν κολακείᾳ διατεθραμμένος, ὥσπερ ἐξεκαύθη, καὶ συνεπαρεχθὴς πρὸς [6] τὴν δοκοῦσαν ταύτης ἀβουλίαν, [7] ὥστε μηδὲν τῶν εἰκότων λογισάμενος, μήθ' ὅτι ἀνίσχυρος ἦν ὁ Ἀβροκόμης, μὴ θ' quam apud regem obtinebat invidentia, artisque æmulatione permotus, illum apud Ptolemæum accusavit, ut qui factionis esset particeps, & visus fuisset in Phœnicia cum Theodota convivari, & in auriculam inter convivandum secretò colloqui. Denique declaravit Tyrum defeciisse, captamque fuisse Pelusium Apellis consilio. Tum Ptolemæus, ut qui præter cætera non esset admodum prudens, sed in tyrannica assentatione educatus, adeò excanduit, inopinaque ista calumnia conturbatus est, ut conjecturis, quæ causæ fidem aut facerent, aut minuerent, neglectis, nimirum calumniatorem eandem artem profiteri, & pictorem fortuna esse

1 Παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον] Neglexit hæc interpres. verte: *toto cœna tempore.* Tollius.

2 Πρὸς τὸ δὴ αὐτὸ κρυπτολογούμενον] Probabile sit mendacium oportet. ergo à consuetudine eorum, qui, quæ alios nescire volunt secreta, in aurem dicunt, desumta similitudo veri, qua calumnia exornaretur. Noster in Gallo, de regum curis: λυποῦσι δ' ἄλλοι δίκην φωρὸς ἐς ποτὲ τὴν Συρακοσίων κοινολογούμενον. *Alium Dio egit, cum Syracusanorum quibusdam in aurem consilia communicans.* Sic Homerus:

Ἄγχι δὲ κεφαλὴν, ἵνα μὴ πυθοίατο ἄλλοι.
Prope admovens caput, ne alii audirent.

Plura collegit Erasmus in Adagiis, qui respici poterit. *Idem.*

3 Πηλουσίου κρατῆσαι] Non Pelusii, sed Ptolemaïdis: ut ex Polybio constat. nam Pelusii castrametatum Ptolemæum refert Polybius, cum adversus Antiochum proficisceretur. *Idem.*

4 Οὐ πάνυ φρενήρης] Fatuitatem ejus, & fecordiam, vitamque luxui, compotationibus, & insanis amoribus deditam cognosces è Polybio lib. v. Historiarum, apud quem & aliud calumniæ in Cleomenem, & stultitiæ regis exemplum invenias. Item ex Justino lib. xxx. cap. 1. nec non Plutarcho in vita Cleomenis. Pro *præter cætera*, verterim *alias.* Idem.

5 Ἐν κολακείᾳ διατεθραμμένος] Quippe rex, & regis filius. Vide, quæ ad cap. VII. notavimus. *Idem.*

6 Τὴν παραδόξου ταύτης διαβολῆς] Malim, *minimeque verisimili ista calumnia.* Idem.

7 Ὥστε μηδὲν τῶν εἰκότων λογισάμενος] *Ut nihil eorum, quæ reputare æquum fuerat, animo perpendens, non, quod æmulus illius esset auctor calumniæ; non, quod ea proditio supra pictoris fortunam esset: non, quod & magnis à se beneficiis, & supra cæteros artis æmulos honoribus auctus esset, &c.* Idem.

7 Ὥστε μηδὲν τῶν εἰκότων λογισάμενος] *Quoniam nihil rationis est, ubi semel affectus indultus est, jusque illi aliquod voluntate nostra datum est:* teste Seneca lib. I. de Ira, cap. VIII. *Idem.*

8 Οὔτι ἀντίτεχνος] Actius namque urit invidia eandem artem profitentes. Notum illud Hesiodium:

Κα

[1] ὅπ μικρότερ@ ἡ καθ' τοιαύτ@ πρόφασιν ζωγράφ@, καὶ ταῦτα [2] εὖ πεπονθὼς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ παρ' ὀφθαλμοὺς τ ὁμοτέχνων τετιμημέν@, ἀλλ' οὐδὲ τοπαρόντα, ὡς εἰ ἐξέπλευσεν Ἀπελλῆς εἰς Τύρον, ἐξεβόησας, οἷός ἐσθ' [3] μιαίνειν. καὶ βοῆς ἐπεπίμπλα τὰ βασίλεια, τ ἀχάριστον κεκραγὼς, καὶ τ ἐπίβουλον, καὶ συνωμότ@ν. καὶ εἴγε μὴ τῶν συνειλημμένων τις ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τ Ἀντιφίλου ἀναισχυντίᾳ, καὶ τὸν ἄθλιον Ἀπελλῆν κατηλέησας, ἦφη μηδένὸς αὐτοῖς κεκοινωνηκέναι τ ἀνδρα@πον, ἀπετέτμητ' ἂν τὴν κεφαλὴν, καὶ ξυμπολεμαίκει τ τῶν Τύρ@ κακῶν, οὐδὲν αὐτ@ς αἴτι@ γεγονώς. ὁ μὲν δὴ Πτολεμαῖ@ [4] ὕστερ λέγεται [5] μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ὥστε τ μὲν Ἀπελλῆν ἐκαθῆν παλαιοῖς ἐοικέναι, τὸν δὲ Ἀντιφίλου ἀναισχυντίαν ἐπὶ πλέον ἐπιδείκνυσθαι. ἐγὼ δὲ οὐκ ἂν ἐπαινέσαιμι τὸν Πτολεμαῖον, εἰ μὴ καὶ τὸν Ἀντιφίλου ἐκόλασε τρόπον.

esse minorem, quàm ut proditionem hujusmodi moliri potuisset: idque cùm beneficiis & honoribus ab ipso plus cæteris pictoribus auctus fuisset: neque omnino percontatus, an Tyrum Apelles navigasset, illico rabida ira concitus totam clamore regiam impleret, ingratum, insidiatorem, conjuratum clamans. Ac nisi ex comprehensis conjuratis quispiam, indignatus Antiphili impudentiam, & infelicem Apellem misertus, affirmasset illum conspirationis nequaquam fuisse participem, fuisset capite truncatus, atque ipse nullius criminis reus Tyriorum malorum pœnas luisset. Proinde fertur Ptolemæus ita sententiam mutasse, ut centum talentis Apellem donarit: &

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ φθονεῖ, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Et figulus figulo invidet, & cantor cantori.

Themist. Orat. III. σφαλερὸν γὰρ ἡ ὁμοιότης ἔρωτα ἐμποιεῖσα τ αὐτῶν ἔπαινον ἰσόμα ἀνυπαρξάγειν εἰς ἅμιλλαν. *Periculosa enim res est similitudo, facileque, dum earundem laudum amorem occulte animis inserit, ad certamen & contentionem impellit.* Tollius.

1 Ὅτι μικρότερ@] Quid enim pictori cum re militari, præsertim tanti momenti, & periculi? tantam igitur caliginem hominum oculis ignorantia offundit, ut nihil plane cernant, sed velut in densissimis tenebris oberrent. *Idem.*

2 Εὖ πεπονθὼς] Quippe minime erat verisimile, ipsum in regem tam bene de se meritum eam fraudem, ac tantum scelus esse machinatum. Sed hoc dissimulare irato regi non licebat. *Idem.*

3 Μιαίνειν] Male hæc interpres verterat. quare nonnulla immutavi. *Idem.*

4 Οὕτω λέγ@ μεταγνῶναι] Isocrates in Orat. de Permutatione, loquens de Athenienſibus: Οἶμαι δ' ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι τ πόλ πολλάκις ἤδη μετεμέλησε τ κρίσεων τ μὲν' ὀργ@ς, καὶ μὴ μετ' ἐλέγχ@ βουλεύσων, ὥστε πολλῷ χείρον διαλιπεῖν, παρὰ μὲν τ ἑξαπατησάντων δίκην λαβεῖν ἐπιθύμησε· τὰς δ διαλαβόντας ἀδίκως ἂν εἰδέναι ἀμείνον ἢ πρότερον φρονοῦντας. *Arbitror autem vos non ignorare, nostram urbem sæpe pœnituisse judiciorum, quæ per iracundiam potius, quam re examinata facta fuerunt; adeo ut paulo post & impostores punire desideraverit, &, calumniis oppressos rebus uti secundioribus quam prius, optaverit.* Longe aliter atque Piso apud Senecam de Ira lib. I. cap. XVI; qui non modo falso accusatum militem, ac si commilitonem, qui desiderabatur, occidisset; illoque in ipso supplicii articulo reverso innoxium deprehensum, duci jussit, sed & ipsum commilitonem, ut & centurionem, qui primum illum à supplicio ad Pisonem reduxerat, capitali pœna affecit. *Idem.*

5 Μεταγνῶναι] *Tanta subisse regem pœnitentia dicitur.* Idem.

I ἐπ'

ῥήσεσθε, τὴν δὲ Ἀντιφίλου δουλεύειν αὐτῷ ἀφαιρήσεται. ὁ δὲ Ἀπελλῆς, [1] ὧν παρεκινδύνευσε, μεμνημένος, τοιᾶδέ τινι εἴκονι ἠμύνατο τὴν διαβολήν. Ἐν δεξιᾷ τις αὐτῷ κάθηται, τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων, μικρὸν δεῖν [2] τοῖς Μίδου τοῦ βασιλέως, τὴν χεῖρα ἔτι πόρρωθεν ἔτι προσιόντι τῇ διαβολῇ. πρὸ δὲ αὐτὸν ἕστασι δύο γυναῖκες, [3] Ἄγνοια μὲν δοκεῖ, κρὰ [4] Ὑπόληψις. ἑτέρωθεν δὲ προσέρχεται ἡ Διαβολή, γυναῖον εἰς ὑπερβολὴν κάλλους, [5] ὑποθερμον δέ, [6] καὶ παραπεπυρωμένον, οἷον δὴ [7] τὴν λύσσαν, καὶ τὴν ὀργὴν δεικνύουσα. [8] τῇ μὲν δεξιτερᾷ [9] δᾷδα κατουσ-

& ei Antiphilum in servitutem addixerit. Apelles autem periculi memor, tali est imagine calumniam ultus. Ad dextram sedet quispiam prælongis auribus insignis, propemodum quales Midæ fuerunt, manum procul accedenti calumniæ protendens. Eum circunstant duæ mulieres, Ignorantia, ni fallor, & Suspicio. Ex altera parte accedit Calumnia, mulier summopere formosa, fervida & irritata, veluti rabiem & iram præ se ferens, facem ardentem læva tenens,

1 Ὧν παρεκινδύνευσε] *Adii periculi memor.* Tollius.

2 Τοῖς τοῦ Μίδου] Aures Midæ etiam adagio notatæ sunt. Persius:

Auriculas Asini Midæ rex habet.

Fabulam habes apud Ovid. in Metamorph. XI. fab. IV:

——— *Nec Delius aures*
Humanam solidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in spatium, villisque albentibus implet,
Insirmabilesque illas facit, & dat posse moveri.
Cetera sunt hominis; partem damnatur in unam:
Indunturque aures lente gradientis asselli.

Alii ad regum aures hujus fabellæ referunt originem: qui per exploratores suos etiam procul audiant. Sunt autem asini acriore hoc sensu quam cetera animalia præditi. Vnde Apulejus, *quanquam graviter succensens erroi Fotidis, isto tamen vel unico solatio arumnabilis deformitatis suæ recreabatur, quod auribus grandissimis præditus cuncta longule etiam dissita facillime sentiebat*; lib. IX. Milesiacorum. *Idem.*

3 Ἄγνοια] De qua in initio hujus libelli plura. *Idem.*

4 Ὑπόληψις] Arnobius lib. II. adv. gentes: *quid est autem suspicio, nisi opinatio rerum incerta, & in nil expositum jaculatio mentis illata? Ergo, qui suspicatur, non tenet, nec in lumine positus cognitionis incedit.* Idem.

5 Ὑποθερμον] Qualis iratorum solet esse vultus: quibus *flagrant & micant oculi, multus toto ore rubor, exæstuante ab imis præcordiis sanguine*; ut est apud Senecam l. I. de Ira, cap I. Nilus Monachus in Narrationibus: πυρωποῦνται, καὶ τὸ βλέμμα πυρῶδες πλάγιον ἐκτείνοντες. *Ira accensi, & micantes oculos oblique volventes.* Idem.

6 Καὶ παραπεπυρωμένον] *Et commota.* Idem.

7 Τὴν λύσσαν] Prudentius in Psychomachia, de ira: *Sanguinea intorquens suffusa lumina felle.* Idem.

8 Τῇ μὲν δεξιτερᾷ] Huc mihi facere videntur illa Cypriani de Zelo & Livore: *Hinc vultus minax, torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata convicia, manus ad casu violentiam promta, etiamsi gladio interim vacua, odio tamen furiosa mentis armatæ.* Idem.

9 Δᾷδα κατουσίλλουσαν] Non secus ac furiæ solent. Queis in irritandis inflammandisque credulorum aut iratorum hominum animis perquam similis est. Apulejus de Psyches sororibus Cupidinem calumniantibus: *Tali*, inquit, *verborum incen-*

νλω ἔχουσα. τῇ ἑτέρᾳ ⸗ νεανίαν τινὰ [1] τῶν τριχῶν συρομένην, [2] τὰς χεῖρας ὀρεγομένην εἰς τὸν οὐρανὸν, [3] καὶ μαρτυρομένην τοὺς θεούς. ἡγεῖτο ⸗ [4] ἀνὴρ ὠχρὸς, καὶ ἄμορφος, [5] ὀξὺ διδορκὼς, καὶ ἐοικὼς τοῖς ὑπὸ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. τοῦτον γὰρ εἶναι

nens, dextra trahens adoleſcentem capillis prehenſum, manus ad cœlum tendentem, Deoſque teſtantem. Anteit vir pallidus deformis, acutùm intuens, *eiſque ſimilis, qui longo morbo contabuerunt: quem facilè conjicias

Li-

dio flammata viſcera ſororis jam prorſus ardentis deſerentes, ipſæ &c. protinus pernicisſe fuga proripiunt. Phædrus l. III: *Incenſus ille falſo uxoris crimine.* Tollius.

1 Τῶν θριχῶν σύροντα] Apulejus lib. VI: *Et audaciter in capillos ejus immiſſa manu, trahebat eam nequaquam renitentem*; de Conſuetudine Pſychen ad Venerem pertrahente. Ariſtenatus lib. II. epiſt. 7: Καὶ ζηλοτυπῶν τὸ παιδίσκιον τὰς κόμας ἔξειλκεν. Idem.

2 Τὰς χεῖρας ὀρεγόντα] Vti in indignatione fieri amat, ubi vis atque injuria plus, quam jus & æquum valent. Sic apud Dionyſ. Halicarnaſſ. l. XI. Antiq. Rom. cum Appius Claudius Virginii filiam clienti ſuo addixiſſet, ὅσοι μὲν ἦσαν ἀκέραιοι, καὶ τὰ δίκαια λέγοντων παρεκλητοί, τὰς χεῖρας ἁρπάσαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀντιβόησιν ἐποιοῦντο ἀξιόπιστον καὶ ἀναπόδραστον μεμιγμένην κραυγῇ. *Quotquot erant integris judiciis & juſtæ cauſæ advocati, ſublatis in cœlum manibus mixtum ploratu & indignatione clamorem juſtulerunt.* Sic Iuſtinus lib. XIX. cap. 3. *Ipſe quoque* (Imilco) *manus ad cœlum tendens, nunc ſortem ſuam, nunc publicam fortunam deflet; nunc Deos accuſat, qui tanta bellis decora, & tot ornamenta victoriarum, quæ ipſi dederant, abſtulerint.* Idem.

3 Καὶ μαρτυρόμενον τοὺς θεούς] Sic ſolent homines teſtes Deos invocare, quum nullum adverſus mendacium in innocentia præſidium eſt. *Idem.*

4 Ἀνὴρ ὠχρὸς ⸗ ἄμορφος &c.] Deſcribitur eleganter ab Ovidio in Metamorph. ſub feminæ habitu, quod Latinis femineo genere *Invidia* dicatur, uti contra Græcis maſculino φθόνος; ſicut & *Livor* Latinis:

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies: livent rubigine dentes:
Pectore felle virent; lingua eſt ſuffuſa veneno, &c.

Syneſius in I de providentia, ubi de invidia Typhonis agit: ὡς ἄδηλον τὸ παράλυσιν παροιμίαν εἶναι, καὶ ἐρωτᾶν τινα πρὸς τὸν ὠχριῶντας, μή τι τῷ ἀδελφῷ σε κακόν; *ita ut jam res in proverbium abiret, & hac familiaris eſſet ad pallentes interrogatio,* Numquid *fratri tuo boni evenit?* Ideo autem macies in corpore, quia

Τήκει ⸗ φθονεροῦν ὄμματα, καὶ καρδίαν.
Contabeſcere facit invidentium & oculos, & cor.

uti eſt apud poëtam Græcum in Anthol. lib. I. c. 83. *Quid infelici viro præſtat invidia*, inquit Auguſtinus ſerm. 83. de Tempore, *quem in ſecretis conſcientiæ quibuſdam unguibus livor ipſe diſcerpit, & alienam felicitatem tormentum illius facit? quam inquam mercedem ex odio ſuo recipiet, niſi horribiles animæ tenebras, & confuſæ mentis horrorem, qui vultu ſemper animoque mœrente voto, quo vult alii nocere, ſe cruciat: quem ſæviſſimis exagitatum ſtimulis ab omni conſilio, ac mentis ſobrietate deturbat? quod malum lædit parum aliquid etiam eos, in quos intenditur, gravius tamen, & perniciosius, eos prius, à quibus procedit, affligit. Sicut enim æruginoſo ferrum, ita invidiam illam ipſam animam, in qua eſt, interimit & conſumit.* Horatius l. I. Epiſt. 2: *Invidus alterius mœreſcit rebus opimis.* Idem.

5 Ὀξὺ δεδορκώς] Vt enim paulo poſt dicit Auctor, invidi πάντες ἀλλήλους ὀξὺ δεδόρκασι. *Invicem ſeſe acute intuentur*: ut ſcilicet vitia aliqua in adverſariis deprehendant. Themiſtius orat. I: ὡς ἐδὴ ἄρα ἄλλο χαλεπώτερον πικτῆς ψυχῆ τέρας φύσει τε ⸗ βασκανίας· καὶ μᾶλλον ὑποπτέρου ὀξύτερον βλέπῃ μὴ τὰ πρὸς αὐτὴν μά-

[1] Φθόνον ἄν τις εἰκάσειε. καὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλαι τινὲς δύο παραμφιστᾶσι, κοσμοτρίπους τε καὶ ὑποστόλους καὶ καλλιγραμμάτους τὴν Διαβολήν. ὡς δέ μοι δηλοῖ ταύτας ἐμήνυσεν [2] ὁ περιηγητὴς τὴν εἰκόνα, ἡ μὲν, Ἐπιβουλή τις ἦν, ἡ δ', Ἀπάτη. καθόπιν δ' ἠκολούθει πάνυ πενθικῶς τις ἐσκυθισμένη, μελανείμων, καὶ κατηφὴς καὶ κεκαλυμμένη. [3] Μετάνοια δ' ἦν αὐτῇ ἐπονομαζομένη. [4] ἐπεστρέφετο γοῦν εἰς τοπίσω

Livorem esse. Quin & aliæ duæ mulieres comitantur, hortantes, componentes, & ornantes Calumniam: quarum altera sicuti mihi significavit imaginis interpres, Insidiæ, altera Fallacia erat. Quædam à tergo sequebatur lugubri habitu, pulla, laceraque veste: atque hæc Pœnitentia dicebatur: quæ versa in tergum facie, cum lacrymis &

μόνον, & τὰ ἰσχύς, ἀλλὰ & τὰ πάθη, & τὰ μακρὰν διεστῶτα. Adeo nullus morbus invidia ac livore molestior gignitur: eoque magis, quo qui eo laborat, acutius pervidet; non ea tantum, quæ juxta se, atque in proximo sita sunt; verum etiam, quæ longinqua sunt, & magno à se intervallo semota. Plutarchus lib. de Securitate: τὸ τ' ἀλλότριον ἀνθρωπος βασκανώτατος κακῶν ὀξυδερκὴς, τὸ δ' ἴδιον παρεκλέπει: *Quid alienum malum homo invidentissime acute intueris, tuum vero pervides?* Tollius.

1 Τὸν φθόνον] Recte sane livor calumniæ comes additur, Hesiodus in Operib.

Ζῆλόν θ' ἀνδράποσιν ὀϊζυροῖσιν ἄπασιν
Δυσκέλαδόν θ', κακόχαρτον, ὁμαρτήσαντε γενέσθην.
Livor autem homines miseros omnes
Malos rumores spargens, malis gaudens, comitabitur invisa vultu. Idem.

2 Ὁ περιηγητὴς τ' εἰκόνος] Περιηγηταὶ proprie sunt illi, qui hospites ad perlustranda urbis præcipua loca & monumenta circumducunt, iisque singula exponunt. Hinc per translationem de explanatoribus & interpretibus ea vox usurpatur. Familiare autem fuit istiusmodi fabellis vitam humanam describere, iisque interpretandis senem aliquem addere, aut affingere enarratorem. Vt in Tabula Cebetis factum, & in illa Herculis Prodicii fabula: quam aliquantulum immutans Themistius haud aliter Simulationem, & eodem ferme comitatu suffultam subnixamque describit, atque hic noster Calumniam. Nam & ipsa fucati medicamentis candoris & ruboris, pigmentisque aliis exornata, comtaque eleganter, fraudem & insidias, dolum & periurium, & emissariam adulationem secum trahit, quas tandem tristis ac demissa consequitur pœnitentia. Locus est in extrema oratione tertia perquam elegans, lectuque dignissimus. *Idem.*

3 Μετάνοια] *Nam judicia festinata*, inquit Sarisberiensis in Policratico, cap. XII. lib. V. *pœnitentiam pariunt.* Vel ut in Anthologia l. I. c. 88. Lucianus:

Η' βραδύτης βελτὶ μυρίον ἀμείνων· ἡ δ' ταχεῖα
Αἰεὶ τροχαλοδρόμῳ τ' μετάνοιαν ἔχει.

Id est,

Lento incedens pede consultatio multo præstat. Sed festinans
Semper pœnitentiam secum trahit.

P. Syrus,

Ad pœnitendum properat, cito qui judicat. Idem.

4 Ἐπεστρέφετο γοῦν] *Quæ convertens retro vultum, flens, & pudore suffusa, accedentem veritatem respectabat.* Idem.

δακρύσαι, καὶ μετ' αἰδοῦς πάνυ [1] τὴν Ἀλήθειαν προσιοῦσαν ὑπέλεπεν. Οὕτω μὲ ὁ Ἀπελλῆς τὸ ἑαυτοῦ κίνδυνον ἐπὶ τῆς γραφῆς ἐμιμήσατο. Φέρε δὴ κἀμεῖς, εἰ δοκεῖ, καὶ τὴν Ἐφεσίου ζωγράφου τέχνην, διέλωμεν [2] τὰ προσόντα τῇ Διαβολῇ, πρότερόν γε ὅρον τινὰ ὑποθεμένους αὐτῇ. Οὕτω γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ εἰκὼν γλυπτὴ εἴη. Ἔστι τοίνυν Διαβολὴ κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη, τοῦ κατηγορουμένου λελουθότος, οὐ δὲ μονομερὲς ἀναπαλαίστως προσδυομένη. τοιαύτη μὲν ἡ ὑπόθεσις δὲ λόγου. [3] τελῶν δ' ὄντων προσώπων,

& pudore veritatem accedentem obtuebatur. Hac igitur imagine Apelles periculum, in quo fuerat versatus, expressit. Age verò & nos, si videtur, Ephesii pictoris exemplo recensceamus Calumniæ rationes, quum priùs ipsam definitione descripserimus. Nam hæc iconis erit effingendæ ratio. Calumnia igitur est delatio, quæ fit absente & nescio reo; cuique fides habetur audita una parte, nec delato ad refellendum admisso. Hujusmodi est orationis hujus argumentum. Et

1 Τὴν ἀλήθειαν προσιοῦσαν] Præclare hoc Apelles. Namque, utut oppressa aliquamdiu, emergit tandem victrix veritas, & mendaciorum nebulas sua luce dissipat. *O magna vis veritatis*, (exclamat dissertissimus Romuli nepotum) *quæ sæpe contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam, contraque fictas omnium insidias facile per se ipsa desendat!* Ita enim leg. uberius aliquanto Polybius lib. XIII: Καὶ μοι δοκεῖ μαγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ὑποδείξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μαγίστην αὐτὴν προσβολὴν δώσαμεν· πάντων γὰρ αὐτὴν καταμωμοζούλων, εἰσὶ τινες οἳ καὶ παντοτινὴν μὲν τὴν ψεῦδος παρουσίαν, ὡς εἰδὲ ὅπως αὐτὴν εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων· καὶ ποτε μὲν παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὐτῆς δωσαμιν, ποτὲ δὲ πολλὸν χρόνον ὑποκρυπτομένη, τέλος δ' αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ὑπισχνεῖται, καὶ καταμαχίζεται τὸ ψεῦδος. *Equidem existimo Naturam mortalibus Veritatem constituisse Deam maximam, maximamque illi vim attribuisse. Nam hæc cum ab omnibus oppugnetur, atque adeo omnes nonnunquam verisimiles conjecturæ à mendacio sient: ipsa per se nescio quomodo in animos hominum sese insinuat, & modo repente illam suam vim exserit: modo tenebris obtecta longo tempore, ad extremum sumpta vi ipsa vincit, obtinetque, & de mendacio triumphat.* Ad hoc exemplum, apud Apulejum lib. x. Milesiacor. quum novercæ scelus privignum falso insimulantis patefactum esset, *procedit in medium nuda veritas*, victrix scilicet intentatæ calumniæ. *Tollius.*

2 Τὰ προσόντα τῇ διαβολῇ] Clarius aliquanto vertere potuisset interpres; *quæ in calumnia spectanda sunt:* vel, *quæ calumniæ adsunt.* Idem.

3 Τελῶν δ' ὄντων] Recte. Duo scilicet injuria afficientes, tertius autem, qui injuria afficitur, ut ait apud Herodotum lib. VII. c. 10. ad Xerxem Artabanus: Διαβολὴ γάρ ἐστι, inquit, δεινότατον· ἐν τῇ δύο μοῦ εἰσι οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος· ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδικέει μὴ παρεόντα κατηγορέων· ὁ δὲ ἀδικέει ἀναπεισθεὶς πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμαθεῖν· ὁ δὲ δὴ ἄπρηκτος τοῦ λόγου τοῦδε ἐν αὐτοῖσι ἀδικέεται, διαβληθεὶς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου, καὶ νομισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι. *Calumnia res est omnium pessima: in qua duo sunt, qui injuriam faciant; unus, cui fiat injuria. Nam qui calumniatur, ea de causa injurius est, quod absentem accusat: at qui calumniam audit, quia illi credit, priusquam rem certo cognoverit, atque exploraverit. Contra, qui absens accusatur, injuria afficitur, tum, quod ab altero falso accusatur, tum quod ab altero vir malus esse judicatur.* Idem.

1 Κα-

[1] καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις, ὃ διαβάλλων, καὶ ὁ διαβαλλόμενος, καὶ ὁ πρὸς ὃν ἡ διαβολὴ γίγνεται, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐπισκοπήσωμεν, οἷα εἰκὸς εἶναι τὰ γιγνόμενα. πρῶτον μὲν δή, εἰ δοκεῖ, παραχωρῶμεν [2] τὸ πρωταγωνιστὴν ὁράσεως, λέγω τὸ ποιητὴν τῆς διαβολῆς. Οὕτως ἂν δὴ, ὡς μὲν σὺν ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐστι, πᾶσιν οἱμαι γνώσεσθαι. [3] οὐδεὶς γὰρ, ὃν ἀγαθὸς, κακῶν αἴτιος γέγονε τῷ πλησίον. ἀλλ' ἔστιν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἀφ' ὧν εὖ ποιοῦσιν αὐτοὶ τοὺς φίλους, οὐκ ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικοῦντες αἰτιῶνται, καὶ μισοῦσι συμπαθοῦντες, οὐδικημένοις, δόξαν δυσμενείας περιπλακόμενοι. ἔπειτα ἂν, ὡς [4] ἄδικος ὁ τοιοῦτος, καὶ παράνομός ἐστι, καὶ ἀσεβὴς, [5] καὶ τοῖς χρωμένοις

Et cùm, ſicuti in Comœdiis, tres ſint perſonæ, delator, delatus, & is, ad quem fit delatio: ſingulorum partes conſideremus, quid à quoque fieri ſit conſentaneum. Primùm quidem, ſi videtur, primarum partium actorem, calumniæ nimirum auctorem in medium producamus. Is utique quam minime ſit vir bonus, ignorat nemo. Neque enim quiſquam vir bonus proximo malorum eſt auctor. Nam bonorum eſt virorum, eo quod amicis benefaciunt, non eo quod inimicos criminantur, odiumque illis creant, aſcita benevolentiæ opinione, bene audire. Vnde injuſtum, ſceleratum, impium, & familiaribus damnoſum

1 Καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις] Vnde apud Horatium in Arte:

——— *Nec quarta loqui perſona laboret.* Tollius.

2 Τὸν πρωταγωνιστὴν τῆς δράσεως] Πρωταγωνιστὴς in fabula dicebatur, qui plurima recitabat: ſive, qui *primas partes agebat*, ut in Phormionis prologo Terentius loquitur: *Quia primas qui aget, is erit Phormio Paraſitus, per quem res geretur maxime.* Huic proximus vocabatur δευτεραγωνιστὴς; tertiarum vero partium τριταγωνιστὴς; quod Æſchini quondam à Demoſthene objectum fuit convicium. Erat autem τῷ πρωταγωνιστῇ, clariore voce uti: ſic ut ceteri, etiamſi clarius poſſent, tamen vocem ſuam ſummitterent, ut ille princeps quam maxime excelleret. Ita Cicero in Verrinis. *Idem.*

3 Οὐδεὶς γὰρ ὃν ἀγαθὸς] Cicero l. 1. de offic. cap. 7. *In juſtitia virtutis eſt ſplendor maximus, ex qua viri boni nominantur.* Hujus *primum munus eſt, ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus.* Plato in Gorgia: Οὐδεὶς γὰρ ἂν χαίροι μὴ ἀδικεῖν ἄνθρωπον εἰδώς. *Nemo namque bonus hominem, à quo nullam acceperit injuriam, accuſet.* Idem.

4 Ἄδικος ὁ τοιοῦτος] Iſocrates in Oratione de Permutatione: Οὐ θαυμάζω τῶν λεγόντων, ὡς ἔστι μεῖζον κακὸν διαβολή· τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου κακοεργότερον; ἢ ποῖος οὗτος μῦθος ἀδυνάτους οὐ δυνατὸν ποιεῖν, οὗτος δὲ μηδὲν ἀδικοῦντας δοκεῖν ἀδικεῖν, οὗτος δὲ δικάζοντας ὑπερβαίνειν· ὅλως δὲ τὸ μὲν ἀληθεῖς ἀφανίζει, ψευδῆ δὲ δόξαν παρασκευάσασα τοῖς ἀκούσιν, ὃν ἂν τύχῃ τὸν πολιτῶν, ἀδίκως ἀπόλλυσιν; *Non miror illos, qui dicunt ſummum malum eſſe calumniam, quid enim ea fieri poſſit maleficentius? qua facit, ut de mentientibus bene exiſtimetur; ut plane innocentes injurii eſſe videantur; ut judices pejerent: quæ denique veritatis lucem extinguit, & caligine mendaciorum auditoribus involutis quemvis civium per injuriam interficit?* Idem.

5 Καὶ τοῖς χρωμένοις ὀπαδήμασι] Themiſtius Orat. III. καὶ ἅμα ἀδικεῖ ἀμφοτέρους, τόν τε ἀπατηθέντα, καὶ ὃν ἐξαπατᾷ· τὸν μὲν ὅτι πάσχει ἀνάξια δίκης, τὸν δὲ ὅτι ἐργάζεται ἀναγκάζει. *Et ex aquo utrumque ladit, tam eum, cui inſidias molitur, quam qui ab eo decipitur: illum quod inique perpeti aliquid cogitur: hunc, quod inferre eam ipſam injuriam compellit.* Idem.

ἐπιζήμιον, ῥᾴδιον καταμηνῦσαι. πῆς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσειε [1] τὸ μὲν ἰσότητα εἶναι πᾶσι, [2] καὶ [3] τὸ μηδὲν πλέον, δικαιοσύνης ἔργα εἶναι. τὸ δ' ἄνισόν τε, καὶ πλεονεκτικὸν, ἀδικίας; ὁ δὲ τῇ διαβολῇ καὶ τῶν λόγων λάθρᾳ χρώμενος, πῶς οὐ πλεονέκτης ἐστὶν, ὅλον τὸ ἀκροατὴν σφετερίζόμενος, καὶ προκαταλαμβάνων αὐτῶν τὰ ὦτα, καὶ λοιδορούντων, καὶ τῷ δευτέρῳ λόγῳ παντελῶς ἄωτα καὶ κατασκώπτειν αὐτὰ, ὑπὸ τῆς διαβολῆς προεμπεπλησμένα; ἑκάστης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαίην ἂν ἐγὼ οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων, καὶ ὁ Δράκων, [4] ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ

sum esse Calumniatorem facile cognoscas. Quis enim non confiteatur æqualitatem in omni re, & ut non melior sit alterius sors, esse justitiæ: at inæqualitatem, & plus habendi cupiditatem, injustitiæ? Qui vero clam absentes insectatur, quî non fit pluris avidus, quippe qui auditorem totum sibi asserit, & aures ejus præoccupat, & obstruit, ac jam calumniis refertas, facit responsuro prorsus invias? Quæ sane extrema est injuria, vel optimorum legumlatorum judicio, Solonis & Draconis, qui jurejurando Senatum Athenienſem astrin-

1 Τὸ μὲν ἰσότητα] Eam initium esse justitiæ statuebat Pythagoras. Vide Iamblichum cap. 30. Cicero lib. II. de offic. cap. 12: *Ius enim semper quæsitum est æquabile. Neque enim aliter esset jus.* Tollius.

2 Καὶ τὸ μηδὲν πλέον] Malim, *nec plura sibi appetere.* Idem.

3 Τὸ μηδὲν πλέον] Definitur enim justitia, *quæ suum cuique distribuit*, apud Ciceronem lib. III. de Natura Deor. cap. 15. *Idem.*

4 Ἔνορκον ποιησάμενοι] Demosthenes, in initio Orat. de Corona, rogat Deos, ut judicibus eam mentem dent, ut non adversarium suum, sed leges & *jusjurandum* in consilium adhibeant, ὡς ὧν φησὶ ἅπασιν τοῖς ἄλλοις δικαίοις ἓν τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, *in quo præter cetera, quæ æqua forent, & illud adscriptum, ut utramque partem pari benevolentia audirent.* Qui & rationem paulo post subjungit, cur à judicibus legislator jusjurandum præstari voluerit, videns scilicet, ὅτι τὰς αἰτίας ἓν τὰς διαβολὰς, αἷς ἐν τῷ πρώτῳ λέγειν ὁ διώκων ἰσχύῃ, καὶ ἐνίοτε τοῦ φθάνοντος παρελθεῖν, εἰ μὴ τὸ δικαζόντων ὑμᾶς ὑμῶν ἐπὶ τοῖς θεοῖς εὐσεβείαν διαφυλάττων, καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὕστερον δίκαια εὐνοικῶς προσδέξῃ, καὶ παραφὼν ἑαυτὸν ἴσον ἓν κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, ἵνα τὰ διάγνωσιν ποιησῇ πρὸς πάντας. *Fieri non posse, ut reus criminationes & calumnias adversarii, quibus, quod prior verba faciat, prævalet, superet; nisi veritum quisque, qui judicaturi sedetis, pietatis erga Deum memores, & rei posteriore loco dicentis rationes benivolis auribus accipiat, & se ipsum æquum, & utrique parti communem auditorem exhibens, ita tandem de tota re sententiam ferat.* Senior ille è curia apud Apulejum lib. X. Milesiacor: *Nec patiar falsis criminibus petito reo manifestum homicidium perpetrari: nec vos, qui jurejurando adstricti judicatis, indultos servuli mendacio pejerare.* Solebant autem Iudices Athenis id jusjurandum quotannis repetere, quo sanctius judicarent. Isocrates in Orat. de permutatione: ἀλλ' ὀμνῦναι μὲν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν, ἃ μὲν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι τὸ κατηγορούντων, καὶ τὸ ἀπολογουμένων. *Quum quotannis juretis, vos eadem æquitate audituros tam reos, quam accusatores.* Vnde & Plato lib. XII. de leg. Νόμον δὲ κεῖσθω, δικαστὴν μὲν ὀμνῦναι δικάζειν μέλλοντα. *Lex autem sit constituta, ut judex de re quapiam cognituras prius jusjurandum det.* Nec aliter Christiani. Sarisberiensis in Policratico lib. V. cap 12: *Et quidem judices sacramento legibus alligantur jurati quia omni modo judicium cum veritate & legum observatione disponent. Ipso quoque jure cautum est, ut sacrorum Euangeliorum scriptura terribiles ante sedem judicialem depa-*

ἐμοίας [1] ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τὸ τῷ εὐνοικῶς ἴσην τοῖς κεκινδυνευκόσι δικαίως μεταδιδόναι; ἄρχεις ἂν ὁ δεσπότης λόγου ἀφαιρεῖσθαι, ἰατρὸν χείρονα ἢ ἀμείνονα φαναῖ. [2] πρὶν δὲ ἀντιξετάσαι τῷ ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ, παντελῶς ἀσεβὲς ἦν, καὶ ἀνόσιον ἡγήσατο ἕκαστος τῶν κρίνειν. καὶ γὰρ ἂν ἐκ αὐτοὺς ἀγανακτῆσαι τοὺς θεοὺς εἰκότως μοι, [3] εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ μετ' ἀδείας ἐθέλειν ἐπιτρέποιμι, [4] ἀποφράξαντες ἂν τῷ κατηγορουμένῳ τὰ

astrinxêre, ut pari benignitate, gratiaque tam reum, quam actorem, judex audiat, usquedum proposita rei defensione, ipsius causa melior, aut deterior altera videatur. Scelestum enim & iniquum fore judicium putarunt, priusquam cum accusatione comparata esset defensio. Ad hæc, ipsos etiam Deos indignari dixerimus, si accusatori libere, quæ vult, dicendi copiam fecerimus: at obturatis defensori auribus, aut

deponantur, ibique ab initio litium ad finem usque permaneant, nec amoveantur nisi sententia recitata: quo totius consistorii latitudo, Dei ipsius repleta præsentia, omnibus ad sacrosanctas scripturas metum incutiat & reverentiam; & ab inquisitione veritatis omnis iniquitas propulsetur. vide Rittershus. ad tit. Instit. de Oblig. Salvian. epist. 4. & de illis A. Gell. lib. 14. cap. 2. *Tollius.*

1 Ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι] Aristophanes:

Πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, ὡς ἂν δικάσαις.
Priusquam utramque audieris partem, ne pronuncies.

Item Euripides:

Τίς ἂν δίκλιν κρίνοιεν, ἢ γνοίη λόγον,
Πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ;
Quis autem litem dijudicet, aut sermonem cognoscat,
Qui non prius utriusque partis clare perceperit verba?

Seneca Medea, v. 199.

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Vnde Magistratus apud Apulejum l. x. *partim decuriones deprecari, partim populares compescere, ut rite & more majorum judicio reddito, & utrimque secus allegationibus examinatis civiliter sententia prometetur: nec ad instar barbarica feritatis, vel tyrannica impotentia, damnaretur aliquis inauditus; & in pace placida tam dirum sæculo proderetur exemplum.* P. Syrus:

In judicando semper criminosa est celeritas. Idem.

2 Πρὶν δ' ἀντιξετάσαι] Menander:

Ὁ πρὸς κατάγνωσιν ἢ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς κατ' ἐκείνου ἐστὶ πονηρὸς κακῶς.
Qui prius damnat, quam causam recte cognoverit,
Is homo improbus est, ut qui temere crediderit. Idem.

3 Εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ] Egregium est Iuliani Imperatoris responsum apud Ammianum Marcellin. lib. XVIII: *Numerium*, inquit auctor, *Narbonensis paulo ante rectorem, accusatum ut furem, inusitato censorio rigore pro tribunali palam admissis volentibus audiebat: qui cum inficiatione defenderet objecta, nec posset in quoquam confutari, Delphidius orator acerrimus, vehementer impugnans, documentorum inopia percitus, exclamavit: Ecquis, florentissime Cæsar, nocens esse poterit usque, si negare sufficerit? Circa quem Iulianus: Ecquis, ait, innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?* Idem.

4 Ἀποφράξαντες δὲ τὰ ὦτα] Contra Alexander M. apud Plutarchum in ejus vita: λέγεται δὲ καὶ τὰς δίκας διαιρεῖσθαι ἐν δεκτῇ τὰς διαπεμπούσας, ἢ χάριν τῶν τοῦ

ἀπε, ἢ τοῦ τόμου σιωπῶντες, κατεψηφιζόμεθα τοῦ ἀντιδίκου λόγου κεχειρωμένοι. Ὥστε ἐκ τοῦ δίκαιον, καὶ τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ὅρκου τὸ δικαστικὸν, φαίη τις ἂν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς. [1] εἰ δὲ τῷ μὴ ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν οἱ νομοθέται, δοκιμάζοντες ὅπως δικασταὶ ἐμμελεῖς ποιήσονται τὰς κρίσεις, [2] ποιητὴν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον ἐπαινεῖν τοῦ λόγου, εὖ μάλα περὶ τούτων ἀποφηνάμενον, μᾶλλον ἢ νομοθετήσαντα. Φησὶ γάρ, Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. ἡπίστευε γὰρ οἶμαι ἐκεῖνος, ὡς πολλῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ ἀδικημάτων, οὐδὲν ἂν τις εὕροι [3] χεῖρον, οὐδὲ ἀδικώτερον, [4] ἢ ἀκρίτους τινὰς, ἐξ ἀμοίρους λόγων καταδικάσθαι, ὅπερ ἐξ ἅπαντος ὁ διαβαλλων ἐπιχειρεῖ ποιεῖν, ἀκριβῶν ὑπάγων τὸν διαβαλλόμενον τῇ ἐξ ἀκοῆς ὀργῇ, ἐκ τῶν ἀπολογίαν τοῦ λαθραίως καὶ κατηγορίας ἀφαιρούμενος. καὶ

aut mussitanti ore, eum priori oratione subacti condemnaverimus. Itaque à justo, æquo, & judicum jurejurando calumniam abhorrere dicas. Iam ficui dubiæ fidei legum conditores videntur, quorum decreta commonent, justitia, non studio partium judicare, optimum poëtam citandum censeo, qui præclaram sententiam, imo potius hac de re legem tulit: quum dixit, *Ne litem dirimas, quin primum audiveris ambos.* Nimirum & hic intelligebat, nullam ex multis, quæ apud homines vigent, deteriorem & iniquiorem inveniri posse injuriam, quam indicta causa reum damnare. Quod omni ex parte calumniator molitur: qui, quem accusat, audientis iræ indefensum subjicit, & accusatione clancularia defensionem intervertit. Quivis enim hu-

ἑτέρου πρόσωπόν, τὸν κατηγόρει λέγοντος, ὅπως τοῦ κινδυνεύοντι καθαρὸν εὐλάβητα ἐξ ἀδιάβλητον. *Iam initio, quum judicia capitalia disceptaret, fama tenet manum eum alteri auri, dum diceret accusator, admovere solitum, reo ut alteram integram & intactam servaret à calumniis.* A qua tamen consuetudine postea desciv. *Tullius.*

1 Εἰ δὲ τῷ μὴ ἀξιόπιστοι] Hic non tam *fide dignos*, ut interpres voluit, quam *auctoritate pollentes*, quibus obtemperandum sit, τὸ ἀξιόπιστοι significat. Latini *idoneos auctores* dicerent. *Idem.*

2 Ποιητὴν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον] Paulo ante eadem ferme hæc verba ex Aristophane citavimus, qui ea ab Homero accepit. *Idem.*

3 Χεῖρον ἢ δικαιότερον] Cleanthes apud Stobœum Serm. xi.

Κακηγορίαν οὐδὲν διαβολῆς ἔστι πω,
Λάθρα λαβοῦσα τὸν πιθανὸν μένον,
Μίσος ἀναπλάττουσ' πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον.
Nihil fere tam est malignum, quam calumnia.
Hæc enim ubi clam aliquem à se persuasum decepit,
Odium exitat adversum eum, qui nihil est commeritus. Idem.

4 Ἢ ἀκρίτους τινὰς] Seneca de Ira lib. II. cap. 29. *De parvula summa judicaturo tibi res sine teste non probaretur; testu sine jurejurando non valeret. Utrique parti dares advocationem, dares tempus, ne semel audires. Magis enim veritas elucet, quo sæpius ad manum venit. Amicum condemnas de præsentibus, antequam audias, antequam interroges? illi, antequam accusatorem suum nosse liceat, aut crimen, iracteris?* Menander:

Ὁ προκαταγνώστου τις ἀκούσας πάθος,
Αὐτὸς πονηρός ἐστι πρόδηλος κακῶς. Idem.

1 Ἀπρί-

ψδ [1] ἀπαῤῥησίας, & δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἀνθρωπος, οὐδὲν εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες, [2] ἐξ ἀφανοῦς πόθεν [3] τοξεύων, [4] ὡς μὴ ῥᾳδίως ἀντιβλέψαι δυνατὸν εἶναι, μὴ ῥᾳδίως ἀντιμηχανήσασθαι, ἀλλ' οὐ δίκῃ, & ἀγνοίᾳ δεῖ πολέμου διαθεῖσθαι. [5] ὃ μέγιστον ἴσθι σημεῖον, & μηδὲν ὑμᾶς τοὺς διαβάλλοντας λέγειν. ἐπεὶ εἴ τις μεθήμη καταγνοὺς ἑαυτοῦ συνεπίστατο, οὗτος οὐ μόνον & [6] εἰς τὸ φανερὸν διελέγχῃ, & [7] διδοὺς δίκην, & ἀντιξετάζῃ τῷ λόγῳ. [8] ὥσπερ οὐδεὶς ἂν ὑμῶν & πρὸ φανοῦς νικᾶν δυνάμενος, [9] ἐνέδρᾳ ποτὲ, & ἀπάτῃ χρήσεται καὶ τῇ πολεμίᾳ. Γ' δεῖ δ' ἂν τις τοιού-

hujusmodi farinæ homo formidolosus nihil palam loqui audet: sed, perinde atque qui in insidiis latent, alicunde ex abdito jaculatur: ut non sit, qui resistere, adversaque manu contendere possit: at ignaro, & inscio unde bellum inferatur, sit pereundum. Quod maximo est indicio, calumniatores nihil sani dicere. Nam, qui veræ accusationis sibi est conscius, hic utique palam arguit, corrigit, & judicio se sistit cum adversario: ut nemo, qui hostem aperta acie vincere posset, insidiis & dolo uti vellet. Cæterum id genus homines

1 Α'παῤῥησίας] Idem Seneca ibidem: *Hic ipse, qui ad te detulit, desinet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit, quod me protrahas: ego productus negabo: aliquid nihil umquam tibi dicam. Eodem tempore & instigat, & ipse se certamini & pugnæ subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, pane non dicit.* Verumtamen ubi deprehensi jubentur incoram accusare, ab impudentia audaciam mutuantur. Vti Apelles fecit, cum à Philippo delatos falso Aratos cogeretur præsentes arguere. Historia est apud Polyb. lib. IV. *Tollius.*

2 Ε'ξ ἀφανοῦς] Alcæus: τὰν δ' ἀφανῆ πᾶς ἕπεται δόλος. *Obscura quivis comitatur dolus.* Idem.

3 Τοξεύων] Vt Nisus apud Virgilium lib. VII. Æn. Vnde

Sævit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec quo se ardens immittere possit. Idem.

4 Ω'ς μηδὲ ἀντιτάξασθαι] Verte: *ut nec ex adverso consistere, nec repugnare detur.* Idem.

5 Ο' μέγιστόν ἴσθι σημεῖον] Ita & Cassander Alexandro nimium facili ad credendas de patre ejus Antipatro calumnias respondit, τοῦτο αὐτὸ σημεῖον εἶναι τῶν συκοφαντῶν, ὅτι μακρὰν ἥκουσι τοῦ ἐλέγχου, *esse id ipsum calumniæ indicium, quod procul probationibus venissent:* ut est apud Plutarchum in ejus vita. *Idem.*

6 Εἰς τὸ φανερὸν διελέγχῃ] Cicero pro Cælio, cap. 3: *Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet.* Idem.

7 Διδοὺς δίκην & ἀντιξετάζῃ] Potius, *persequitur, seque adversarium professus rem judicio committit:* vel, *judicio cum eo experitur.* Idem.

8 Ω'σπερ οὐδεὶς ἂν] Nobile est Alexandri M. ad Parmenionem & Polysperchontem responsum apud Curtium, lib. IV. cap. 13. nam cum Parmenio furto, non prælio opus esse censeret, assentiente præ ceteris Polysperchonte, *Latrunculorum, inquit, & furum ista solertia est, &c. Idem.*

8 Ω'σπερ οὐδεὶς ἂν] Melius, ni fallor, vertisset interpres: *uti neminem tam ignavi abjectique animi reperias, qui, quum hostem aperto marte vincere posit, dolo eum ac insidiis circumvenire malit.* Idem.

9 Ε'νέδρᾳ ποτὲ] Q. Calaber l. III. v. 76:

Κεύθεσθαι δ' ἀτάλοισιν ἀεὶ ἀγαυοτέροις λοχάασθαι.
Clanculum autem imbelles semper præstantioribus insidiantur. Idem.

τας μάλιστα [1] ἴν τε βασιλέων αὐλαῖς, & περὶ τὰς τῶν δεχόντων, & δωροδόκων φιλίας εὐδοκιμοῦσι. ἔνθα πολὺς μὲν ὁ φθόνος, μυρίαι δ' ὑπόνοιαι, πάμπολλαι δ' ἠλακατειῶν, & διαβολῶν ὑποθέσεις. ὅπου γὰρ ἀεὶ μείζους ἐλπίδες, ἐνθάδε καὶ οἱ φθόνοι χαλεπώτεροι, καὶ τὰ μίση ἐπισφαλέστερα, καὶ [2] ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι. πάντες δὲ ἀλλήλους ὀξὺ διδέρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες [3] ἐπιτηρεῖσιν εἴ πῃ τι γυ-

nes in regum aulis potissimum videas versantes, & principum ac optimatum amicitia splendentes: ubi scilicet invidia crebra, innumeræ suspiciones, multæque assentandi & calumniandi occasiones. Nam ubi majores spes sese semper ostentant, hic & invidiæ sæviores, odia periculosiora, æmulationes callidiores vigent. Omnes se invicem acribus oculis intuentur, &, quemadmodum qui singulari certamine contendunt, dili-

1 Ἔν τε βασιλέων αὐλαῖς] Sarisberiensis in Policratico lib. VII. cap. 24. *Ceterum detractores & invidos sic in curia videbis abundare, ac si in eam, quasi totius orbis sentinam, comfluxerint.* De adulatoribus autem Plutarchus in libello, de discrimine amici & adulatoris ita loquitur: Ἔπ δ' ὤμοις ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρέσκοισι πυρφόροις, ὅτῳ τὴν κολακείαν ὁρῶμεν οὐ πένησι, οὐδὲ ἀδόξοις, οὐδὲ ἀδυνάτοις ἀκολουθοῦσαν, ἀλλ' οἴκων τε & πραγμάτων μεγάλων ὀλισθήμα & νόσημα γινομένην· πολλάκις δὲ & βασιλείας & ἡγεμονίας ἀνατρέψασαν. *Atque ut Simonides ait, equos alendi studium non lecythos comitari, sed agros frugiferos: ita videmus adulatores non pauperibus se adjungere, aut ingloriis & plebeiis, sed magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc morbumque esse, qui sæpe etiam regna imperiaque subvertat.* Plato in epist. ad Dionysium: Ἐ'ώρων γὰρ & τότε, καὶ νῦν ὁρῶ, τὰς μεγάλας οὐσίας, καὶ ὑπερβαλλούσας, οὐ τι ἰδιατῶν, καὶ μονάρχων, σχεδὸν ὁσωνοῦν ἂν μείζους ὦσι, τοσούτῳ πλείους & μείζους οὗτοι διαβάλλοντας, καὶ πρὸς ἡδονὴν μὴ αἰσχρὰς βλάβης ὑμνοῦντας τρεφούσας, ἢ κακοῦ ἀδὲν μεῖζον γίγνεσθαι πολίτῃ τε & ἰδιώτῃ ἐξεπίστασθαι. *Videbam id temporis, & adhuc video, magnas & immensas opes tum privatorum hominum, tum monarcharum, quo fuerint abundantiores, eo plures majoresque calumniatores alere, quique cum turpi damno ad gratiam loquuntur: quo nihil detestius divitia, altaque potentia generant.* Q. Curtius adulationem *perpetuum malum regum* vocat, *quorum opes sæpius assentatio, quam hostis everterit:* lib. VIII. cap. 5. Vnde Galenus de Dignotione & Curat. proprior. affectuum, virum veridicum explorare docens: Καὶ πρῶτον, inquit, ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ὅτι τὰς τῶν πλουσίων τε & σφόδρα δυναστῶν, ἢ & τὰς τῶν μοναρχῶν οἰκίας ἁπάντα σωιχῶς, γίγνωσκε μάτην ἀκηκοέναι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἀληθοῦσιν ἅπαντα· ταῖς γὰρ τοιαύταις κολακείαις ὑπεστιν & τὸ ψεῦδεσθαι. *Ac primum quidem, si eum videris divitum domos aut potentium, sive etiam regum, frequentantem, certo tibi persuadeas velim, frustra rumorem illum ad aures tuas accidisse, qui de ejus integritate in dicendo verum ferebatur. Hujusmodi enim adulationibus mentiri cognatum est.* Tollius.

2 Ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι] Sed nulla versutior aut fraudulentior supplantandi, calumniandique ratio, quam laudando. Nam & hanc invidia reperit aulicorum. Καινὸς γὰρ δόλος, inquit Polyb. IV. ὃν τῶν ὄφεσι τρόπῳ διαζῶντας τὸ μὲ φέροντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι δεῖ τοὺς πέλας· ὅρατε δὲ μάλιστε & πρῶτον τοιαύτη κακοτεχνήματα, καὶ βασκανία, καὶ δόλῳ ὂν τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῶν τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας & πολυτροπίας. *Novus enimvero calumniandi modus hic est inventus, cum non obtrectando, sed laudando alicui nocetur. Quæ malignitas, invidia, & fraus ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt: ea est illorum hominum æmulatio inter ipsos, ea avaritia.* Quare jure Tacitus in Agricolæ vita *pessimum genus* vocat *inimicorum, laudantes.* Idem.

3 Ἐπιτηρεῖσιν εἴ πῃ τι] Homerus de Achille cum Hectore pugnante, Il. χ'. v. 319.

Ωὼς

ρωσῆν μέρος ἰπάσειν ἢ σύμμετρον. [1] καὶ πρῶτος αὐτὸς ἤκιστος εἶναι βυλόμενος, παρωθεῖται, καὶ διασκαπίζειν τὸ πλησίον, καὶ τὸ ἐπὶ αὐτὸ εἰ δυνατὸς, ὑπωθεῖ, καὶ ὑποσκελίζει. [2] ἔνθα ὁ μὴ χρηστὸς ἀτεχνῶς οὗς ἀνατέτροφε, καὶ διασείειν. καὶ τὸ παλαιὸν, ἅπαξ ἐξίωσε. ὁ δὲ ἡλκωμένος αὖτε, καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις κακοηθείας παραινέτης, [3] οὐδὲν

diligenter obſervant, num aliquam corporis partem nudam & male munitam conſpiciant. Et cum quiſque velit primas obtinere, proximum ſummovet, & amolitur, & priorem, ſi poſſit, convellit, & ſupplantat. Hic, ſiquis eſt vir frugi, prorſus ilico ſubvertitur, & avellitur, denique ignominioſe expellitur. Verum qui aſſentandi eſt peritior, & ad hujuſmodi nequitiam habilior, pro-

Ὥς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' ὀξύκορος, τὸν δ' Ἀχιλλεὺς
Πάλλεν δεξιτερῇ, φρονέων κακὸν Ἕκτορι δῖῳ,
Εἰσορόων χρόα καλὸν, ὅπη εἴξειε μάλιστα, &c.
Sic ex cuſpide fulgor ſplendebat bene acuta, quam Achilles
Vibrabat dextera, cogitans malum Hectori divino.
Inſpiciens corpus pulchrum, ubi cederet maxime.

Similiter fere Virgilius de Darete l. v. Æneidos:

Ille, velut celſam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque perertat
Arte locum, & variis aſſultibus irritus urget. **Tollius.**

1 Καὶ πρῶτος αὐτὸς ἤκιστος εἶναι βυλόμενος] Seneca lib. III. de Ira, cap. XXXI: *Nulli ad liena reſpicienti ſua placent. Inde diis quoque iraſcimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantum hominum retro ſit; &, paucis invidentes quantum a tergo ſequatur ingentis invidentia.* Idem.

2 Ἔνθα ὁ μὴ χρηστὸς] Plutarchus de diſcrim. amici & adulatoris: ἔτος ἢ τὸν ἀληθινὸν ὑποδεῖ φίλος, καὶ ὡς ἥδιστα πλησιάζειν· ἂν ἢ μὴ δυνήται, φαιδρῶς μὲν ὑποστείλῃ, καὶ περίπτει, καὶ τέτηπεν, ὡς ἀμείνονας, λάθρα δ' ὑφίησί τινας ὁ ὑποσπείρῃ διαβολάς· κρυφίᾳ ἢ λόγῳ κνίσαι τὸν ἄλγος, κἂν μὴ παντελῶς δύσις ἐξεργάσηται, τὸ τῆς Μηδίας φυλάττῃ μεμνημένος· ὧν ἢ ὁ Μήδιος τῷ πρὸ τοῦ Ἀλέξανδρον χρῆσθαι καλῶν οἷον ἤξαρχος, καὶ συρίσας κορυφαῖος ὅτι τοῦ ἀρίστου σωτῆρος ἐπιλαθέσθαι ἂν ἐκέλευον ταῖς διαβολαῖς, διδάσκων, ὅτι κἂν θεραπεύσῃ τὸ ἕλκος ὁ δεδηγμένος, ἡ ἀλλὰ μένῃ τὸ διαβολῆς· ταύταις μέντοι ταῖς ἀλαῖς, μᾶλλον δὲ χαλεπαίναις ὁ χρησιμώτατος διαβεβλῆσθαι Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε τὸν Καλλισθένη, καὶ Παρμενίωνα, καὶ φιλώτην, &c. *Adulator autem veros amicos arcet, neque appropinquare ſinit: aut, ſi hoc non poteſt, palam quidem eos demulcet, colitque, & admiratur, ut meliores: clanculum autem ſubmittit aliquas & ſpargit calumnias. Vbi autem occultus ſermo ulceris pruritum excitavit, ſi non ſtatim rem perſecit, memoria tamen tenet atque obſervat Medii dictum. Fuit is Medius chori adulatorum, qui Alexandrum cingebat, veluti princeps, & calumniatorum ſummus, præſtantiſſimis imminens. Iubebat autem ſuos audaciter calumnias jacere, iiſque mordere alios: docens, tametſi admorſus ulcus ſanarit, tamen calumniæ cicatricem manſuram. His quidem cicatricibus, ac vomicis, aut gangranis potius & cancris corroſus Alexander Calliſthenem perdidit, & Parmenionem & Philotam,* &c. Cujus quidem Philotæ hiſtoriam ab æmulo Cratero per calumniam ſubverſi opere pretium eſt legiſſe apud Curtium lib. VI. cap. 8. quæ mirum in modum hæc, & ſequentia illuſtrat. *Idem.*

3 Εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθίσεις κρατεῖ] Hæc ita potius interpretarer: *primas tenet,*

κιμεῖ, καὶ ὅλως φθόνος κρατεῖ. τὰ δὲ ἔργα ὁμήρου πάνυ ἐπιληθόμενοι, ὅτι [1] Ἕκτορος ἐνάλιος, καὶ τὸν κρείττονα κρατοῦντα. τοιγαροῦν, ὡς ἐπὶ μικροῖς καὶ [2] ποικίλας καὶ ἀκάλλων ὁδὸς ἐπινοοῦσιν, ἵν' τι σχίζῃ ἐπισφαλέστατα εἶναι ἡ τῆς ἀληθοληῆς. τὴν μὲν ἀρχὴν, λόγου φθόνῳ ἡμιτονέλπιδος λαμβάνουσα. εἰκῇ πότερα ἦ, καὶ τραγικὰ ἐπάγουσι τὰ πάθη, καὶ πολλῶν συμφορῶν ἀνάπλεα. Οὐ μὴν τοι μικροῦ, οὐδ' ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο, ὡς ἂν τις ὑπολάβοι, [3] ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης, σὺν ὀλίγῃ ἢ ἀσχολίας, ἀκεραίας δὲ τινος ἐπιμελείας δεόμενον. ὃ γὰρ ἂν τοσοῦτον ἔβλαπτεν ἡ ἀληθολή, εἰ μὴ πιθανόν τινα τρόπον ἐκίνει. ᾗδη ἂν ἰσχύσει τῶν πάντων ἰσχυροτέραν ἀληθείαν, εἰ μὴ πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν, καὶ πιθανὸν, καὶ μυρία ἄλλα παρεσκεύασο κ' τῶν ἀκουόντων. Διαβάλλεται μὲν ἂν ὡς τὸ πολὺ μάλιστα [5] ὁ πανοῦργος. καὶ ἀλη-

probatur, denique ſuperat. Quibus verum Homeri carmen comprobatur: *Victorem & victum Mavors communis ademit.* Quocirca cum de rebus non exiguis inſtituatur certamen, alii in alios varias nocendi vias comminiſcuntur quarum compendioſiſſima & periculoſiſſima Calumniæ via: cujus principium ducitur ab invidia inter ſpem metumque fluctuante: ſed quæ miſerabiles, tragicos, & multis calamitatibus refertos exitus affert. Nec certe facile, ſimplexve eſt hoc quadruplatoris ſtudium, ut forte alicui videatur: ſed arte multiplici, ſolertia non mediocri, & accurata diligentia opus habet. Non enim tam gravem noxam infligeret Calumnia, niſi in ſpeciem vero ſimilia narraret: neque rerum omnium validiſſimam veritatem opprimeret, niſi appoſitis ad inducendum, & perſuadendum argumentis, aliiſque ſexcentis artibus inſtructa auditores deciperet. Porro calumnia plerumque appetitur potiſſimum, qui in honore eſt: ob quem poſte-

net, & illum denique pravertens ſuperat: quandoquidem exemplo ſuo hujus Homerici dicti veritatem confirmant.

Mars dubius ſæpe & victorem ſtravit ovantem. Tollius.

1 Ἕκτορος ἐνάλιος] Hectoris verba ſunt Iliad. Σ. v. 309. Livius lib. XXVIII. cap. 19: *ubi Mars communis & victum ſæpe erigeret, & affligeret victorem.* Propert. II. 27: *Cum Mavors dubias miſcet utrimque manus.* Ovid. I. Amor. el. 9: *Mars dubius*, &c. *Idem.*

2 Ποικίλας ὁδὸς ὑπνοῦσιν] Vnde invidiam πολυμήχανον & πάνουργον θηρίον Photius vocat, epiſt. prima, commate ις'. *Idem.*

3 Ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης] Vere. nam, ut ait Plautus Captiv. II. 1:

Doli non doli ſunt, niſi aſtu celas:
Sed malum maximum, ſi id palam provenit. Idem.

4 Οὐδ' ἂν κατόρθωσε] Cicero, pro Cluentio, cap. 65: *Hoc uno modo ſæpe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentia defenſio intercluſa reſpirat: quod aut ii, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia, atque projecta eſt, à conſiliis malitia deſerantur. Quod ſi aut confidens aſtutia aut callida eſſet audacia, vix ulla reſiſti modo poſſet.* Idem.

5 Ὁ πανοῦργος] Satisberienſis lib. VII. Policratici, cap. 24: *Vbique tamen, qui illuſtribus clareſcunt meritis, acrius invidia toxicato dente reduntur.* Velleius

Pa-

πεῖτο, [1] τοῖς ὑπολειπομένοις αὐτῆ ἐπίφθονον. ἅπαντες γὰρ τῷδ' ἐπιζώζουσι, καθάπερ τι κώλυμα, καὶ ἐμπόδιον προσιόμενοι. καὶ ἥκιστα οἷόν τε πρῶτον αὐτὸς ἔσεσθαι, [2] τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον ὑπολιορκήσας, καὶ τὴν φιλίας διαπεδησάμενος. οἷον [3] καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπὶ τῷ δρομέων γίνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲ ἀγαθὸς δρομεὺς, [4] τὴν ὕπαληγα δύσας καὶ ἀπισώσας, [5] μόνον δ' πρόσω ἐφιέμενος, καὶ τῷ διώκοντι ἀπο-

posterioribus est invidiosus: quo fit ut omnium telis affectetur, ceu obex, objectumque ipsis impedimentum. Seque primum fore quisque putat, quum sublimem illum expugnarit, & amicitia excusserit. Quale quiddam in gymnicis ludis accidit cursoribus: ubi strenuus cursor, fractis ilico carceribus, solum primas affectans, animumque ad metam adjiciens, inque pedum velocitate spem

Paterc. lib. II. c. 40: *Numquam eminentia invidia carent.* Livius lib. XLV. cap. 35. de Paulo Macedonico, cui triumphus negabatur: *Intacta invidia media sunt; ad summa fere tendit.* Apollodorus Comicus:

Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται.
Nam rebus obstat praelustribus invidia.

Cyprianus de Zelo & Livore: *Quanto ille, cui invidetur, successu meliore profecerit, tanto invidus in majus incendium livoris ignibus inardescit.* Philo ἀεὶ γὰρ ὁ φθόνος τοῖς μεγάλοις εὐτυχήμασιν ἀντίπαλος. *Invidia semper magnae felicitatis adversaria est.* Lucretius lib. III:

Consimili ratione ab eodem sape timore
Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem,
Illum adspectari, clarus qui incedit honore:
Ipsi se in tenebris volvi, caenoque queruntur.

Infinita porro sunt, quae in hanc sententiam cum apud Graecos, tum apud Latinos Scriptores belle dicta reperias. *Tollius.*

1 Τοῖς ὑπολειπομένοις] *Nam qui invidet, minor est*, ut ait Plinius lib. VI. epist. 17. Et, secundum Plautum in Captiv. Act. III. Sc. 4:

Est miserorum, ut malevolentes sint, atque invideant bonis. Idem.

1 Τοῖς ὑπολειπομένοις] Melius, dignatione inferioribus. *Idem.*

2 Τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον] Vento, *modo principem illum & in fastigio dignationis collocatum, expugnaverit, ac de illo amicitia gradu deturbaverit.* Idem.

3 Καὶ ὅτι τοῖς γυμνικοῖς] Pindarus Isthm. Carm. IV:

Ἔστιν δ' ἀφνεᾶ τύχᾳ
Καὶ μεγαλύνον,
Πείρᾳ τέλος ἄκρον ἐκβᾶσ'.
Τῶν τε γὰρ δίδοι τέλος,
Καὶ κρέσσον' ἄνδρων χειρόνων
Ἐσφαλε τέχνα καταμίξαισα.

Id est,

Est tamen incertitudo fortuna etiam pugnantium, priusquam ad finem summum veniant. Horum enim dat finem, & virorum deteriorum ars corripiens praestantiorem supplantat. Idem.

4 Τὴν ὕπαληγα δύσας καταπεδήσας] Τ' ὕπαληξ sive βαλὶς, item γόμμι Polluci, repagula, quae Latini *Carceres* vocabant, quibus apertis, non *fractis*, ut interpres habet, emittebantur currus. Videtur hic extentus funis fuisse, quo velut repagulo cursores continebantur; eoque remisso procurrebant. *Idem.*

5 Μόνον τῷ προσω] Interpres vertit *primas affectare*, ac si τὸ πρωτεῖον legeretur. Ἀλλ' πρόσω ἐφιέμενος, est: *tota mente intentus in spatium, quod cursu conficiendum restat,*

ἐκείνως πρὸς τὸ τέρμα, καὶ τοῖς ποσὶ τῷ ἐλπίδα τοῦ νίκης ἔχων, ἢ πλησίον ἰδὲν κακεργεῖ, ἰδέ τι τοῦ κῦ τὰς ἀγωνίσεις πολυπραγμονεῖ. ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, [1] καὶ ἀναδλος ἀνταγωνιστής, ἀπογνὺς τῷ ὲκ ἔχειν πρὸς ἐλπίδα, ἐπὶ τῷ κακοτεχνίαν ἐτράπετο. καὶ τοῦτο μόνον ἐξέπαυνος σκοπεῖ, ὅπως τὸ τρέχοντα ἐπισχών, ἢ ἐμποδίσας, ἐπισυμεῖ. ὡς εἰ τοῦτο ληφθείη, ὲκ ἂν ποτε νικήσαι δυνάμενος. ὁμοίως δὲ τοῖς καὶ παῖς φιλίαις τοῦ δύδαμένων γίγνεται. [2] ὁ γὰρ προέχων, αὐτίκα ἐπιβουλεύεται. [3] καὶ ἀφύλακτος ἐν μέσῳ ληφθεὶς τοῦ δυσμενῶν, ἀνηρπάσθη. οἱ δὲ ἀγαπῶντες, καὶ φίλοι δοκοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλοις βλάπτειν ἔδοξαν. τὸ, τε ἀξιόπιστον τοῦ ληστολῆς ὃς ὡς ἔτυχεν ἐπινοοῦσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ πᾶν αὐτοῖς εἶναι ἔργον, δεδοικότι τι προσαφῆ ἀπρόοπτον, μηδὲ ἀλ-

spem victoriæ habens, vicino non incommodat, neque aliorum certatorum res curat. Contra ignavus ille, & imbellis adversarius, desperata celeritate, animum ad fraudem convertit. Atque hoc solum in universum spectat, quomodo currentem objecta remora, vel impedimento, reprimere possit: quæ ni succedant, nunquam queat vincere. Haud aliter in ambiendis magnatum amicitiis accidit: apud quos qui prominet, statim insidiis involvitur, & incautus ab æmulis captus discerpitur. Hi deinde diligi, & amici videri incipiunt, eo quod aliis incommodarint. Iam quod Calumniæ fidem faciat, non temere excogitant: sed in coloris delectu toti occupantur, metuentes ne quid absoni, aut alieni attexant.

restat, *quo id absolvat.* Nemo hunc locum melius interpretabitur, quam Virgilius lib. v. Æneidos:

——— *Signoque repente*
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt
Effusi, nimbo similes: simul ultima signant.

Quod ad verbum est, τὸ διανοίαν ὑποτίνουσι πρὸς τὸ τέρμα. Tollius.

1 Καὶ ἀναδλος ἀνταγωνιστὴς] Cicero Philippica x. cap. 1: *Declarasti enim verum esse id, quod ego semper sensi, Neminem alterius, qui sua consideret, virtutis invidere.* Idem.

2 Ὁ γὰρ προέχων] Pessime interpres exposuit, *qui prominet.* Repone, *qui ceteris antistat:* ut apud Catullum:

Veranni, omnibus e meis amicis
Antistans mihi milibus trecentis. Idem.

3 Καὶ ἀφύλακτος] Cyprianus de simplicitate Prælatorum: *Facilior cautio est, ubi manifesta formido est; & ad certamen animus ante præstruitur, quando se adversarius confitetur.* Verum, ut bene Seneca, *Professa perdunt odia vindicta locum.* Idem.

4 Ἐν μέσῳ ληφθείς] Non satisfacit mihi interpres. Malim, *circumventus rapitur.* Eleganter Ausonius in Cupidine Crucifixo locum hunc illustrat:

——— *Hostemque unum loca non sua nactum*
Facta nube premunt. Trepidantem, & capta parantem
Suffugia, in cœtum media traxere caterva.
Elizitur mastio, &c.

Contra apud Ciceronem pro Cluentio, c. 65: *Innocentia defensio sæpe multorum improbitate intercluſa respirat.* Idem.

1 Τὰ

λότερον. ὡς γῶν ἐπὶ πολὺ [1] τὰ προσόντα τῷ Δημοσθένει [2] πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες, οὐκ ἀπιθάνους ποιοῦντι τὰς κατηγορίας. οἷον, ὁ μὲν ἰατρὸν Δημοσθένην ὡς φαρμακέα. ὁ πλούσιον ὄ, ὡς τύραννον. [3] ὁ τυραννικὸν ὄ, ὡς προδοτικόν.

xant. Sic plerunque ejus, quem deferunt, rationes in deterius interpretando, probabiles reddunt accusationes. Medicum veneficii; locupletem affectatæ tyrannidis; tyrannum proditionis insimulant. In-

1 Τὰ προσόντα] Hic sunt vel fortunæ, vel ingenii, vel quæcunque alia bona, commoda, conditio: quæ alicui adsunt, quibusve conspicuus est. *Tollius.*

2 Πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες] Basilius Magnus de Invidia: Δεινὸν ὂ ταῖς εἰς τὸ χεῖρον παραλήψεσι τὸ ἐπαινετὸν διαπύσαι, καὶ ἐν μέτρῳ ψέγειν ἃ ἐχρῆν διαβάλλειν. *Improbum autem est, in pejus deflectendo quod laudabile est culpare, & è malitiæ vicinia virtutem criminari.* Satisberiensis lib. VII. Policratici, capite 24. de calumnia loquens: *Et nunc quidem*, inquit, *bona aliena pervertit, nunc minuit: mala autem fingit, qua non sunt; aut magnificat, & extollit, si qua sunt.* Contra ea Quintilianus lib. II. cap. 12: *Est præterea quædam virtutum vitiorumque vicinia, qua maledicti us pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur.* Sic & in amore, & in amicitia vitia proximarum virtutum appellationibus velantur. Lucretius lib. IV:

Nigra melichrus est, immunda & fœtida acosmos.
Casia pallidior, nervosa & lignea dorcas, &c.

Et apud Theocritum Battus Idyll. X:

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέουσι τὸ πάντες,
Γύαν, ἁλικάωτον. ἐγὼ δ' μόνος μελίχλωρον.
O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant,
Tenuem, sole adustam. ego vero solum flavam mellis instar.

Est item apud Aristænetum illius vitiorum in melius interpretationis amatorium exemplum, lib. I. epist. 18: Καὶ ὁ μήν τις τῶν νέων, ὅπη σιμὸς, ἐπίχαρις παρά σοι καλεῖται καὶ παινεῖ· τὸ δὲ τὸ μυκτὸν βασιλικὸν ὄρος· τὸ δὲ διὰ μέσου τέτων. ἐρεῖς ἐμμετρότητα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικὸς ὀνομάζεις, λευκὰς δὲ θεῶν παῖδας σεσοιρικὰς· μελιχρώτας δὲ οἷς τέρομά τι, ἀλλ' ἀποίημα εἶναι. Vbi nisi & in Platone ita legeretur, & à Plutarcho in σεσοαποίημα mutatum esset, χρῶμα pro ποίημα legerem. Neque vel ita tamen Platonis mihi locus sanus esse videtur. Μελαγχλώρους δὲ ἓ τέρομα οἷς πυὸς ἄλλα ποίημα, ὑ ἱερᾶ ὑπουρεζομένη τὸ ἓ θύρεος φέρον ἡ ὠχρότητα, ἐὰν ὄπ ὥρα ᾖ. Lege, μελαγχλώρους, (sive μελίχρους, ut alii malunt) δὲ ἓ τέρομα οἷς δὲ ἀλλ' χρῶμα εἶναι ἱερᾶς &c. ad plures illi sermo institutus est, sic ut τὸ οἷς vitiosum esse quivis facile deprehendat. Ceteræ mendæ manifestæ sunt. Posset autem τὸ ποίημα facies verti: nisi quis σεσοαποίημα cum Plutarcho malit: cujus vocis vim Cicero pluribus explicat, lib. II. de Oratore cap. XIV: *ut cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer.* De Amicitia locus est eximius, sed prolixior, apud Horatium lib. I. sat. 3: ubi tandem livorem nostrum, & animi æruginem perstringit, dicens:

At nos virtutes ipsas invertimus; atque
Sincerum cupimus vas incrustare. probus *quis*
Nobiscum vivit! multum demissus homo. *illi*
Tardo *cognomen* pingui damus. *pro* bene sano,
Ac non incauto, fictum, astutumque *vocamus*, &c.

Plura ad Lucret. & Horatium Lambinus congessit, quæ describere nolo, ne aliemæ fructum diligentiæ videar velle intercipere. *Idem.*

3 Τὸν τυραννικόν] Malim, *tyrannidis*, vel *tyranni ministrum*, quam *tyrannum*, vertere. *Idem.*

σιότε μὲν τοῦτο ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλει τὴν ἀμφιβολὴν τοῖς διαφοροῦσι. καὶ ὅπως τὸ σκέμμα τοῦτον οἱ κακοήθεις αὐτοὶ ἀρμοζόμενοι, ὑφαρπάσωσιν. ὡς μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντως ἴδωσι, διενόησε φασὶ τῇ γυναικὶ συνδεῖπνον. καὶ ἀπιδὼν εἰς αὐτὴν, ἀπεστέναξε. καὶ [1]ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν ἐμάλακισε, καὶ ὅλως ἐρωτική. καί τινες δὲ μοιχικαὶ πρὸς αὐτὸν αἱ διαβολαί. ὡς δὲ ποιητικὸς ἦν, καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῶν, μετὰ Διὸ ἐχλεύασέ σε [2]Φιλόξενον τὰ ἔπη, καὶ διέσυρε, [3]καὶ ἄμετρα εἶπεν αὐτὰ, καὶ κακοσιώητα. πρὸς δὲ τὸ ὑστεῖν, καὶ φιλόξενον, ἄηδον, καὶ ἀόσιον ὁ φίλον διαπάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενον, καὶ τὴν πρόνοιαν ὑφιέμενον. [4]ὁ δὲ ἀκούσας, οὕτως μύωπι λαφ ὤτος τυπεὶς, διακεκαυτευμένος τὸ εἰκὸς, καὶ ἀπέραπτεν τὸν φίλον, καὶ ἀπειμένας τὸν ἀκελεῖ ἔλεγχον. ὅλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπινοῦσι, καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν εἰς ὀργὴν δυνάμενα παροξύναι τὸν ἀκροώμενον.

Interdum auditoris affectus ſua calumniis diſcrimina ſuppeditat: ad cujus mores hi maligni homines ſeſe accommodantes, ſcopum attingunt. Nam ſi zelotypum ipſum eſſe perſpexerint: annuit, inquiunt, ille uxori tuæ inter epulas, eamque intuitus ſuſpiravit: Stratonice viciſſim ſuave quiddam, & amatorium: alia item, quæ ad ſuſpicionem adulterii faciunt. Sin poëticæ ſtudioſus illa arte ſibi placeat: Per Iovem tua carmina Philoxenus irriſit, infectatus eſt, hiulca & lege ſoluta dixit. Apud religioſum, & pium, impietatis, & flagitii accuſatur amicus, quaſi numen rejiciat, & providentiam neget. Tum auditor, ceu œſtro in aurem immiſſo, excandeſcit, ut eſt conſentaneum, & re nondum accurate cognita, amicum averſatur. Talia fere ſunt, quæ ab impuris iſtis confinguntur & dicuntur; cum ea norint audientis animum ad iram maxime poſſe pro-

1 Η' Στρατονίκη] Alluſit partim ad hiſtoriam Antiochi Seleuci R. filii, qui novercæ amore flagrans ope Medici voti compos fuit factus: partim ad calumniam, qua Combabus fuit impugnatus apud eundem Seleucum, ac ſi Stratonices manifeſtarius adulter eſſet. Utramque noſter fuſe exponit in libello de Dea Syria: illam Plutarchus in vita Demetrii Poliorcetæ: quam breviter item noſter attigit in Icaro-Menippo: Σελεύκῳ δὲ Ἀντίοχον ἑώρων γλαυκίσκην διαλύοντα λάθρα τὴν μητρυιάν. *Seleuci autem filium Antiochum videbam clam Stratonicæ novercæ innuentem.* Ex hac hiſtoria effictam habes narratiunculam apud Ariſtænetum lib. I. epiſt. XIII. Repoſui autem, ejecta *uxoris* voce, nomen proprium, in quo ad hiſtoriam reſpicitur, quam expoſuimus. Mox legam *ἀνδρὸς*. Interpres non nimis bene vertit. *Tollius.*

2 Φιλόξενον] Nobilis poëta Lyricus, qui cum Dionyſii tyranni carmina liberius damnaret, ab eo in Latumias detruſus eſt: unde Tarentum aufugiens Dionyſio revocanti epiſtolam miſit una litera O, id eſt ω, notatam. plura Suidas. Meminit & Plutarchus de fortuna Alexandri, orat. II. in initio. *Idem.*

3 Καὶ ἄμετρα] *Hiulca*, interpres. Rectius, *immodulata*, ut Horatius in Arte:

Non quivis videt immodulata poëmata judex. Idem.

4 Ὁ δὲ ἀκούσας] Verte: *quo ille*, ſc. amicus, *audito, ſtatim velut œſtro percitus auribus, uti par eſt, inflammatur, & moram accurata inquiſitionis non ferens, averſatur amicum, repellitque. Plane enim iſtiuſmodi mendacia confingunt, quæ ex maxime norunt audientis animum ad iram poſſe provocari.* Idem.

1 Καὶ

καὶ ἔνθα τοῦτός ἐστιν ἔπαινος ὑπισχνούμενοι, ἐπὶ σπουδὴν τοῦ δίκαια, καὶ ἀκριβῶς ζητεῖν εἰς αὐτόν. ὥστε τῇ ἀδικουμένῃ ὀργῇ πεπαρασκευασμένον [2] μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τὴν ἀληθείας. ἀλλὰ καὶν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ πυθέσθαι τοῦ κατηγόρου τὰ ἀκριβέστερα, [3] ὡς ἀληθῆ πεποιημένα. [4] Ἀνυποψίατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς, τὸ ὑπανοίατον τῆς ἀκόσμου ἐπιθυμίας. ὁπότε δὲ παρὰ Πτολεμαίῳ [5] τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐμέθυσέ τις, ὃς διέβαλε [6] τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τι πίνῃ, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. καὶ εἰ μὴ κληθεὶς [7] ἔωθεν ἔπινέ τι, πάντων ὁρώντων, καὶ λαβὼν

provocare. Et qua parte quisque præstat, cognoscentes, illa ipsum telis jaculisque petunt: ne auditor, subita conturbatus ira, aliquod vero cognoscendo collocet otium: deinde ei, qui se purgare velit, non attendat, inopinato crimine, tanquam vero præoccupatus. Etenim ea calumniæ species est efficacissima, quæ cum auditoris cupiditate conflictatur: quando etiam apud Ptolemæum cognomento Dionysum quispiam olim Demetrium Platonicum accusavit, quod in Bachanalibus aquam biberet, solusque omnium mulieribus non fuisset indutus. Ac nisi mane vocatus vinum bibisset omnium in conspectu, & sumta veste Ta-

1 Καὶ ἔνθα τοῦτός ἐστιν] Sic Alexander Parmenionis auctoritatem moleste ferens, à Cratero in Philotam; invidiosa illius & suspiciosa commemoratione accenditur: Curtius l. VI. cap. 8. sic Nero à Capitone Cossutiano in Thraseam inflammatus, quod non adfuisset in Poppeæ Sabinæ consecratione, quam Nero præ ceteris dilexerat: Tacitus lib. XVI. cap. 22. Sic apud Phædrum libertus ille,

Adjecit id, quod sentiebat maxime
Dolitorum amanti.

Ceterum exemplorum ὅσα κάνις. Benedictus male legit ἀφῶτος, pro τοῦτος, vertitque *& qua parte præstat.* nos emendavimus & contextum, & interpretationem, vertentes, *& qua quisque parte maxime vulneri patet.* Tollius.

2 Μηκέτι σχολὴν ἄγειν] Verterim: *indaganda, seu perscrutanda, veritati non modo non vacet: verum etiam si quis objectum crimen diluere voluerit, non admittat defensionem, insolentia audita criminationis, tamquam veritate præoccupatus.* Idem.

3 Ὡς ἀληθῆ] Nisi ἀληθῆ hic neutro genere accipitur pro substantivo, legendum hic vel ἀληθία, quod malim; vel ἀληθές, ut ad ἀκριβέστερα referatur. *Idem.*

4 Ἀνυποψίατον γὰρ ὄν] Atticismus, pro, ἀνυπονόητον γὰρ ἐστι. Sic Homerus Iliad. Θ. v. 306:

Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλε, ἣν τινα κήπῳ
Καρπῷ βριθομένην, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν.

Pro βεβριθυῖαν. Pro ὁπότε malim, ἅς ποτε. Idem.

5 Τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι] Qui undecimus fuit Ptolemæorum. *Idem.*

6 Τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον] Cujus & Antoninus Imp. meminit lib. VIII. cap. 22. adeatur Ionsius in Histor. Philosophica. *Idem.*

7 Ἔωθεν ἔπινε] Quo nihil viro gravi turpius, nisi cum res poscit, aut jubet valetudo: antiquis autem rarum, & insuetum, ut etiam Apostolos illud diei tempus ab ebrietatis potuerit suspicione vindicare. Res igitur erat extremæ luxuriæ, quam & feminæ adamabant nequiores Apuleius lib. IX. *Quanto me felicior*

ἂν [1] ταραντινίδιον, [2] κύμβαλά τε, καὶ προσωρχήσατο, ἀπολώλει ἄν, ὡς ἐγὼ ἡδέως τῷ βίῳ ἐβασ-

Tarentina, cymbala pulsasset, & saltasset, plane periisset; quod

Daphne vicina, qua mero & prandio matutino saucia cum suis adulteris voluptatur. Idem eodem libro: *matutino mero, & continuo stupro corpus emancipavat.* Tollius.

1 Ταραντινίδιον] Pollux lib. VII. cap. 17: καὶ μὴν τὸ ταραντινίδιον διαφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὀνομασμένον ἀπὸ τῶν ταραντίνων χρήσασθαι πρώτων. *Est autem pellucida vestis, Tarantinidion, ita à Tarentinorum usu luxuque appellata.* Hesychius: Ταραντινὸν, sive, ut alii legunt, ταραντινίδιον, ἱμάτιόν τι γυναικεῖον λεπτὸν, κρόσσους ἔχον ἐκ τῆς ἑνὸς μέρους. *Tarantinidium, vestimentum muliebre tenue, fimbrias, seu villos habens ab una parte.* Vtebantur eo plerumque meretrices. Lucian. in dial. meretr. Οὐκ αἰσχύνῃ μόνη τῶν ἑταιρῶν ἐκ ἀλλόκοτον, ἐχ ὅρμον, ἢ ταραντινίδιον ἔχουσα. Apud Pollucem cap. XIII. lib. VII. fragmentum est veteris poetæ, Παρθένῳ δ' εἶναι δοκεῖ, φορῶν κροσσωτὸν, καὶ γυναικεῖαν στολήν. *Virgo esse videtur, gerens fimbriatas vestes, & muliebrem stolam.* Muliebri autem veste Bacchus amicichatur. Vide Senecam. Et Tragœdi, omnesque Dionysiaci artifices, quorum nota *Syrmata.* Apud eundem Pollucem, Λυδῶν χιτών τις βακχέα, διονυσιακὸς, σατύρης. Et apud Hesych. βακχάραι χιτῶνες, ἐσθῆτες αἱ θρᾴκιαι βάκχαι. Hinc & Bacchus βασσαρεὺς dictus. Commentator vetus Horatii l. I. od. XVIII: Bassareus *dictus est liber pater à genere vestis Baccharum:* unde & *Baccha* Bassaridis *dicta Pers.* Bassaris & *Lyncem.* Bassaris *enim genus vestis est, ad pedes usque demissa, dicta à* Bassara, *loco Lydiæ,* ubi fit. Vbi *Bassara* pro *Bassaris* legendum videtur. Verum Etymologici auctor & in etymologia, & in ipsa nominis denotatione variat. Quamquam etiam *Bassaris* apud Persii Scholiasten inveni, ad Sat. I. v. 101: *Bassarides,* inquit, *Bacchæ. Quibusdam videtur à genere vestis, qua Liber pater utitur, demissa ad talos, quam Thraces* Bassarin. *Quidam à vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur. Vulpes Thraces* Bassares *dixunt.* Idem.

2 Κύμβαλά τε] Cymbala namque cum saltatione jungebantur in Deorum effeminato cultu: præsertim in festis Bacchi, Herculis, & Matris Deum Cybeles. Iustinus de Ptolemæo Philopatore, lib. XXX: *adduntur instrumenta luxuria, tympana & crepundia;* sive, ut alii malunt, *crepitacula.* Vbi tamen τὸ *crepundia* ab interprete esse censuerim. Nam de eodem loquens Plutarchus tympani tantum meminit. Sed, uti dixi, & cymbala in ejusmodi festis solemnia fuere. Apulejus de Gallis Cybeles, lib. VIII. Milet. *Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* Lucretius lib. III.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur cornua cantu.
Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentis.

Erant autem ea vel ex ære, vel è buxo, quæ mutuo collisu non ingratum sonum edebant. Ausonius in Epist. ad Paulinum XXV;

Cymbala dant ictu sonitum: dant pulpita saltu
Icta pedum: tentis reboant cava tympana tergis.

Propertius lib. III. el. XVI; ad Bacchum:

Levis odorato cervix manabit olivo,
Et series nudos veste fluente pedes.
Mollia Dircæa pulsabunt tympana Thebæ;
Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle
Fundet ad Idæos cymbala rauca choros.

Anthol. lib. IV. de Herc. & Baccho:

Αἰμ-

λέως, ἀλλ' [1] ἀνύποπτος ἦν, καὶ ἀνύβριστος τῆς Πτολεμαΐδος τρυφῆς. [2] Ὥστε ὁ Ἀλέξανδρος, μεγίστη τότε ἂν ἀπάντων διαβολὴ λάβοι, εἰ ἔλοιτό τις μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὴν Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐζήλωσε προθεῖναι τὸ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλοφυΐᾳ, [3] καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. Δήμους δὲ νεὼς τε ἀνέγειραν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη κατεδείμαντο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελέσθησαν. [4] καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μεθιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ σπουδῇ, θανάτῳ ἐπεκρέματο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες οἱ κόλακες τῷ μεγαλοπρεπεῖ τούτῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, πρόσχημα εὐθὺς, καὶ ἀνάζωπύρουν, [5] ὀνείροις δι-

quod regis moribus non delectaretur, ſed Ptolemæi deliciis infenſus eſſet, & adverſarius. Apud Alexandrum graviſſimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare nollet Hephæſtionem. Nam poſteaquam is è vivis exceſſit, amore victus Alexander, ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, ut mortuus inter Deos Hephæſtion haberetur. Continuo civitates ei templa condiderunt, delubra dedicarunt, aras, victimas, & feſta novo huic Deo conſecrarunt. Eratque nomen Hephæſtionis jusjurandum omnium religioſiſſimum. Siquis autem vel riſiſſet ad ea quæ fiebant, vel non omni ſtudio colere viſus eſſet, culpa capitalis erat. Aſſentatores autem perſpecta hac juvenili Alexandri cupiditate, ei ignem & fomitem addere cœperunt, ſomnia narrantes

Ἀμφοῖν ἥ τε λαμπτηρίδες εἴκαλα δ' ὅπλα
Νεβρὸς, λεοντῆ, κύμβαλα δὲ, πλαταγή.
Sudorumque pares metæ, paria arma: leonis
Exuviæ, hinnuleus, cymbala cum ſtrepitu.

Eleganter ad rem Tertullian. de Pallio: *Atquin alius & ſericatus & crepidam aratus inceſſit, & ut digne quidem Bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit.* Tollius.

1 Ἀνυποπτος] Exprobrator. Lactantius lib. v. cap. 6: *Et quoniam mores ac vitia regis imitari genus obſequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem; ne exprobrare regi ſcelus viderentur, ſi aliter vivorent.* Vid. Tacit. xvi. 22. Et Lactant. l. v. cap. 9. p. 482. Iſocr. p. 10. *Idem.*

2 Ὥστε ὁ Ἀλέξανδρος] Malim ita vertere: *Ita & apud Alexandrum hac omnium maxime valebat calumnia, ſiquis neque colere ut Deum, neque adorare velle Hephæſtionem deferebatur.* Idem.

3 Καὶ θεὸν χειροτονῆσαι] Pluribus hæc Arrianus, Curtius, Plutarchus in vita Alex. M. *Idem.*

4 Καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος] De Caligulâ Suetonius refert, eum inter cetera amoris erga Druſillam documenta nunquam deinceps niſi *per numen Druſillæ* dejeraſſe. Idem in morte Iulii Cæſaris narrat, controverſias quaſdam à plebe *interpoſito per Cæſarem jurejurando* diſtractas: & Claudium Imp. *jusjurandum* ſibi *neque ſanctius* neque *crebrius* inſtituiſſe, quam *per Auguſtum*: quin & violata perjurio numina iſta gravius vindicata, quam ſi quis per ipſum Iovis numen, aut majorum gentium Deos pejeraret. Sic ut vere dixerit Tertullianus in Apologetico: *Citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum geniam Cæſaris pejeratur.* Idem.

5 Ὀνείροις] Id enim inter divinitatis ſigna. Vnde & ægrotantes, & futura

γέμενοι δὲ Ἡφαιστίωνος, [1] ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσαπτόντες αὐτῷ, καὶ [2] μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ πάλιν, ἤγουν [3] παρέδρῳ, καὶ [4] ἀλεξικάκῳ ἐφέστ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἡδέως τι ἀκούων, καὶ τὰ πλάσματα [5] ἐπίστευε, καὶ μέγα ἐφρόνει, ὡσπερεὶ καὶ Θεοῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. πόσους τοίνυν οἰόμεθα τῷ Ἀλεξάνδρῳ φίλους δοκεῖ τὸν κοινὸν ἐκεῖνον ἀπολωλῶτα Ἡφαιστίωνος θειότητος, διαβληθέντας, ὡς ὑπὸ τιμῶσι [6] τὸν κοινὸν ἀπάντων Θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξελαθέντας, καὶ τῆς βασιλέως φιλίας ἐκπεσόντας; τότε δὲ

tes Hephæſtionis, apparitiones quaſdam, & medelas ei attribuentes, ejuſque oracula prædicantes: denique aſſeſſori, malorumque depulſori Deo ſacra fecerunt. Alexander autem hæc jucunde audiebat, tandem etiam ut veris fidem habebat, & gloriabatur, quod non modo Dei filius eſſet, ſed Deos etiam creare poſſet. Quot igitur Alexandri amicos putamus illam Hephæſtionis divinitatem tum male habuiſſe, quum accuſarentur, quod communem omnium Deum non colerent: ideoque expellerentur, & regis benevolentia exciderent? Tunc temporis Aga-

prænoſcere cupientes, in Deum, Æſculapii præcipue, & Serapidis, nec non Apollinis, ſeſe templa conferebant, per ſomnium illorum voluntatem, reſponſave expiſcaturi. *Tolius.*

1 Ἐπιφανείας] Illuſtravit hanc vocem, locumque Luciani, Vir illuſtris Ezech. Spanhemius in V. Diſſertatione de re Nummaria: quod opus à me juventuti nunquam non erit commendatiſſimum. *Idem.*

2 Μαντείας] Et oracula ad auctoritatem novo Deo conciliandam efficta. Æmulatus eſt in Antinoo Hadrianus, quem non ſecus ipſe, ac Hephæſtionem Alexander, dilexerat. Spartianus in ejus vita: *Et Græci quidem volente Hadriano eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes, qua Hadrianus ipſe compoſuiſſe jactatur.* Idem.

3 Παρέδρῳ] Servius in VII. Æneid. *Revera Virbius eſt numen conjunctum Dianæ, ut matri Deum Attis, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis.* Id eſt πάρεδρον. Πάρεδροι etiam σωμάθρονοι dicti, teſte Heſychio, quamquam viri docti τοὺς παρέδρους τοῖς σωμάθρονοις inferiores exiſtimant, & ordine, & dignatione. quin & Gallus ſeſe apud noſtrum in dialogo ſui nominis πάρεδρον Ἐμὲ jactat. *Idem.*

4 Ἀλεξικάκῳ] Quod Herculi, quem æmulabatur Alexander, cognomen datum in Deorum numerum cooptato. Fuit item Apollinis cognomen, de quo videndus Pauſanias in Atticis, pag. VI. *Idem.*

5 Ἐπίστευε] Iuvenalis Sat. IV:

Quid apertius? Et tamen illi
Surgebant criſta. Nihil eſt, quod credere de ſe
Non poſſit, cum laudatur dis æqua poteſtas. Idem.

6 Τὸν κοινὸν ἀπάντων Θεὸν] Erant enim & peculiares vel populis, vel familiis, ſeu gentibus Dii; Auſon. in Cæſaribus:

Æneadum generis qui ſextus & ultimus heres,
Poliuit, & clauſit Iulia ſacra Nero,

Inprimis heroes in Deûm numerum relati; ut populo Romano Quirinus. Cæterum, qui plura Deorum nomina deſiderat, uni tantum culta vel cognita populo, legat cap. XXIV. Apologetici Tertulliani, & lib. IV. Auguſtini de Civitate Dei, cap. 8. & paſſim. Sermon. VIII. Theodoretiad infideles Græcos, &c. *Idem.*

1 Τὰ-

Ἀγαθοκλῆς ὁ σάμιος, [1] ταξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παράμενος παρ' αὐτῷ, μικρῷ δεῖν [2] συνηγωνείρχθη λέοντι, διαβληθεὶς ὅτι δακρύσαι παρεῖναι τὸν Ἡφαιστίωνος τάφον. ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, [3] ἐπομοσάμενος καὶ πάντας θεοὺς, καὶ καθὸ Ἡφαιστίωνος, [4] ὅτι δὴ κυνηγετοῦντι οἱ φανῆναι σαφῶς τὸν θεὸν ἐπισκῆψαι, εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ, φείσασθαι Ἀγαθοκλέους. οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ἐπὶ νεκρῷ δακρύσαι, ἀλλὰ τῷ πάλαι συνηθείας μνημονεύσαντα. ἡ γὰρ ἡλικία, καὶ ἡ διαίτη, τότε μάλιστα χεῖρον ἔχειν ἔφασαν τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος σωληνηρόν. [5] καθάπερ γὰρ ἐν ἁλιευτικῇ τὸν ἐπὶ τὰ ὑγρὰ, καὶ ἀπόκρημνα, καὶ ἄσφαλῆ τείχη Agathocles Samius, qui apud Alexandrum centurio in honore erat, parum abfuit quin cum leone committeretur, accusatus, quod sepulchrum Hephæstionis præteriens illachrymasset. Verum illi opem tulisse fertur Perdiccas, Deos omnes, ipsumque Hephæstiona juratus, Deum in venatione sibi clare visum mandasse, ut Alexandro diceret, Agathocli esse parcendum, qui non ut mortuum lachrymasset, & quod vanam Hephæstionis divinitatem crederet, sed quod pristinæ familiaritatis meminisset. Sic igitur affecto Alexandro, locus assentationi, & calumniæ aptissimus fuit. Nam quemadmodum hostes urbem oppugnaturi, non altam, non præcipitem, non munitam

1 Ταξιαρχῶν] Verte; *Ordinum ductor, quique magno apud Alexandrum in honore erat.* Tollius.

2 Συνηγωνείρχθη λέοντι] Alludit ad historiam Lysimachi, quem Alexander Leoni objecerat. *Idem.*

3 Ἐπομοσάμενος] Eodem fermè dolo, quo Iulius Proculus usus, interfecto, seu discerpto à Patribus Romulo, quo desiderium plebis leniret. Adi Livium lib. 1. & Florum, cap. 1. *Idem.*

4 Ὅτι δή] Legebam initio, ὅτι Ἰδὴ. verum τὸ ὅτι eleganter sæpe παρέλκει. Idem.

5 Καθάπερ γὰρ ἐν ἁλιευτικῇ] Eadem in Halieuticis similitudine usus est Oppianus lib. v:

Ὡς δ' ὅτε δυσμενίων βεβαρὼς λόχος ἀντία δίων
Ἀθρόος ἱμπλάσῃ μεσάτῳ ὑπὸ νύκτα δαΐους,
Εὖ δόντας δὲ κίχησι φυλακτῆρας περὶ πυλεῶν
Ἀρηϊ δεδρυόωντας, ἐνιπλήξας δ' ἐδάμασσεν.
Ἐν δὲ τότ' ἐπειγ' ἔκιεν τε πόλιν, καὶ τύρσιν ἐπ' αὐτὴν
Θαρσαλέοι κατέδυσαν, πυρὶς βέλος, ἔκτιος ἄτλη,
Δηλήσουσι δόμοισιν αἰζηρὰ φέροντες
Ὡς τότε &c.
Ac veluti insidiæ media sub nocte propinquant
Hostibus occulto, & curis somnisque solutos
Excubias arcis nactæ sub Marte quieto,
Cadunt; & sternunt custodum corpora passim:
Hinc propere evadunt summa ad vestigia muri,
Audaceſque locant flammas in arce micantes,
Vrbis casura signum, torremque ferentes,
Qui sit robustus jam prensa malleus arcis:
Sic tunc &c.

Vt & Apulejus ex parte lib. v. Metam. *Tunc nactæ jam portis patentibus nudatum foro-*

προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' οὐ τὴν ἀφύλακτόν τι μέρος, ἢ σαθρὸν αἰσθωνται, ἢ ταπεινὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦσαι, καὶ ἐλεῖν δυνάμενοι, ὅτω δὲ οἱ διαβάλλοντες, [1] ὃ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ὑποσαθρον, καὶ εὐπίστακτον, τοῦτω προσέρχονται, [2] καὶ προσάγουσι τὰς μηχανὰς, καὶ τέλος, συμπολιορκοῦσι, μηδενὸς ἀντιπαρορμῶντος, μηδὲ τὸν ἔφοδον ἀποκρουομένου. εἶτ' ἐπειδὰν σύντονος ἅπαξ πιχῶν γένηται, πυροῦσι πάντα, καὶ καίουσι, καὶ σφάττουσι, καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς, καὶ ἐξωθουμένης ὁδοποιουμένης, ἔρημα εἶναι. μηχανήματα δ' αὐτοῖς καὶ δόλος ἤτε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, ἥ τε ἀπορκία, καὶ [3] προσλιπάρησις, καὶ ἀναισχυντία, καὶ ἄλλα μύρια ῥᾳδιουργήματα. ἡ δὲ μοχθηρία πασῶν, ἡ κολακεία ἐστὶ, [4] συρίττης, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις ὑπὸ τῆς Διαβολῆς. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω χαλεπὸς ἐστὶ, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τὴν ψυχὴν προβεβλημένον, ὃς οὐκ ἂν ὑποδύσῃ προς τὰς τῆς κολακείας Διαβολάς. καὶ ταῦτα, ὑποτρυπήσης, καὶ τὰς θεμελίους ὑφαιρήσης τῆς Διαβολῆς. καὶ τὰ μὲν ἐντὸς, ταῦτα. ἔνδοθεν δὲ, πολλαὶ προδοσίαι συναγωνίζονται, τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι, καὶ τὰς πύλας ἀνατετῶσαι, καὶ πάντα τρόπον τὴν ἁλώσιν δὲ ἀκόνητον συμπροθυμούνitam mœnium partem invadunt: sed quam non custoditam, debilem, humilemve norunt, in eam totis viribus impetum faciunt, ut qua facillime ingredi, & rerum potiri queant. Ita calumniatores, quod in auditoris animo languidum, fragile, & accessu facile viderint, illud adoriuntur, eoque suas machinas adducunt: denique nemine obsistente: hostilemque impetum sentiente, expugnant: deinde intra muros, cuncta igni ferroque devastant, jugulant, expellunt: qualia verisimile est fieri animo capto, & mancipato. Artes sunt ipsis adversus absentem, fallacia, mendacium, perjurium, obsecratio, impudentia, aliæque sexcentæ astutiæ: quarum omnium maxima est assentatio, Calumniæ cognata, imo soror. Nemo enim tam generoso est animo, & adamantino muro septus, qui adulationis calumniis non succumbat: idque cum calumnia suffodiat, & fundamenta subtrahat. Atque hæc quidem sunt, quæ foris adveniunt. Intus autem multæ proditiones adjuvant, manus porrigunt, portas aperiunt, omnibusque modis expugnationi auditoris una incumbunt. Ac

vis animum facinorosæ mulieres, omissis tecta machina latibulis, destrictis gladiis fraudium simplicis puellæ paventes cogitationes invadunt. Tollius.

1 Ὅ τι ἂν ἀσθενὲς] Themistius Orat. III: Καὶ ὅτε ἂν αἴσθηται αὐτὴν ἔρημα εἰσοικισαμένη καὶ σμικρὸν ὑποτρυπήσασα καὶ ὑλίγχη τὰ θεμέλια τῆς ἀσθενείας. *Quæ ubi ad votum succedere sibi conatus suos senserit, perblande irrepens paulatim eum subruit, & scrutatur, qua parte minime munitus, ac minime valens est.* Idem.

2 Καὶ προσάγουσι τὰς μηχανάς] *Eique suas machinas admovent.* Idem.

3 Προσλιπάρησις] Non est *obsecratio*, uti reddidit interpres: sed est *assiduitas* in calumniando; aut si ita mavis, in assentando simul & calumniando, qua quasi obtunditur ille, quem in amicum veterem volunt concitare. *Idem.*

4 Συρίττης] Πρόδρομον ὑπακρισεως vocat Themistius, *emissariam simulationis.* Idem.

1 Τὸ

3 Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανών. Ἐπεὶ] Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, ἐπεὶ. Marcil. Plinius xxxiv. *Idem* (Polycletus) *& Doryphorum viriliter puerum fecit, & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam.* Hujus Canonis meminit quoque in lib. de Saltatione Lucianus. τὸ δὲ σῶμα καὶ τὸ Πολυκλείτου Κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. Tan. Faber.

4 Ῥαφανίδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος] Suppilicium deprehenſorum in adulterio. τοῖς μοιχοῖς τὰ ῥαφανίσια ἤλαυνον καὶ τὰς ἕδρας. Heſy. huic ſupplicio inſuper addit depilationem & cineris calidi aſperſionem Scholiaſt. Ariſtoph. ad nubes. *Beurd.* Catullus,

At tum te miſerum, malique fati,
Quem attractis pedibus, patente porta
(hoc loco idem eſt ac ῥαφανὶς)
Percurrent raphanique mugilesque.

Sed

μὴ [1] ἐπὶ τ ἀρμοστὴν ἀπαχθῆναι τ Ἀσίας. ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσωμεν ἡμῖν ἐνδεδημιούργητα. ἃ ὃ τ πατέρα ἔδρασε, καὶ πάνυ ἀξιόλογα· καίτοι πάντες ἴστε, καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τ γέροντα, σὲ ἀναχώμενον αὐτὸν ἤδη γηραιὸν ἐξήκοντα ἔτη ἤδη γεγονότα. εἶτα ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο, φυγὴν ἑαυτῷ καταδικάσας, ἐπλανᾶτο, [2] ἄλλην ἄλλοτε ἀμείβων, ὅπερ ἐκ τῶν [4] θαυμασίων σοφίαν τ Χριστιανῶν ἐξέμαθε, ὡς τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι, καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος. [5] καὶ τί γάρ, ὁ βραχεῖ [6] παῖδας αὐτὸς ἀπέφηνε, σοφιστὴς, καὶ διάσκελος, ne ad Asiæ præfectum duceretur. Hæc & similia videntur mihi prætermittenda. Nam erat adhuc informe lutum, & nondum perfecta nobis statua. Quæ autem in patrem perpetravit, ea commemoratione digna puto. Quanquam scitis omnes, & audivistis, ut senem suffocavit, quem non sustinebat supra annos sexaginta jam senescere. Postea quum scelus hoc divulgatum esset, arreptaque fuga seipsum condemnasset, errabat terram terra commutando. Quo tempore mirabilem Christianorum sapientiam didicit, circum Palæstinam cum sacerdotibus & scribis ipsorum conversans. Ac brevi illos præ se pueros esse ostendit, cùm propheta, so-

Sed rem omnem optimè describit Aristophanis Schol. in νεφέλαις ad hunc versum,

τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῆναι μεθυόμενός σοι, τέρμα τι πλεθῆ;

ἔτι γὰρ, ait, ἐστὶν, &c. Neque enim vacat transcribere. Ceterum mihi obiter monendus est lector, versum illum corruptum esse. Qui pote, inquies, cùm ita planus sit; ita facilis sit? Atqui ita est. Nonne unâ syllabâ modulum sui generis excedit? Lege itaque,

τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῆναι μεθυσθείς σοι, τέρμα τι πλεθῆ; Tan. Faber.

1 Ἐπὶ τ ἀρμοστὴν ἀπαχθῆναι τ Ἀσίας] Vox ἁρμοστὴς olim nomen fuit magistratus apud Spartiatas, qui mittebatur præfectus alicujus urbis aut regionis. At tempore Luciani pridem desierat usus ejus magistratus & vocis, nam ἀνθύπατος à Græcis, *Proconsul* à Latinis vocabatur magistratus, qui Roma missus Asiam regebat. Nec video, quare hanc vocem à tanta antiquitate revocaverit Lucianus, ut designaret Romanum proconsulem, penes quem erat jus gladii ad punienda crimina. *Palm.* Intelligit Proconsulem. Diodorus Siculus lib. 13. existimavit vocem esse Laconicam, vel Laconibus peculiarem. ὁ δ' ἐν τῇ πόλει καθιστάμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἁρμοὺς (οὕτω οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν) &c. At ego de Laconibus dici ἁπλῶς non puto. Xenophon enim de Thebanis lib. VII. Ἑλληνικῶν usurpavit ut & Plutarchus in vita Demetrii, ubi Hieronymum historicum ait ἐπιμελητὴν & ἁρμοστὴν Thebarum ab eo fuisse constitutum. Harmostæ aliter dicebantur ἁρμοσταὶ Xenoph. lib. IV. alibi autem ἁρμόζοντες, quemadmodum ὁ πειράζων pro πειρατὴς, & sexcenta alia. *Tan. Faber.*

2 Πλὼς] Legend. Casaub. ad illud Persii *udum & molle lutum es.* Bourd.

3 Ἄλλην ἄλλοτε ἀμείβων] Id aliter Græci dicunt, γὴν ἐκ γῆς ἐλαύνειν. Tan. Faber.

4 Θαυμασὴν σοφίαν τῶν χριστιανῶν ἐξέμαθε] Athenagoras Apologia. *Marcil.* Εἰρωνικῶς. Idem.

5 Καὶ τί γάρ] Non vidit Interpres harum vocularum venustatem. *Idem.*

6 Παῖδας αὐτὸς ἀπέφηνε] Ita Xenophon in luculentissima illa de Agesilao rege oratione, παῖδα ἀπέδειξε τ Τισαφέρνην τῇ ἀπάτῃ. Idem.

σάρχης, καὶ ξυναγωγούς, καὶ [1] πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τὰ βίβλια τὰς μὲ, ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει. πολλὰς δ' αὐτὸς ἐξυνέγραφε, καὶ ὡς Θεὸν αὐτὸν [2] ἐκεῖνοι ἐδεδήγεσθε, καὶ νομοθέτην ἐχρῶντο, καὶ τοσούτῳ ἐπίστευον. [3] τὸ μέγαν γὰρ ἐκεῖνον ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸ ἐπὶ τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν εἰς τὸν βίον. τότε δὴ ἐξ συνηφθεὶς ἐπὶ τοῦτο ὁ Πρωτεὺς, ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὅπερ ἐξ αὐτὸ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα προσεποίησε πρὸς τὸν ἔξης βίον, καὶ τὴν περιβολὴν, καὶ δοξοκοπίαν. ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' ἂν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα σπουδὴν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. εἰ δ' ἐπεὶ τοῦτο μὴ ἐδύναντο, ἀλλὰ τὴν θεραπείαν πᾶσαν ἐποιοῦντο παρέργως, ἀλλὰ ξυν ἀπιθανῶς ἐγίγνετο, καὶ ἔωθεν μὲ δύθις ἦν ὁρᾶν παρὰ τῷ δεσμωτηρίῳ περιφοιτῶντα γραϊδία, χήρας πάσας, καὶ παιδία ὀρφανά. οἱ δ' ἐν τέλει αὐτῶν, καὶ συνεκάθευδον ἔνδον μετ' αὐτοῦ, ἀφθεδρεστὴς τὰς δεσμοφύλακας. εἶτα [4] δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, sodalitii princeps, & synagogæ socius, denique omnia solus ipse esset. Præterea libros alios ipse enarrabat, & declarabat: & pleroſque ipse conscribebat: ipsumque ut Deum illi perhibebant, ipso legumlatore utebantur, & præfecti titulo cohonestabant. Itaque etiamnum magnum illum hominem colunt, qui in Palæstina crucifixus est, quia novam hanc religionem in vitam introduxit. Tum verò etiam comprehensus ob hoc Proteus, in carcerem est conjectus. Quod etiam non exiguam authoritatem ipsi ad vitam sequentem conciliavit, & ad præstigias, auræque popularis captationem, quas amabat. Postquam igitur in vincula est conjectus, Christiani rem hanc pro ingenti calamitate ducentes, omnia moverunt, ipsum eripere conantes. Deinde cùm id fieri non posset, omnia saltem alia officia, non perfunctoriè, sed sedulò præstabant. Ac manè quidem illico videre erat juxta carcerem præstolantes anus, viduas aliquas, & puerulos orbos. Ipsorum autem primores cum ipso intus dormiebant, corruptis custodibus. Exin variæ cœnæ inferebantur,

1 Πάντα μόνος] Dixerunt ad Petron. Apparet ex hoc Dialogo frustra eos esse qui Lucianum nostrum contendunt olim fuisse Christianum. *Bourd.*

2 Ἐκεῖνοι ἐδεδήγεσθε] Restitue ad fidem MS. R. ἐδήγοντο. Res per se patet. *Tan. Faber.*

3 Τὸν μέγαν γὰρ] Istæc vocula γὰρ & sensus repente abruptus satis indicant, multa hic à Luciano adversus Christum scripta fuisse; quæ à majoribus nostris, hominibus nimium piis, sublata fuere. Hinc itaque est quod dixerat Suidas, Lucianum καθάπτεσθαι τῶ χριστιανισμῶ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ τῶ Περεγρίνου βίῳ, (melius dixisset ἐν τῇ τῶ Περεγρίνου τελευτῇ) hinc factum ut in plerisque MSS. Codd. non amplius extet Peregrinus. Bene tamen quod hîc non itidem fecere ut apud Iosephum, quem (quod mirere) Origenes duobus tribus-ve locis asserit contra Christum scripsisse, & tamen hodie laudat. Qui factum? Nil enim facilius. In locum κακηγορίας suffecere ἐγκώμιον. O timidam pietatem! *Idem.*

4 Δεῖπνα ποικίλα] Quas cœnas vocat varias? an dapsiles, opiparas, & quas To-

ἐκεῖ λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν ἐλέγοντο. καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος, [1] ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο, καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ἀνομάζετο. καὶ μὴν ἐκ τῶν Ἀσίας πόλεων ἦσαν, ὧν ἤκουόν τινες, τῶν Χριστιανῶν παλλόντων δεῦρο ἢ καὶ βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι τὸ πάχος ἐπιδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται δημόσιον. [2] ὁρᾷς γὰρ ἀφειδῶσι πάντων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἦλθε χρήματα παρ' αὐτῶν ἐπὶ προφάσει τῶν δεσμῶν. καὶ [3] προσόδου μικρᾶς τούτῳ ἐποίησαν. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς οἱ καινοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον, ἀθανάτους ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. παρ' ὃ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ [4] ἑκόντες αὐτοὺς ἐπιδίδασιν οἱ πολλοί. ἔπειτα γὰρ [5] ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος, ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων. ἐπειτ-

tur, eorumque sermones sacri dicebantur. Et optimus ille Peregrinus, sic enim adhuc appellabatur, novus Socrates ab illis nominabatur. Quinetiam constat ex Asiaticis urbibus, venisse aliquos à Christianis missos ex publico, qui opem ferrent, patrocinarentur, & consolarentur virum. Incredibile autem est quantam celeritatem ostendant, siquid tale vulgo innotuerit. Illico enim nulli rei parcunt. Proinde Peregrino tunc multæ pecuniæ mittebantur ab ipsis vinculorum prætextu: quem non exiguum proventum duxerunt. Etenim persuaserunt sibi miseri illi, se omnino immortales fore, & perpetuò victuros. Idcirco mortem contemnunt, & multi ultro se occidendos tradunt. Deinde legislator primus ipsis persuasit, alios aliorum omnes esse fratres, quum

Terentianus parasitus, &, post illum, Horatius, dubias appellat? Nil tale δεῖπνα φοινικᾶ nil aliud sunt, quàm quod primi Christiani ἀγάπας vocitabant; *Cœnas sacras* recte, opinor, dixeris. Cur autem sit ita intelligendus hic locus, perquàm facilè potest demonstrari vel hoc uno argumento, quod mox subjunget, καὶ ἱεροὶ λόγοι αὐτῶν ἐλέγοντο, *Sacræ ibi conciones habitæ fuisse*. Notandus hic locus ab iis fuerat, qui de nascentis Ecclesiæ temporibus scripsere. Ridiculè verò Baronius, qui, dum de Peregrino ageret, vertit, *omnis generis cœnas dubias*. Tan. Faber.

1 Ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο] Postea enim Proteus pro Peregrino dici cœptus, & adoptivo cognomine venerabilior factus, & quodammodo θειότερος. Idem.

2 Ὁρᾷς γὰρ ἀφειδῶσι πάντων] *Illico enim nulli rei parcunt.* Interp. Malè. Vertendum enim fuerat: *Nam, ut paucis absolvam, nulli rei parcunt.* Id παιδαρίου ἕνεκα monemus, nisi tamen ipsi per se viderent. *Idem.*

3 Προσόδου μικρᾶς τούτῳ ἐποίησαν] Corruptus locus, sed qui facilè potest emendari. Legi quippe debet, ἐποιήσατο, referrique ad Peregrinum, qui ex Christianorum caritate *lucrum uberrimum fecit*; cujus causam mox affert, πεπείκασι γὰρ, &c. Cum hæc scripsissem, animadverti non aliter fuisse in codice veteris interpretis: vertit enim *nec vulgarem rerum proventum lucrifaciebat.* Viden' tu interpolatio quid faciat? *Idem.*

4 Ἑκόντες αὐτοὺς ἐπιδίδασιν] Martyres nostros designat, quos Epictetus vel Arrianus ajebat id facere ὑπὸ μανίας ἢ ὑπὸ ἔθους; quos enim ibi Galilæos vocat, nullus dubito quin sint Christiani. lib. IV. cap. VII. *Idem.*

5 Ὁ νομοθέτης πρῶτος] Quis hic primus legislator Christianorum? ipsemet Christus, inquies. At non ita sentit Lucianus. Quippe legislatorem hunc alium esse vult ab ἀντικολοποιῷ ἀνδρὶ, quod sanè in primis considerandum videtur.

ἅπαξ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσαντας, τὸν ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτῶν προσκυνῆσαι, καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους βιῶσαι. καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως παραλαμβάνοντες δεξάμενοι. ἦν τοίνυν παρέλθῃ τις εἰς αὐτοὺς, γόης, καὶ πανοῦργος ἄνθρωπος, καὶ πράγματα ἔχειν δυνάμενος, αὐτίκα μάλα τελεσθεὶς ἐν βραχεῖ ἐφύρησε, ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανών. πάλιν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφεὶς ὑπὸ τῷ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντι, ἀνδρὸς φιλοσοφίας χαίροντος. ὃς σωθεὶς τὸν ἀπόπλουν αὐτὸς, καὶ ὅτι δίκαιος ἂν ἀπολωλεκὼς

quum semel à nobis defciſcentes, Græcorum Deos abnegaverint, & crucifixum illum præceptorem ipſorum adoraverint, & vitam ſecundum leges ejus inſtituerint. Proinde omnia ex æquo contemnunt, & communia putant, citra fidem accuratam talia recipientes. Si igitur aliquis ad ipſos veniat præſtigiator, & verſutus homo, rebuſque gerendis appoſitus, brevi admodum defeſcit, ſimplicibus hominibus inhians. Cæterùm Peregrinus ab eo qui Syriæ tum præfectus erat, viro Philoſophiæ ſtudioſo eſt dimiſſus. Qui cùm illius amentiam intellexiſſet & eum mori velle, quò inde

Paulum Apoſtolum deſignari exiſtimo, rationibus iis adductus, quæ neminem latent, hac etiam non leviter commotus, quod toties apud Paulum fratrum appellatio, qua de hic agitur, occurrit. Aliud ſi intelligat Lucianus, fortaſſe alluſerit ad aliquod Pſeudo-Euangelium ex eorum numero, quorum nomina, & aliquando teſtimonia, memini me apud Epiphanium legere. *Tan. Faber.*

1 Κοινὰ ἡγοῦνται] Et ſi verti poteſt, eo ſignificatu accipiendo κοινὸς, quo locis aliquot novi fœderis uſurpatur, mihi tamen ſeſe probat emendatio, nempe κενὰ ἡγοῦνται, *vana & futilia eſſe exiſtimant.* Neque enim Græci, quod quidem commeminerim ita uſurpant κοινὸς. Idem.

2 Αὐτίκα μάλα ἐν βραχεῖ] Nemo non videt iſtud ἐν βραχεῖ poſſe eſſe gloſſema τῷ, αὐτίκα μάλα: ſed ut Græci dicunt αὖ πάλιν & βάσκε ἴδη, &c. ita hoc quoque ſtare poteſt. *Idem.*

3 Ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανὼν] *Simplicibus hominibus inhians*, ait Interpolator, ſed planè ſimpliciter. Vertere enim debuerat, *Simplices homines illudens.* Ita Ariſtophanes ἐν Νεφέλαις.

Μὰ τὸν ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν πεθνήξῃ.

quo loco quia, ſi ſatis memini, nil Græcus Scholiaſtes dixerat, turpiter verò ſe dedit Nicodemus Friſchlinus, *tum neque à me flebitur, tu verò morieris orehianti.* bis peccat. Verte. *Fruſtra ego tum flevero, tu enim me illuſo morieris.* Locum ipſum adire operæ pretium erit. Eum ſi legiſſet H. Stephanus, non credidiſſet lexicographis quibuſdam malè conciliatis, imò eos refutaſſet. Cæterùm non hic tantùm ea vox eſt ab Ariſtophane uſurpata, ſed in Γ' πατῦσι quoque tribus ante act. v. verſibus,

——— ἐγχανεῖται τῇ σελήνῃ.
——— *urbem illuſerit.*

ubi Schol. ἐμπαίσεται. Iterum ἐν Σφηξίν.

κ' ὡς ἐγχανεῖται ———

Scholiaſtes, ἐγκαλέσῃ. Ita etiam uſurpaſſe τὸ ἐγχάσκειν arbitror. Locus non ſuccurrit. Cæterum interpretem depravavit interpolator; ille enim ſenſum viderat. *Quippe qui*, ait, *hominum idiotarum ſimplicitate abuti queat.* Eat nunc juventus & ſpecioſæ librorum fronti credat. *Idem.*

1 Οἰ-

πᾶ, ὡς δίξαιο ἐπὶ τούτῳ ἀπολίποι, ἀφῆκεν αὐτὸν, καὶ τὸ κολάσεως ἀπολαῦσαι ἄξιον. ὁδὸ, εἰς τὴν [1] οἰκίαν ἐσελθὼν, καταλαμβάνει τὸν πατέρα φόνῳ, ἔτι φλεγμαῖνον, καὶ πολλὰς τὰς ἐπαναστησομένας τῷ κτησαμένῳ. διήρητο δὴ τὰ πλεῖστα τῶν κτημάτων ἤδη τῷ ἀποδημίᾳ αὐτοῦ. καὶ μόνοι ὑπελείποντο οἱ ἀγροὶ ὅσον εἰς πεντεκαίδεκα τάλαντα. ἦν γὰρ ἡ πᾶσα οὐσία, τελέουσα τὸν πάντων ἀξίᾳ, ἣν ὁ γέρων κατέλιπεν. οὐχ ὥσπερ ὁ παγγέλοιος Θεαγένης ἔλεγε, πεντακισχιλίων. τοσούτου γὰρ, οὐδὲ ἡ πᾶσα τῶν Παριανῶν πόλις, εἰ καὶ σὺν αὐτῇ τὰς γειτνιώσας ἐκαλεῖτο, πραθεῖη ἄν, αὐτοῖς ἀνθρώποις, καὶ βοσκήμασι, καὶ τῇ λοιπῇ σκευῇ. ἀλλ' ἔτιμα ἡ κατηφεία, καὶ τὸ ἔγκλημα, θρηνῶν ἦν. καὶ ἐώκει σὺν εἰς μακρὰν ἐπαναστήσεσθαί τις αὐτῷ. καὶ μάλιστα ὁ δῆμος αὐτὸς ἠγανάκτει, χρῆσιν ὡς ἔφασαν οἱ ἰδόντες γάμου θεινόντες, ὅτως ἀσπασίως ἀπολωλότα. ὁ δὲ σοφὸς αὖ Πρωτεύς, πῶς ἅπαντα ταῦτα σκέψαιτο οἷόν τι ἐξεῦρε, ὅπως τὸν κίνδυνον διέφυγε. παρελθὼν γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Παριανῶν, ἐνόμιζε δὴ ἤδη, καὶ τελέουσα πιανοῦν ἠμπείχετο, καὶ πῆρα παρῄρτητο, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἦν, καὶ ὅλως μάλα τραγικῶς ἐσκεύαστο. τοιοῦτον δὲν ἐπιφανεὶς αὐτοῖς, ἀφεῖναι ἔφη τὴν οὐσίαν, ἣν ὁ μακαρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίαν εἶναι πᾶσαν. τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος, πένητες ἄνθρωποι, καὶ πρὸς ἀθυμοῦντες κεχηνότες, ἀνέκραγον ὑβρίζειν Φιλόσοφον,

de gloriam relinqueret, eum dimisit, ne supplicio quidem dignum ratus. Tum ille domum reversus, comperit exæstuantem adhuc paternæ cædis indignationem, & multos qui accusationem intenderent. Ipsius autem possessionum direptæ fuerant pleræque dum peregrinabatur, & soli supererant agri, ferme quindecim talentorum. Nam omnis substantia, quam senex ille reliquerat, triginta ferè talentorum erat, non quinque millium, ut modis omnibus ridiculus Theagenes ajebat. Tanti enim neque tota Parianorum urbs, tametsi quinque vicinas civitates sibi adjungeret, unà cum ipsis hominibus, & pecudibus, reliquaque supellectile venderetur. Sed adhuc accusatio, & crimen fervebat: & aliquis brevi in ipsum insurrecturus videbatur: & potissimum populus ipse indignabatur, senem illum bonum, ut ajebant ii quibus fuerat visus, lugentes, quòd tam impiè occisus fuisset. Sed videte quid adversus hæc omnia commentus sit callidus hic Proteus, & quomodo periculum declinarit. Progressus in Parianorum concionem (jam verò comam nutriebat, sordido amictus pallio, pera ex humeris suspensa, & baculum in manu habebat, denique admodum tragico cultu instructus erat) cùm talem se consp iciendum præbuisset ipsis, concedere se, ait, ut universa substantia sibi à beatæ memoriæ patre relicta, publica fieret. Hoc audito populus, pauperes homines, & ad distributionem inhiantes, protinus exclamarunt, unicum esse Philosophum,

[1] Οἰκίαν] In MS. Cod. Bibl. Reg. legitur planissimè, οἰκίαν, *patriam*, scil. γῆν. Tan. Faber.

φον, ἵνα φιλόπατριν, ἵνα Διογένους, καὶ Κράτητος ζηλωτήν. οἱ δ' ἐχθροὶ, ἐπεφίμουν. κἂν εἴ τις ἐπιχειρήσειε μεμνῆσθαι δ' φόνου, λίθοις αὐτὸν ἐβάλλετο. ἐξῆλθ' οὖν τὸ δεύτερον πλανησόμενος, ἐκπωμὰ ἐφόδια τὰς Χριστιανὰς ἔχων, ὑφ' ὧν δημοφορούμενος, [1] ὡς ἄπασιν ἀφθόνοις χρῶ. καὶ χρόνον μέν τινα ὕστερος ἐβόσκετο. [2] εἶτα δόξαντός τι ἐξ εἰκείνης, ὥφθη γάρ τι ὡς οἰόμην ἰδίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς, ὧν ἐπ' ἀσεβείαις ἐμέμφοντο αὐτῶν, ἀπορούμενος, ὡς παλινῳδίας ὤφλε δεῖν ἀπαιτεῖν δόξαι τὰ πόλεως τὰ κτήματα. καὶ γραμματῶν ἐπιδοὺς, ἠξίει ταῦτα κομίσασθαι, κελεύσαντος [3] βασιλέως. εἶτα τῆς πόλεως ἐπιλειτουργούσης, ἠδὴ ἀπῆχθη, ἀλλ' ἐμεμένει κελεύσθη, οἷς ἅπαξ δίγνω, μηδενὸς καίτοι ἀναγκάσαντος. τρίτη ἐπὶ τούτοις ἀποδημία εἰς Αἴγυπτον δόξαν τὸ Ἀγαθοβούλου, ἵνα δὴ τὴν θαυμασίαν ἄσκησιν ἀσκήσῃ, ξυρώμενος μὲν τὴν κεφαλὴν τὸ ἥμισυ, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον. ἐν πομπῇ δὲ τῶν πεπαιδευμένων δίμοιρα [4] ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον, [5] καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλύμμενον

phum, unicum amantem patriæ; unicum Diogenis, & Cratetis æmulum. At inimici os obturabant: & siquis paternæ cædis mentionem facere conaretur, lapidibus illico petebatur. Itaque iterum vagaturus abiit, satis viatici in Christianis habens, à quibus stipatus, in omni rerum copia versabatur. Et sic quidem aliquandiu victitavit. Deinde cùm & aliquid in ipsos commisisset, siquidem visus erat, ut opinor, aliquid ex interdictis comedisse, non amplius recipientibus illis, magna rerum difficultate perplexus, mutata sententia putavit sibi repetendas esse facultates à civitate: & datis literis, voluit eas jussu regis recipere. Tum missis à civitate contrariis legatis, actum nihil est: sed jussus est stare rebus, quas nemine cogente semel statuerat. Tertiam præterea peregrinationem instituit in Ægyptum ad Agathobulum, ubi admirandam disciplinam exercebat, abraso capitis dimidio, & facie luto illita. Multa autem in corona populi pudenda contrectabat, & hæc indiffe-

1 Ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν.] Optimè. Sed hinc emendandus locus qui in Fugitivis occurrit, ὡς ἅπασιν ἀφθόνως βιῶντας. leg. ἀφθόνοις. Tan. Faber.

2 Εἶτα παροργισμόσας τι ἐξ εἰκείνης (ὥφθη γάρ τοι, ὡς οἶμαι, ἰδίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς)] Impius Lucianus & qui Christianos sæpe suggillat, licet eos & eorum legem sanctissimam non noverit. Hoc loco manifeste confundit Iudaicos ritus cum Christianorum lege. Iudæi enim erant ii, qui offendebantur quodam ciborum genere, at Christianis (ut Petrus Apostolus docet) cibi nulli polluti existimabantur. *Palm.*

3 Βασιλέως] Imperatorem Romanum intellige, non regem aliquem, quod quidam facit. *Tan. Faber.*

4 Ἀναφλᾶν τὸ αἰδοῖον] Qui id faciunt Cynicam Venerem exercere dicuntur, ii videlicet, *qui pellice lava utuntur*, ut ait hominum omnium impudentissimus Martialis. Allusio facta ad Ἀναφλᾶν locum dedit joco Aristophanis ὁ Ἑλλαπαζόσας,

Ἀναφλύστιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον ——

quem optimè animadvertit Græcus Interpres, ait enim, Ἀναφλύστιον, παρὰ τὸ, ἀναφλᾶν, παίζειν. Quod equidem non video cur Meursio displicuerit. *Idem.*

5 Καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλύμμενον ὑπεδικαιύμενος] Corrigendus Interpres, sed

ἐπιδεικνύμενος. εἶτα παῖσαι, καὶ παιόμενον ἄγεσθαι εἰς τὰς πυγάς, καὶ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα [1] θαυματοποιῶν. ἐκεῖθεν δὲ ὕστερον παρεσκευασμένος, ἐπὶ Ἰταλίαν ἔπλευσε. καὶ ἀποβὰς ἀφ' νεὼς, εὐθὺς ἱλαρὸς ἦν τοῖς πᾶσι, καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, [2] πρεσβεύσαντι αὐτὸν, καὶ ἡμερώσαντι εὐθύς. ὥστε ἀσφαλῶς ἐτόλμησε. σκεύαρος γὰρ ὡς εἰκὸς ὀλίγον ἔμελε τῆς βλασφημίας, καὶ οὐκ ἠξίου Φιλοσοφίαν ὑποδυόμενόν τινα κολάζειν ἐπὶ ῥήμασι. καὶ μάλιστα τίχυλον τινὰ τὸ λοιδορεῖσθαι πεποιημένον. τούτῳ δὲ καὶ τάττων τὰ τῆς δίκης ἠνέκαινίζετο, καὶ ὅτι γὰρ τοῖς ἰδιώταις, καὶ ἀφελέσι μᾶλλον ἐπὶ τῇ [3] ἀπονοίᾳ, μέχρι δὴ [4] ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος ἀπὸ σοφὸς, ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἀμέτρως σύντυφῶσαν τὸ πράγμα, εἰπὼν μὴ δεῖσθαι τὴν πόλιν τοιούτου φιλοσόφου. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο κλεινὸν αὐτῷ, καὶ λόγου παρὰ πᾶσιν, ὁ φιλόσοφος λόγου τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν ἄγαν ἀδολεσχίαν ἐξελαθείς. [5] καὶ Μουσωνίῳ καὶ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ, καὶ Δίωνι, καὶ Ἐπικτήτῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος

rentia vocans, oſtentabat: deinde nates ferula verberabat, & verberabatur, aliaque multa juveniliora præſtigiatorum more factitabat. Inde autem ita comparatus, ſolvit in Italiam, & egreſſus è navi, protinus omnes convitiis inſectatus eſt, & regem in primis; quem mitiſſimum & clementiſſimum eſſe norat: adeò ut illud tutò auderet. Regi enim, ut veriſimile eſt, convitia parum curæ erant, neque æquum cenſebat, quenquam ex iis qui Philoſophiæ ſe tradidiſſent, ob verba ſupplicio afficere: & potiſſimùm qui convitiandi rationem in artem convertiſſent. Hinc Peregrini hujus gloria creſcebat, ſaltem apud idiotas & ſimplices, & propter hanc aſtutiam erat admirationi, donec Reip. procurator vir ſapiens, eum dimiſit cùm hac arte inſolentiùs uteretur, dicens civitatem tali philoſopho non indigere. Quinetiam hoc celebre, & omnium in ore erat de ipſo, Philoſophus ob loquendi licentiam, nimiamque libertatem ejectus. Et tunc temporis profectus eſt ad Muſonium, & Dionem, & Epictetum, & ſiquis alius hujuſmodi caſu fuit

ſed Græca priùs. Legendum enim καὶ περὶ διαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ὑπιδεικνύμενος, *oratione habita probans* (id enim eſt ὑπιδεικνύμενος) *hoc eſſe ex eorum numero quæ ἀδιάφορα, ſeu indifferentia apud Philoſophos vocitantur.* Quod autem in MS. Regio legitur ἀδιάφθορον, neminem ſanæ mentis morari debet. *Tan. Faber.*

1 Θαυματοποιῶν] Adi Caſaub. ad Athenæum & Theophr. id vocat θαυματουργεῖν Xenophon ὁ Συμποσιῳ. Idem.

2 Πρεσβεύσαντι] Deſignat imperatorem Marcum. Alii Veſpaſianum eſſe volunt. Mihi non placet. *Idem.*

3 Ἀπονοίᾳ] *Aſtutiam* Interp. peſſimè, alioqui eſſet πανουργίᾳ.] Idem.

4 Ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος] *Reipublicæ Procurator.* Interp. ſed ridiculè. Quippe vertendum fuit, *Præfectus urbis.* Si ſub Veſpaſiano factum hoc intelligas, de Muciano loquitur. Sed mihi ſecus videtur. *Idem.*

5 Καὶ Μουσωνίῳ καὶ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ] *Et tunc temporis profectus eſt ad Muſonium*, &c. Interp. Sed longè à vero abit. Videlicet ignoratio τοῦ Μουσωνίου homini impoſuit. Sic autem intelligendus eſt locus: καὶ τοῦτο (ſcilicet τοῦ πόλεως ἐκβληθῆναι, id eſt, exilium, de quo loquitur) Μουσωνίῳ τῷ Μουσωνίου, &c. *hac re factum eſt ut ad gloriam Muſonii* (qui ſub Nerone pulſus in exilium fuerat) *acceſſerit aut per-*

τοιαύτη ἐγένετο. ὅτου δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν, ἄρτι μὲ, Ἡλείοις ἐλοιδορεῖτο. ἄρτι δ', τοὺς Ἕλληνας ἔπειθεν ἀντέρασαι ὅπλα Ῥωμαίοις. ἄρτι δ' ἄνδρα παιδείας, καὶ ἀξιώματος περιέχοντα, διόλε καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τῷ ἐποίησε τὴν Ἑλλάδα, καὶ [1] ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ, καὶ ἔπαυσε δίψῃ ἀπολλυμένους τοὺς παντηχόθεν, καὶ ὡς ἥδιστα ἐμέθυσε τοὺς Ἕλληνας, δέον τοὺς θεατὰς τῶν Ὀλυμπίων λιγνοτέρειν διέντας. καὶ νὴ Δία γε καὶ ἀπεθήκαντο πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρῶν τῶν νόσων. αἰ πίνες λιγὺ τὸ ξηρὸν καὶ χωρίον, ἐν πολλαῖς τῇ πλήθει ἐπιπόλαζον. καὶ παῦται ἔλεγε, πίνων αὐτὸ ὕδατος. ὡς δ' μικρὸν κατέλυσαν αὐτὸν ἐπιδραμόντες ἅπαντες, τότε μὲ, ἐπὶ τὸν Δία καταφυγὼν ἐφυγεῖν, εὗρε τὸ μὲν ἀπολωλεκὸς. ἐς δὲ τὴν ἐξῆς Ὀλυμπιάδα, λόγον πνὰ λιγὺ [2] πεπάρων ἐτῶν συνῆκε τὸν λιγὺ μέσον, ἐξήνεγκε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον, ὑπὲρ [3] τοῦτο ὕδωρ ἐπαγαγόντος, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ τότε φυγῆς. ἤδη δ' ἀμελούμενον ὑφ' ἁπάντων, καὶ μηκέτ' ὀμιλούμενος ἐγκαταλειπόμενον ὢν, ἴσως δὲ

fuit afflictus. Sic utique in Græciam profectus, nunc Eleos convitiis infectabatur: nunc suadebat Græcis ut contra Romanos vicissim arma sumerent, nunc virum eruditione & authoritate præstantem, quòd præter alia, quibus erat de Græcis bene meritus, aquam adduxisset in Olympiam, & siti pereuntem conventum liberasset, maledictis incessebat, ut qui Græcos effœminaret, cùm oporteret ut Olympiorum spectatores sitim perferrent: ac per Iovem etiam multi ex ipsis perimerentur, morbis vehementibus, qui tunc ob loci siccitatem in magno cœtu scatebant. Atque hæc dicebat ille, de eadem aqua bibendo. Vt autem omnes facto impetu, eum lapidibus propemodum obruerunt, tunc ad Iovis simulachrum confugiendo generosus ille, mortis effugium adinvenit. Porrò sequenti Olympiade, orationem per quadriennium, quod interfluxerat, compositam ad Græcos habuit in laudem ejus qui aquam adduxerat, & in fugæ tunc à se arreptæ defensionem. Iam autem ab omnibus negligebatur, nec amplius erat perinde admirationi: siqui-

perveniſſe videretur, vel, ſi ita mavis, *Hæc re adæquabat Muſonium*, *Dionæ*, &c. Nequis autem dubitandi locus ſit, conſtat ea tempeſtate Muſonium exulem non fuiſſe. Teſtem ſi vis, Xiphilinum dabo, qui nominatim Muſonium excipit, Καὶ πάντας αὐτίκα δὴ φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλεν. Tan. Faber.

1 Ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ] Qui vertunt, *Adduxit aquam in Olympiam*, poterant illi eadem ratione dicere, *venit in Romam*, *in Athenas ivit*. Delicias & lautitias hominum! *Idem.*

2 Τεπάρων ἐτῶν] Bene. neque enim plurium annorum eſt Olympias. Inde illud Agidis dictum de Eleis apud Plutarchum in apoph. τί δ' οὗτοι θαυμαστὸν, εἰ δι' ἐτῶν τεττάρων μιᾷ ἡμέρᾳ, &c. Alibi autem hoc ipſum dictum referens, καὶ τί μέγα, inquit, ἢ θαυμαστὸν φασὶν, εἰ ὡς ἔτους πάντα μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ διηκοσιοστῷ γεγόντας; ita & Pindarus Olympia vocavit τετραετηρίδα ἰσοτέλη, quæ tu facile conciliabis, ſi Scaligerum in opere magno legeris. Ceterum qui Olympiadem & luſtrum confundunt, peccant. *Idem.*

3 Τοῦτο ὕδωρ ἐπαγαγόντος] Leg. τοῦ τὸ ὕδωρ, &c. *Idem.*

1 Δη-

ἓω ἅπαντα, ϵ̓ ἀδὴν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο, ἢφ' ὅτῳ ϵ̓μπλήξῃ τὰς σπλάγχνοις, ϵ̓ θαυμάζειν, ϵ̓ πρὸς αὐτὸν ἀποδλέπειν ποιῆσαι, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐρασταί τινα ἔρωτα ἐρῶν ἐπύθοντο. τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα, ἐπεμελήσατο αὐτὸς ἡ πυρᾶς, ϵ̓ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸς ἀπ' Ὀλυμπίων τῶν ἔμπροσθεν, ὡς ἐς τὰ ὁμοῖα καύσων ἑαυτόν. καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιεῖ, ὥς φασι βόθρον ὀρύττων, ϵ̓ ξύλα συλλέγων, καὶ [1] δεινήν τινα τὴν καρτερίαν ὑπισχνούμενος. ἐρρέτω οἶμαι, μηδένα μὲ ὠφελήσει τὰ θάνατον, ϵ̓ μὴ δραπετεύειν ὅτι βίᾳ. εἰ δὲ ϵ̓ πάντως δέοι τοῦτο οἱ ἀπαλλάττεσθαι, μὴ πυρᾷ, μὴ δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς τραγῳδίας τούτοις χρῆσθαι, ἀλλ' ἑτοῖόν τινα θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἑλόμενον ἁπλοῦν. εἰ δὲ ϵ̓ τὸ πῦρ ὡς Ἡρακλείου τινὸς ἁπτόμενον, τὴν δὴ ποτε ἀρχὴ κατ' ὄρους ἐλόμενος ὄρος εὐδενδρον, ὃν ἐκείνῳ ἑαυτὸν συνέπεσθαι μόνῳ, ἵνα τινὰ, οἷον Θεαγένη τοῦτον [2] Φιλοκτήτην θαλαμεύσῃ; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῆς πανηγύρεως πληθούσης, [3] μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσῃ ἑαυτὸν, οὐκ ἀνάξιος ἂν μοι δοκεῖ τῆς Ἡρακλείας, εἴγε χρὴ ϵ̓ τὰς πατρῴας, καὶ τὰς ἀρετὰς, δίκας διδόναι τοῖς τολμηρόταις. [4] καὶ κατὰ τοῦτο πάνυ ὀψὲ φρονῶν αὐτὸ ἔοι-

siquidem exoleta erant omnia, nihilque novi amplius moliri poterat, quo eos quibuscum sibi erat commercium obstupefaceret, seque admirandum & suspiciendum redderet, cujus rei acri amore ab initio flagrabat. Postremum hoc ausum de pyra excogitavit, & famam vulgavit inter Græcos statim à præcedentibus Olympiis, fore ut sequentibus cremaret seipsum. Et nunc hæc ipsa præstigiis adornat, fossam, ut aiunt, fodiendo, & ligna comportando, ac miram tolerantiam promittendo. Verùm mea sententia, erat illi mors omninò expectanda, nec è vita profugiendum. Sed si prorsus decrevisset mori, non igni, non tragico aliquo obitu fuerat utendum, sed cùm innumeri sint mortis modi, alio selecto, è vita erat migrandum. Quòd si tamen igne, tanquam re quapiam Herculea delectabatur, cur tandem non tacitè electo monte multis arboribus consito, in eo se solus cremavit, unum aliquem, ut pote Theagenem hunc, Philoctetem assumendo? Sed hic in Olympia, frequente conventu, solum non in tabernaculo, torrebit seipsum, mehercle non immeritus, siquidem oportet ut parricidæ, & impii suorum flagitiorum dent pœnas. Sed hoc modo admodum serò id facere videtur, quem

1 Δεινήν τινα καρτερίαν ὑπισχνούμενος] Legendum est, ἐπιδεικνύμενος, quod probari non est necesse. *Tan. Faber.*

2 Φιλοκτήτην] Res ex fabulis nota est. *Idem.*

3 Μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσῃ ἑαυτόν] *Solum non in tabernaculo torrebit seipsum.* Interp. Sed vertendum fuit, *Quodammodo se* (vel *fere se*) *in theatro cremabit.* Arguit φιλοδοξίαν ventosi hominis, qui frequentem adeo panegyrin elegerat, in qua finem vitæ imponeret. Cur non in solitudine potiùs, & in remoto aliquo saltu, ut infrà dicet Lucianus? Quid enim aliud facit Peregrinus, quàm qui theatrum conscendit ut ab omnibus videatur? *Idem.*

4 Καὶ κατὰ τοῦτο] *Hoc modo.* Interp. nescit quid sit. Gallicè diceres, *& en cette qualité il devoit estre brusle il y a long-temps.* Sensus est; Cremari debuisse Peregrinum

κεν. ὃν ἐχρῆν πάλαι ἐς τὸ Φαλαρίδου ταῦρον ἐμπεσόντα, τῶν ἀξίων ἀπηντληκότα, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ χανόντα πρὸς τῷ φλογὶ, οὐ ἀκαριεῖ πεθνάναι. καὶ γὰρ αὖ ἐμοὶ τοῦτο οἱ πολλοί μοι λέγουσιν, ὡς ἁπλοῦς ἑτέρου ἄλλου θανάτου πρὸς τὸ πῦρ ἐς. ἀνειλκυσμένου γὰρ δεῖ μόνον τὸ στόμα, ἐς αὐτίκα πεθνάναι. τὸ μέντοι θέαμα ἐπιποθεῖτέ μοι, ὡς σεμνὸν, ὡς ἱερῷ χωρίῳ καὶ ὁμοῦ ἄνθρωπος, ἵνα μὴ ἔστι θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἀποθνήσκοντας. ἀκούετε δή μου, ὡς ἐς πάλαι θέλων τις ἐνδεδε χεται, ἐπὶ καὶ ἄλλου τόπου οὐκ ἔχων ἐπιτυχεῖν τοῦτο, ἐνέπρησε τὸ Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος νεών. τοιοῦτόν τι ἐς αὐτὸς ἐπινοεῖ. τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐνέτεινεν αὐτῷ. καίτοι φησὶν ὁπόταν τις ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ, ὡς διδάξεσθαι αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν, καὶ ἐγκρατεῖς τοὺς δεινοῖς. ἐγὼ δὲ ἥδεως ἂν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ ἐς τοὺς καινοὺς βάλοισθε ἂν μαθητὰς αὐτοῦ ζηλωτὰς τῆς καρτερίας ταύτης, καὶ καταφρονεῖν θανάτου ἐς κακώσεως, καὶ τῶν τοιούτων δεινῶν. ἀλλ' οὐκ

quem jamdudum oportebat conjectum in Phalaridis taurum, meritas pœnas luisse: at non semel hiatu ad flammam diducto, momento expirare. Etenim hoc mihi plerique affirmant, nullum alium mortis modum esse velociorem, quàm qui igni infertur: siquidem aperto duntaxat, ore anima efflatur protinus. Hoc utique spectaculum comminiscitur, ut augustum, ut in sacro loco comburatur homo, in quo ne alios quidem defunctos sepelire liceret. Audivistis puto, ut etiam olim quidam cùm celebris fieri vellet, nec alio modo voti compos fieri posset, Ephesiæ Dianæ templum incendit. Tale quid & iste excogitat: adeò inexpiabili amore gloriæ tenebatur: quanquam ajebat se hominum gratia id facere, ut eos mortem contemnere, & res adversas fortiter ferre doceret. Ego autem libenter interrogarem non illum, sed vos, an etiam improbos velletis ejus discipulos fieri, qui tolerantiam hanc & mortis comtemptum, & ærumnam, & id genus metus non horrere disceretis. At hæc fat scio

num non sponte & ultro in flammas insilientem, falsa quadam Philosophicæ mortis imitatione, sed unco trahi in ignem, ut impium in Deos & in parentem. *Tan. Faber.*

1 Ἔνδα μηδὲ θάπτειν ὅσιον] Itidem olim apud Delum factum accepimus. Thucydides lib. III. *Idem.*

2 Τίς ἐνδεδε γένηται] Herostratum innuit, cujus nomen oblivione fuisset obrutum, nisi Theopompus in historias suas illud retulisset. Strabo, Plin. Agell. *Idem.*

3 Τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐνέτεινεν αὐτῷ] *Adeo inexpiabili amore gloriæ tenebatur.* Interpolator. Pessimè. retulit enim ad Herostratum, quod de Peregrino dixerat Lucianus. Dein, quod *inexpiabili amore* dixit, fugit illum ratio, debuit enim *inexplebili* dicere. Verùm imperitis lexicographis credidit, & interpretem corrupit: Verte: *Tantus ei gloriæ amor inest.* Loquitur enim ille anonymus de Peregrino etiamnum vivente. *Idem.*

4 Καὶ καταφρονεῖν θανάτου ἐς κακώσεως] Interpolator. *Et mortis contemptum & ærumnam, & id genus metus non horrere disceretis*; plane contra mentem scriptoris; neque enim istæc ad patres, & dominos sunt referenda, verùm ad liberos & servulos

ἀπ τῦ οἶδ' ὅτι βελτθείητε. πῶς ἂν ὁ Πρωτεὺς τῦτο ἀφικέοιτ, καὶ τὰς μ χρηστὰς ὠφελήσ, τὰς δ πονηρὰς μᾶλλ φιλοκινδυνοτέρους, & τολμηροτέρους ἀπφαινεῖ; καίτοι δυνατὸν ἔστ ἐς τῦτο μόνος ἀπαντήσαντ τὰς ὠφ τὸ ὠφέλιμον ὑφορμῶς τὸ πρᾶγμα. ὑμᾶς δ' ἂν αὖθις ἐρήσομαι, δέξασθ' ἂν ὑμῶν τὰς παῖδας ζηλωτὰς τοιούτ γενέσθ; σὺκ ἂν εἴποιτε. καὶ τί τῦτο ἠρόμην, ὅτ μηδ' αὐτῶν τις τ μαθητῶν αὐτ ζηλώσειεν ἄν; τ δ' ἂν θεαγένη, τῦτο μάλιστα αἰδέσεσθ ἄν τις, ὅτι τἄλλα ζηλῶν πάνδρὸς, ἀχ ἕπεται τ διδασκάλ, καὶ συνοδεύ τ Ἡρακλέα ὡς φησιν ἀπόνη, δυσάμμορ σύμμαχ παιδοδαίμον γένεσθαι, & συμπεσὼν ἐπὶ κεφαλῆς εἰς τὸ πῦρ. ὁ γὰρ σὺ πήρα, καὶ βάκτρ, & τρίβων ὁ ζῆλ. ἀλλὰ ταῦτα μ, ἀσφαλῆ, & ῥάδια, κ πανὸς ἂν εἴη. τὸ τέλ δ, & τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλοῦν, καὶ πυρὸν σωρεύειν κρωμῶν σκιώδη, ὡς ἐνι μάλιστα χλωρῶν, ἐκπαπυρίσαι τ καπν. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ, ὁ μόνον Ἡρακλέους, & Ἀσκληπιῦ, ἀλλὰ & τ ἱεροσύλων, καὶ ἀνδροφόνων, ὧν ἐρᾷν ἐστιν ἐκ καζδίκης αὐτὸ πολ-

scio nolletis. Quo pacto igitur discernit hoc Proteus, & viris bonis est profecturus, improbos verò periculorum amantiores, & audaciores non redditurus? Esto sanè ad hoc tantùm concursuros esse eos qui sunt ad utilitatem spectaturi. Proinde vos iterum interrogabo, Cupitisne liberos vestros illius æmulos fieri? haudquaquam dicetis. Et cur hoc quærebam, siquidem neque ullus ex discipulis ejus ipsum imitari vellet? Quare hoc potissimum Theageni vitio verti potest, quòd cùm in aliis virum æmuletur, præceptorem non sequatur, & comes eat ad Herculem, ut ajunt, profecto: siquidem posset brevi fœlicissimus evadere, etiam se in ignem conjiciendo. Neque enim in pera, & baculo, tritoque pallio sita est æmulatio: sed hæc tuta sunt, facilia, & cujusvis: finem ipsum, & caput æmulari oportet, & pyra ex truncis ficulneis, quàm maximè viridibus constructa, à fumo suffocari. Ignis enim ipse non solùm Herculi, & Æsculapio est proprius, sed etiam sacrilegis, & homicidis, quos ad eum judicio damnari videre est. Ita-

yulos eorum qui ibi aderant: Sententia est: *Vos ego, Viri Græci, lubens percontor, non παμμίαορ illum Peregrinum, velitisne scelerates homines, qui usquam sint, hujusce modi præceptori tradi. Ah! Cavete istuc dicatis; ita enim fieret, ut in jugulum vestrum involarent, nullo metu impendentis mortis à tanto scelere deterriti. Quid autem? an & isti, qui in hoc cœtu patres sunt, liberos suos in disciplinam vellent tradere hujusce modi magistro?* &c. Cetcrum interpolator depravavit interpretem. *Numquid etiam*, ait, *maleficos & facinorosos, ejus discipulos fieri cupiatis in ejusmodi tolerantia perdiscenda & morte contemnenda?* Pæne omiseram legi in MS. R. κρώσιος, non κρωμώσιος, quod in primis observandum. *Tan. Faber.*

1 Παρὸ † Ἡρακλέα, ὥς φησιν, ἀπόντ] In tribus verbulis bis peccat interpolator: *Ad Herculem, ut ajunt, profecto.* Perfimè. Vertendum enim fuit, *ut ipse ait proficiscenti. Ipse*, inquam, non, *illi ajunt.* Præterea *proficiscenti*, non *profecto*; quippe ea narrat quæ nondum evenerant. Neque enim quisquam est omnium, qui istunc ἀπόντα ad significationem elapsi temporis hoc loco traduci postulet. Cæterùm & ratio & MS. Regii auctoritas me admonent, ut ex his verbis παρὸ δαίμον καὶ

χονδρ. ὥστε ἄμεινον τὸ ἀφ' ἑ καπνῷ. [1] ἴδιον γὰρ ἂν ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο. ἄλλως τε, ὁ μὲ Ἡρακλῆς, εἰκῇ ἄρα ἐ ἐπέλιπέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν, ὑπὸ δ [2] Κενταυρείᾳ αἵματος ὡς φησιν ἡ τραγῳδία κατεφθορμένος. ὅτῳ δ, τίνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλῃ φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί' ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται, καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες. [3] ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἀξιοῖ Θεαγένης εἰκάζειν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν Ἰνδοῖς εἶναί τινας μωρούς, κἀκ κενοδόξους ἀνθρώπους. ὅμως δ' ἔστω, κἂν ἐκείνους μιμείσθω. ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς [4] Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καόμενον φησίν. ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, τὴν πυρὰν περιστάντες ἀκίνητοι, ἀνέχοντα παραπτώματος. εἶτ' ἐπιβάντες καὶ χῶμα,

Itaque satius sit per fumum mori: nam hoc vobis solis esset proprium. Præterea Hercules, si tale quid est ausus, morbi impatientia fecit, cùm à Centauri sanguine, ut testatur tragœdia, exederetur. Sed hic quam ob causam seipsum in ignem conjicit? Per Iovem ut suam tolerantiam ostentet, veluti Brachmanes. Illis enim se Theagenes volebat assimilare: quasi verò non inveniantur etiam apud Indos, homines stulti, & inanis gloriæ cupidi. Attamen illos imitetur licet. Illi enim non insiliunt in ignem ut Onesicritus Alexandri gubernator, cùm Calanum, ut ajunt, conflagrantem vidisset: sed postquam rogum construxerint, immoti propè stantes, se assari patienter ferunt: deinde ordine dignitatis

ἐ συμποσῶν ἐπὶ κεφαλῆς, ejiciam istud καὶ, & emendem versionem, *posset brevi* feliciſſimus evadere, ſe in ignem cum ipſo præcipitem mittens. *Tan. Faber.*

1. Ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων γένοιτο] Locus eſt corruptiſſimus. Quid enim? Dicit hoc loco rhetor anonymus aſtantes omnes dignos eſſe qui fumo pereant. ridiculum. itaque adeo miror reperiti potuiſſe & interpretes & lectores, quibus hæc placerent. Legendum eſt non ὑμῶν, ſed κυνῶν, id eſt κυνικῶν φιλοσόφων. Lucianus Philoſophos Cynicos, in quibus eſt Peregrinus, dignos deputat qui fumo pereant. κύνες enim paſſim ſunt κυνικοί. Sed, (ut ſemper doctus eſt Lucianus, &, quod de illo ait Eunapius Sardianus, ἀνὴρ ἀπαιδεύτῳ ἐς τὰ γελοῖα,) hoc loco facetiſſimè dicit Cynicos dignos eſſe qui διὰ καπνὸ pereant; Videlicet Attici τοὺ ἀλαζόνας ἐ ἀδαμάντας, quales hic deſcribuntur Cynici, καπνὸς vocabant. Id docebit Scholiaſtes Ariſtophanis ad Σφῆκας, & Suidas in καπνός, inde Æſchines cognomento Capnus. Vide, ſi te amas, Ariſtophanem. *Idem.*

2 Κενταυρείᾳ αἵματος] Intelligit cruorem Neſſi Centauri. *Idem.*

3 Ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἀξιοῖ Θεαγένης εἰκάζειν] Falſum eſt. Neque enim ſe Theagenes cum Hercule & Æſculapio comparavit, ſed Peregrinum, quod ex ſuperioribus patet. Emenda ἐκείνοις γὰρ αὐτόν. Interpolator non viderat, interpretemque corruperat, à quo hic locus ita fuerat converſus, *illis enim præceptorem ſuum aſſimilare contendit.* Idem.

4 Ὀνησίκριτος] Is eſt quem in hac narratione ſequutus eſt Plutarchus & Strabo in xv. Quæ enim ab illo in vita Alexandri de Calano Indo ſcripta fuêre, his planè ἀδελφὰ ſunt. Erit itaque operæ pretium locum ipſum apponere. Ταῦτα μὲ εἰπὼν, κατακλιθεὶς, καὶ συγκαλυψάμενος, ὡς ἐκινήθη τῷ περὶς πλησίον πυρὶ, ἀλλ' ἐν ᾧ κατεκλίθη χρόνῳ, τοῦτο διατρῶν, &c. Id eſt, *Ita cùm eſſet loquutus, decubuit, ſeque operuit, neque, appropinquante igne, ſeſe movit, ſed eum ſervans habitum quo decubuerat*, &c. quem Plutarchi locum ſi quis diligenter conſideravit, facile

καίονται, εἶθ' ὅσον ὀλίγον [1] ἐντρέψωντες ἀπὸ καλλίστου. εἶτα ἢ τί μέγα, εἰ ἐμπέσὼν πεθνήξεται, συναποθάνοι τε καὶ πυρᾷ; [2] οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσαντα αὐτὸν, καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μὴ ἅπαξ φασὶ μαντεύσεται, βαθεῖαν ὀρύξαντα, καὶ ἐν βόθρῳ τῷ πυρᾷ. εἰσὶ δ' οἱ καὶ [3] μεταβάλλεσθαι φασὶν αὐτὸν, καὶ πάνυ ἀντέχεσθαι δίκης, ὡς καὶ Διὸς ἂν ἐθέλοντος μιάνειν ἱερὸν χωρίον. ἀλλὰ ληρεῖτε τοῦτο γε ἕνεκα. ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἄν, ἢ μὰ μηδένα τῶν Θεῶν ἐπιορκῆσαι, εἰ Περεγρῖνος καλῶς ἀποθάνοι. ἢ μὰ οὐδὲ ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' [4] ἀναδῦναι. οἱ γὰρ [5] συνόντες Κύνες, παρορμῶσι, καὶ συνωθοῦσιν εἰς τὸ πῦρ, καὶ ὑπεκ-

gnitatis ingressi, uruntur, ne tantillum quidem ab accubitu se avertentes. Sed iste quid magni præstet, si ab igne in quem se conjecerit correptus moriatur? Non à spe non resiliturum ipsum, & semiustum, nisi, quod ajunt, moliatur ut etiam in fovea, profunda fiat pyra. Sunt quoque qui ipsum mutatum iri dicunt, & somnia quædam narrare, tanquam Iupiter non sit passurus ut sacrum locum contaminet. At bono sit animo quantum ad hoc attinet. Ego enim jurare non dubitarem, nullum ex Diis ægrè laturum si malè pereat Peregrinus. Enimvero non facile ipsi fuerit amplius emergere. Nam Cynici qui cum ipso versantur, incitant & impellunt in ignem, animumque succen-

cile ei fuerit intelligere, quid sibi hoc Luciani velit, κἂν ὀλίγον καίονται, quod ignoravit Interpolator, cum scripsit, *deinde ordine dignitatis ingressi uruntur.* At non ita vertendum fuerat, sed, *crescuntur immoti & corporis habitu servato*; quod Plutarch. dixit de Calano, ἐν ᾧ κατεκλίθη χρόνῳ, τῶν διαπεφώτων. Sed ne quis dubitet, adscribam Luciani ipsius locum ex libello sequenti, ubi de his ipsis Brachmanibus agit. ἀλλὰ γὰρ, inquit, τὰ μὲν ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἑκὼν ἐκὼν πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀείροντας καπνοῦσι, ἐδὼν τῷ ὀλύμπῳ ἢ τῆς ψυχῆς ἐκτρέποντες. **Tan. Faber.**

1 Ἐντρέψωντες] Ex iis quæ modò attulimus legendum ἐκτρέψαντες. Idem.

2 Οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσαντα αὐτὸν ἡμίφλεκτον] *Non à spe non resilituram ipsum & semiustum.* Interpol. hoc quid sit, intelligere arbitror hominem natum neminem. Interpretandum fuerat, *cùm extra spem non sit, quin semiustus quoque* (aut, *quin vel semiustus*) *ex igne sit resiliturus.* Mihi tamen Græca oratio magis facta magisque elegans videretur, si legeres μὴ ἀπ' ἐλπίδος ἀναπηδήσαντα. Idem.

3 Μεταβάλλεσθαι] *Mutatum iri.* Interpolat. malè. Vertendum fuit, *Mutare sententiam.* De re præsenti loquitur: jam enim tergiversabatur Peregrinus. Idem.

4 Ἀναδῦναι] *Emergere.* Interpol. non potuit pejus: hoc enim loco ἀναδῦναι est *subterfugere, tergiversari*, ut ii faciunt, quos promissi pœnitet. Quod vel Homerus docuisse potuit Iliad. ν.

ἀλλ' ἄπῃσι τί οἱ ἔχεν ὑποτρέσαι, ἠδ' ἀναδῦναι
ἀψ λαὸν εἰς ὅμιλον ——

Ita in Odyss. κ.

μή τίς μοι ἀναδύῃ ——

Itaque dixit Eustathius, τὸ, ἀναδῦναι, ἐν ἴσῳ εἶναι τῷ, ἀναπροδῆσαι, εἶτουν, ὑποχωρῆσαι, item esse atque ἀναπροδῆσαι seu ὑποχωρῆσαι. Hesychius autem vertit μεταβαλέσθαι, *consilium mutare.* Ceterum Interpolator corrupit interpretem, qui sic verterat: *Neque promptum jam illi est à proposito regredi.* Eat itaque corrector quo dignus est. Idem.

5 Συνόντες Κύνες] Cynici, quod suprà dicebam. Idem.

καίουσι τῷ γνώμῳ, οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν. ὧν εἰ δύο συγκαθασπάσας ἐμπέσοι εἰς τὸ πυρόν, τοῦτο μόνον χαρίεν ἐργάσαιτο. ἤκουον δέ, ὡς ἄρα Πρωτεύς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μετωνόμασεν ἑαυτόν, ὅτι δὴ Φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται, πορφυρώτατα γήρᾳ καθεδόμενος. ἀλλὰ δὴ λογοποιεῖ, καὶ χρησμούς τινας διέξεισι παλαιούς δή, ὡς χρεὼν εἴη δαίμοσι νυκτοφύλαξι καὶ ὑπαίθρια ἱερεῖα αὐτόν. καὶ δῆλός ἐστι βωμῶν ἤδη ἐπιθυμῶν, καὶ χρυσοῦς ἀναστήσασθαι ἐλπίζων. καὶ μὰ Δία εἰδὼς ἄπειρος ὢν τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις δόξῃ σοφός τινας τὸν τεταρταῖον ἀπηλλάχθαι δι' αὐτοῦ φήσοντας, καὶ νύκτωρ κατετυχηκέναι τοῦ δαίμονος τοῦ νυκτοφύλακος. οἱ καλάμενοι δ' ἔτοι μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ χρηστήριον οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανῶνται, διότι καὶ Πρωτεὺς ἐκεῖνος ὁ Διὸς, ὁ προφήτωρ δ' ἐνόμασται, μαντικὸς ἦν. μαρτύρομαι δ', ἢ μὴν καὶ ἱερέας αὐτοῦ ἀποδειχθήσεσθαι, μαστίγων, ἢ καυτηρίων, ἢ τινων τοιούτων τετραυμάτων, ἢ καὶ νὴ Δία

cendunt, non finentes formidare: ex quibus si duos secum in pyram irruens traheret, lepidum hoc solum faceret. Quinetiam inaudivi, cum nolle Proteum amplius appellari, sed Phœnicem se transnominasse, quòd Phœnix avis Indica, senio confecta rogum conscendere dicatur. Sed & verba serit in vulgus, & prisca quædam oracula recenset, adeò ut necesse sit, ipsum noctis custodem Deum evasisse. Iamque liquet eum aras cupere, & aureas sibi erectum iri, sperare. Ac per Iovem, absurdum non est inter tot stolidos repertum iri aliquos qui dicant se per ipsum quartana liberatos, & noctu in Deum illum noctis custodem incidisse. Porrò execrandi isti ejus discipuli, etiam oraculum & adytum, opinor, supra pyram molientur, quia & Proteus ille Iove natus nominis hujus propater, vates erat. Testor etiam certò futurum ut sacerdotes illi constituantur, flagellorum, vel cauteriorum, aut cujuspiam hujusmodi monstroſæ rei: aut ut nocturna sacra, per Iovem, in

1 Παλαιοὺς δή] Τὸ γέλοιον est in hac particula δή, innuit enim non esse antiqua illa oracula, sed εἰρωνικῶς. Tan. Faber.

2 Δαίμοσα νυκτοφύλακα] Haud dubiè adversus terrores nocturnos, lemures, larvas, spectra, &c. Est quidem apud Plautum Deus Nocturnus in Amphitruone, & passim apud veteres Nox Dea; sed nil ad hanc rem. *Idem.*

3 Χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων] *Et aureas sibi erectum iri.* Interpolator. Ridiculè. Existimavit videlicet, χρυσοῦς esse casus quarti, quod διὰ δίαις est. *Sperat Peregrinus fore ut aureus stet*, id est, ut aurea statua sibi ponatur. Quòd ita tritum est, & tralatitium, ut pœne pudeat exempla proferre. Sed à Luciano ipso non abibo. δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χρυσοῦν ἀναστῆναι Τίμωνα, *Senatui populoque placuit aureum Timonem statuere*, id est auream Timoni statuam ponere. Virgil.

Nos te marmoreum pro tempore fecimus.

Et Horat,

Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream.

qui autem χρυσοῦν legi debere dicat næ is suam peritiam aperuerit. *Idem.*

4 Προφήτωρ ὀνόματος] Scio quidem ὄνομα sumi quandoque pro persona; sed nihil hic tale. Ingeniosa Luciani facetia est. Debuerat dicere, Proteus ille Deus

in

πλειστῶν πυθέσθαι αὐτὸν φησὶν νυκτὸς μὲν, καὶ δαδουχίαν ἐπὶ τῇ πυρᾷ. Θεαγένης δ' ἔναγχος, ὡς μοί τις ἔφη τῶν ἑταίρων ἀπήγγειλε, καὶ Σιβύλλαν ἔφη φοιτηκέναι καὶ τοῦτον. καὶ τὰ ἔπη δὲ ἀπεμνημόνευσεν.

Ἀλλ' ὁπόταν Πρωτεὺς Κυνικῶν ἔχ' ἄριστος ἁπάντων,
Ζηνὸς ἐριγδούπου πέμψαντος πῦρ ἀνακαύσας,
Εἰς φλόγα πηδήσας, ἔλθῃ εἰς μακρὸν Ὄλυμπον,
Δὴ τότε πάντας ὁμῶς, ὅσοι ἀρίστης καρπὸν ἔδουσι,
Νυκτιπόλον τιμᾶν κέλομαι ἥρωα μέγιστον,
Σωφρονέοντ' Ἡφαίστῳ, καὶ Ἡρακλῆι ἀνακτι.

Ταῦτα μὲ Θεαγένης Σιβύλλης ἀκηκοέναι φησίν. ἐγὼ δ', Βακιδος αὐτὸς χρησμὸν κατὰ τούτων ἐρῶ. φησὶ δ' ὁ Βάκις ὅτῳ σοφίσματα εὖ ἐπεσκῶν,

Ἀλλ' ὁπόταν Κυνικὸς πολυώνυμος εἰς φλόγα πολλὴν
Πηδήσῃ δόξης ὑπ' ἐλαυνόμενος θυμὸν ὀρεινῆς,
Δὴ τότε τὸν ἄλλον ἀλαλκώπεκα, οἱ οἱ ἕποντο,
Μιμεῖσθαι χρὴ πότμον ἀποιχομένοιο λύκοιο.
Ὃς δέ κε δειλὸς ἰὼν, φόβῳ μέτος Ἡφαίστοιο,
Λάθοσι βαλέειν τοῦτον πάχα πάντας Ἀχαιούς,
Ὡς μὴ ψυχρὸς ἰὼν, θερμηγορίῃσιν ἐπιχραῦῃ,

in ejus gratiam, & facis gestatio ad pyram instituantur. Cæterùm Theagenes nuper, ut mihi quidam ex sociis retulit, etiam Sibyllam ait de his rebus esse vaticinatam: atque ipsos versus commemorabat.

Ast ubi jam Proteus Cynicos longè optimus inter,
Igni succenso Iovis altitonantis ad ædem,
In flammam insiliens, magnum conscendet Olympum,
Tunc omnes quotquot fructu vescuntur agrorum,
Noctivagum, summumque colant heroa jubemus,
Et cum Vulcano simul Alcidaque sedentem.

Hæc quidem Theagenes ex Sibylla audisse se dicit. At illi Bacidis responsum super his referam. Ait autem ad hunc modum Bacis, admodum bene subdens,

Quum vario Cynicus cognomine proruet acrem
In flammam, à furiis vanum ob compulsus honorem,
Extincti tum sæva lupi, hunc quicunque sequuntur,
Vulpicanes alios imitari fata decebit.
At quicunque metu trepidus vitaverit ignem,
Protinus hunc saxis populus contundat Achivus,
Ne dum friget iners, tentet fervere loquela,

Vsu-

Πρωτεύς fuit nostri Protei; sed quia ille Sophistes κωμικὸς vocabatur Peregrinus non Proteus, maluit dicere Θεοπάτωρ τῷ ὀνόματι, *nominis progenitor*, vel *nominis primus auctor*. Nam quid sit *propater* ignorare me fateor. *Tan. Faber.*

1 Ὁ Βάκις] Hujus χρησμολόγου meminit aliquoties Aristophanes, ut ἐν ὄρνισιν & ἱππεῦσιν. Scholiastes tres ejus nominis commemorat, ut & Suidas, qui Scholiastæ locum in sese transtulit. Ejusmodi hominem ætas patrum nostrorum vidit, Nostradamum. Ceterum duas aut tres ex ejus prædictionibus apud Herodotum legas in VIII. Sed multo plures apud Pausaniam. *Idem.*

2 Κυνάλωπεκας] Convicium Aristophanicum. Intelligit Lucianus impostores. *Id.*

Χρυσοῦ σταξύμβου πήλει, μόλις πολλὰ δανείζων,
[1] Ἐν καλαῖς Πάτραισιν ἔχων τρεῖς πέντε τάλαντα.
Τί ὑμῖν δοκεῖ ἄνδρες; ἆρα φαυλότερος χρησμολόγος ὁ Βάκις τῆς Σιβύλλης εἶναι; ὥστε ὥρα πῖς θαυμαστοῖς τούτοις ὁμιλητοῖς τῶν Πρωτέως, φοιτᾶν εἰς τὸ κατακαίειν ἔνθα ἑαυτὸς ἐξαερώσουσι. τοῦτο γὰρ τὸ κρῦσιν καλοῦσι.
[2] ταῦτ' εἰπόντος, ἀνεβόησαν οἱ περιεστῶτες ἅπαντες, ἤδη καιέσθωσαν, ἄξιοι γὰρ πυρός. κἀγὼ μέν, καταβὰς γελῶν. [3] Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ τὸν Θεαγένη. ἀλλ' ὡς ἤκουσε τὸν βοῦν, ἦλθεν αὐτός. κἀναβὰς, σπερμολογῶν, καὶ μυρία κακὰ διεξιὼν τὸν Θεαγένη καὶ βεβοηκώς. ὃ γὰρ οἶδα ὅστις ὁ βέλτιστος ἐκεῖνος ἐκάλει. ἐγὼ δ' ἀφεὶς αὐτὸν λοιδορησόμενον, ἀπῆειν ἐπὶ τοὺς ἀθλητάς. ἤδη γὰρ οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῷ [4] Πλειθρίῳ. [5] ταῦτα μὲν σοι τὰ ἐν Ἤλιδι. ἐπὶ δὲ εἰς τὸν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα, μεστὸς ἦν ὁ [6] ὀπισθόδομος τῶν κατηγορούντων Πρωτέως, ἢ ἐπαινούντων τὸν προαίρεσιν αὐτοῦ ὥστε ϵ εἰς χεῖρας αὐτῶν ἦλθον οἱ πολλοὶ, ἄχρι δὴ παρελθὼν αὐτὸς

Vsuram exercens, auri prædivite pera,
In Patris nummosus habens ter quinque talenta.
Quid vobis videtur viri? num deterior Sibylla vates esse Bacis? Sed jam tempus est admirandis Protei discipulis, circumspiciendi ubi se in aërem convertent. Nam hoc combustionem vocant. Cùm hæc dixisset, exclamavit omnis circunstantium corona, Iam urantur, igne digni. Atque hic quidem, descendit ridens. Porrò Nestorem, nempe Theagenem non latuit vociferatio: verùm audito clamore, venit illicò. Et cùm ascendisset, vociferabatur, eumque qui descenderat innumeris maledictis insectabatur. Non enim scio quodnam illi optimo esset nomen. Cæterùm ego relicto illo qui se vociferatione rumpebat, abibam visurus athletas. Iam enim certaminum judices in Circo esse dicebantur. Et hæc quidem acta sunt in Elide. Postquam autem Olympiam venimus, plenum erat posticum accusatorum Protei, aut ejus instituti laudatorum: adeò ut plerique ipsorum venerint ad manus: donec

1 Ἐν καλαῖς Πάτραισιν] Intelligit Theagenem Cynicum, quem infra designat, ὁ ἡμιγύμνασος, ὁ ἐκ Πατρῶν. inde enim domo erat. *Tan. Faber.*

2 Ταῦτ' εἰπόντος] Huculque anonymi continuata oratio est. Cetera Lucianus veluti ex sese. *Idem.*

3 Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ] Locus ex Homero ad Theagenem translatus. Est autem primus versus τῆ ῥα μάλ' ἀμφὶς ἀϋτή. Hujus loci venustas ei non apparet, qui versum integrum non legit, propter ἀκροτελεύτιον, quòd mirificè ad ridiculum facit. Sic autem se habet;

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίονται ἀφ' ἵππων,

id est, etiam si biberet Nestor, eum tamen clamor non latuit. *Idem.*

4 Πλειθρίῳ] Circo. Interp. retinendum fuit, *in Plethrio*; locus erat in Gymnasio Eleorum. Paulanias. ἔστι δὲ ἐν γυμνασίῳ τῷ καλουμένῳ Πλείθριον. ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι ἔδος, &c. *Idem.*

5 Ταῦτα μὲν σοι] Leg. ταῦτα μέν τοι. *Idem.*

6 Ὀπισθόδομος] Credibile est fuisse magnum aliquod atrium, aut quid tale, Jovis

ὁ Πρωτεὺς μυρίῳ πλήθει παραπεμπόμενος, ἀγὼν ἦν τις κηρύκων ἀγών, λόγους πινὰς διεξῆλθε περὶ αὑτοῦ, τὸν βίον τινὰ ὡς εἴη, καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς ἐκινδύνευσε διηγούμενος, καὶ ὅσα πράγματα φιλοσοφίας ἕνεκα ὑπέμεινε. πλὴν

donec adveniens ipse Proteus comite innumera multitudine, retro præconum certamen, quandam de se orationem habuit, narrans quomodo vixisset, quibus in periculis versatus esset, quotque molestias Philosophiæ causa pertulisset. Et multa quidem disse-

Iovis templo annexum. Eodem in loco Herodotus olim suas recitavit historias, ut auctor est Lucianus alibi. Ceterum ἀποδίδομαι & πρᾶσις opponuntur. Diodorus XIV. ἐμόνον δὲ τοῖς πρασταῖς ἢ τοῖς ἀποδόμοις τὸ ἱερὸν, &c. Legendus autem tibi omnino Lucianus in Fugitivis, ubi historiam hanc ἐκκεφύρει. Ibi de Cynicis dicitur: καὶ βοᾷς τὸ ἀποδίδομαι ἐμπλήσουσιν ὑλακτῶντες. Tan. Faber.

1 Κατέπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Hunc locum sollicitavit vir doctus, & contendit legendum esse κατέπιν τοῦ Κιρκωφακικοῦ ἀγῶνος. Ignoscat, si non posium accedere suæ sententiæ: locus enim Luciani sanus est, nec minimam recipit mendi suspicionem. Κηρύκων ἀγὼν locus erat, ubi præcones de artis excellentia & vocis contentione certabant. Testis Diodorus lib. 18. ubi de epistola regis Alexandri, quam miserat, ut in Olympica celebritate recitaretur, sic ait: ταύτην ὁ πρεσβευτὴς ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος ἀναγορευθῆναι, id est, *eam autem jussit in publico certamine legi à præcone, qui victoriam obtinuisset.* Iulius Pollux lib. 4. cap 12: πρῶτον ὁ Ὀλυμπιάσι τὸ ἔπαθλον κηρυττόντων, οἱ δὲ ἱερομνήμονες ἐνεδείκνυντο, πρῶτος τὸ ξίφος ἀνηνείκατο τὰ Ὀλύμπια Ἄρχας Τ'Γλαιεύς ἐς τρεῖς ὑφιξεῖς Ὀλυμπιάδας εἰπὼν, καὶ Πυθοῖ ὁ εἰπὼν, καὶ εἰκὼν τις ἐπὶ τῷ αὐτοῦ Πυθικὴ.

Τ'Γλαίου κήρυκα τὸν δὴ Ἄρχία Εὐκλέος υἱὸν
Δείξαι ἄγαλμ' ὄψεσι φοίβε ἐπ' ἀσφαλείᾳ
Ὃς τρὶς ἐπ' ἀρυστὴρ Ὀλυμπίασιν αὐτὸς ἀγῶνα
Οὐθ' ὑποσαλπίζων, οὐτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

Id est, *Primum autem Olympia, cum soli ejus regionis præcones, qui in sacris ministrabant, admitterentur, Primus exterorum certavit Archias Hyblæus, qui tres continuas Olympiadas vicit, & Delphis etiam Pythia vicit, & extat ejus quædam imago Pythica:*

Hyblæi præconis hanc Archia Eucleis filii
Accipe statuam lubens, Phœbe, ob ejus incolumitatem,
Qui ter ipse certavit præconio in agone Olympico,
Nec tubulum in ore habens nec circa collum lizacula.

Ex his patet præcones etiam de voce certasse, & inde sequitur fuisse illi certamini locum assignatum, de quo hoc loco fit mentio apud Lucianum. Videndus Georgius Syncellus pag. 208. post Olympiadem 88, ubi inveniuntur hæc verba ex Africano: σαλπιστῶν & κηρύκων ἀγὼν πρωτοστάτην ἐν Ὀλυμπίᾳ, id est, *Tubicinum & præconum certamen aliis certaminibus additum est Olympia.* Videsis Iosephi Scaligeri epistolam numero 448. Cæterum de interpretatione vocum ὑποσαλπίζων & ἀναδείγματα non contendam, si quis certiora docuerit, nam ex sola nostra conjectura eas interpretatus sum sine auctoritate, nisi quod Hesychius habet ἀναδείγματα ἁπλῶς πρὸς τραχήλους, quod satis firmat nostram interpretationem, scilicet collum fasciis comprimebant, ne rumperentur nimia contentione arteriæ, & ut sonus vocis elatior fieret. De voce ὑποσαλπίζων, quam ex sola conjectura interpretatus sum, expecto, qui me doceat: alibi enim non reperitur. Hesychius in voce Σάλπιγξ hæc habet: σημεσάλπιγξ ἀντὶ τοῦ κῆρυξ. Vnde conjeci, præcones usos fuisse quodam ubalo argent eo vel æreo tamquam tuba, ut eorum vox major & clarior audiretur. *Palm.* Qui sint κήρυκες & Εὐμολπίδαι norunt omnes præter illum qui Luciani

ὧν εἰρημένα, πολλῶν. ἐγὼ δ' ὀλίγων ἠκουσα τῶν πλήθους τε ἀθρόου παρόντων. εἶπε φοβηθεὶς μὴ συντριβείην ἐν τοσούτῳ τύρβῃ, ἐπεὶ δὲ πολλὰς τοῦτο πάσχοντας ἑώρων, ἀπῆλθον, μακρὰ χαίρειν φράσας ἀναλωτῇ σοφιστῇ, τὸ ἐπιτάφιον ἑαυτῷ πρὸ τελευτῆς διεξιόντι. Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα. Φῂ γὰρ βούλεσθαι χρυσοῦν βίον χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι. χρῆναι γὰρ τὸν Ἡρακλείους βεβιωκότα, Ἡρακλείους ἀποθνῄσκειν, καὶ ἀναμιχθῆναι τὴν αἰθέρα. καὶ ὠφελῆσαι φῂ βούλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους εἰρηκέναι, πολλοὺς δὲ ὀλίγων ἠκουσα τῶν πλήθους τε ἀθρόου παρόντων. Deinde metuens ne in tanta turba comprimerer, cùm plerique id accidere viderem, abivi, longum valere jubens sophistam illum mori gestientem, suique funeris epitaphium ante mortem recitantem. Verùm tunc magnum hoc audivi: quòd diceret velle se aureæ vitæ, auream coronidem imponere. Par esse ut qui Herculeam vitam vixisset, Herculeam mortem oppeteret, & cum aëre misceretur. Et volo, inquit, hominibus pro-

ni Pseudomantim convertit. Cùm enim simpliciter interpretandum esset. *Ceryces & Eumolpida* (quemadmodum passim, præcipuè autem apud Æmil. Probum in Alcibiade) homo meus *præcones & egregios cantores* esse maluit. Hoc autem loco nil nobis cum ejusmodi κήρυξιν. Non esse autem hunc locum de iis intelligendum qui ἐν κύκλοις κηρύττουσιν, ludam, opinor, operam, si probem. Nec etiam de præconibus ludorum placet accipi. Deinde quid sit *retro præconum certamen?* Verum quidem est ἀγὼν significare non *certamen* tantùm, sed & *locum certaminis*, apud Homerum, notante Eustathio: quemadmodum οἶνος vinum & locum in quo venditur. Ἔλαιον oleum & locum in quo venundatur, ex Polluce, & χορὸς apud Homerum in σ. θ. pro loco τῆς χορείας. ita δεῖγμα duplicem significationem habebat notante Schol. in orat. contra Polyclem; sed quid fiet τῷ, κηρύκων? Sanè locus hic à doctis examinari debuerat, quod quia nondum fecere, dicam quod mihi videtur. Legendum hic putò non κατόπιν τῶν τῷ κηρύκων ἀγώνων, sed κατόπιν τῆς Κερκυραϊκῆς ἀγωγῆς. Audi quæso Pausaniam in Eliacis. τῶν δὲ, ἐνθα εἰς Ἑλλανοδίκας διημερεύουσιν, ἐστὶν ἰσχὺς ἀλλὰ στοὰ, τὸ μὲν παρ' ἑξῆς αὐτῶν, ἀγυιὰ μία. ταύτην ὀνομάζουσι Κερκυραϊκὴν οἱ Ἠλεῖοι. Nemo non videt quàm rectè huic Luciani loco conveniant, quæ à Pausania dicuntur. In hujusmodi autem locorum appellationibus, vicorum, platearum, &c. quàm sæpe peccent exscriptores librorum, nimis multa exempla probant. Hæc nostra est de hoc loco sententia, donec aliquis meliora protulerit. *Tan. Faber.*

1 Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] *Tunc magnum hoc audivi.* Interpol. quod ridiculum ἐς τὸ ἄκρον. Neque enim hoc loco τοσοῦτο *magnum hoc* significat, & qui ita existimant, næ illi haud dum etiam multa Græcè legerunt. Quid cùm Græci dicunt, τοσαῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο, &c, καὶ ταῦτα εἰπὰς ἐπῆλθε, & τοσαῦτα ὁ Κέμμος εἰπὼν εἰς τὴν αὐλὴν ἐπανῆλθεν, & Ioseph. in 11. ἀρχαιολογ. ἓ τοσάδε διασώμεθα, &c. sub finem cap. 111. quomodo verteres? Videlis, hæc una vocula sensum pervertit. Nimirum non animadverterat Interpolator τοσοῦτο nil esse aliud in hujusmodi loquendi generibus, quàm τοῦτο. Cujus rei pudet citare testes; Tamen si vacat, adi Suidam & Stephanum. Interpretem corrupit Interpolator. *Idem.*

2 Χρυσοῦ βίου] Ita Pindarus χρυσοῦς ἵππους vocavit eximios. ita Catullus *aureoli pedes* puellæ, & alia ὅσα κάλλιστα. Sed non modò χρυσοῦς pro pulchro, verùm & ἀργυροῦς. Ita plerumque exponit Interpres Homeri, quem ineruditum vulgus Didymum vocat. *Idem.*

3 Ἀναμιχθῆναι τῇ αἰθέρι] Quod suprà dixerat ἐξαερωθῆναι. Idem.

1 Προ-

πως, δείξας αὐτοῖς ὃν χρὴ τρόπον θανάτῳ καταφρονεῖν. πάνυ ἂν δεῖ μοι τὰς ἀνθρώπους Φιλοκτήτας γενέσθαι. οἱ μὲν ἀνοητότεροι τῶν ἀνθρώπων, ἐδάκρυον, καὶ ἐβόων σύζυγι τοῖς Ἕλλησιν. οἱ δὲ ἀνδρωδέστεροι, ἐκερτόμησαν, τάλας τε ἐδεδόγμει. ὑφ' ὧν ὁ πρεσβύτης μετρίως ἐθορυβήθη, ἐλπίζων πάντως ἔξειν αὐτὸν, καὶ μὴ [1] προήσεσθαι τῷ πυρί, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθέξειν ἐν τῷ βίῳ. τὸ δὴ πλεῖστα [2] δεδογμένα, ἀδύνητον αὐτῷ ἐφάνη, [3] ὠχεῖαν μᾶλλον ἐποίησε. καίτοι ἤδη νεκρικῶς τῷ χροιὰν ἔχοντι, καὶ τὴν Δίκην ὑποτρέμοντι. ὥστε κατέπαυσε τὸν λόγον. ἐγὼ γάρ, εἰκάζεις οἶμαι πῶς ἐγέλων. ἐδόκει γὰρ ἐλεεῖν ἄξιον ὧν, ὅτῳ δυσίρωτα τὰ δόξαντα ἀνθρώπου ὑπὲρ ἅπαντος, ὅσοι [4] τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνουσι. παρεπίμπλη δ' ὅμως ὑπὸ πολλῶν, καὶ συνεφορεῖτο τὰ δόξαντα, λαμπρύνεσθαι εἰς τὸ πλῆθος τῶν θαυμαζόντων, οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι οἱ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀπαγόμενοι, καὶ ὑπὸ δημίῳ ἐχόμενοι, πολλῷ πλείους ἦσαν. καὶ δὴ τὰ μὲν Ὀλύμπια, πάλαι εἶχε, κάλλιστα Ὀλυμπίων γεγόμενα, ὧν ἐγὼ εἶδον, πυραμὶς ἤδη ὀρῶν. ἐγὼ δ', ὁ γὰρ ὧν δυσπορήσας ὀχήματος ἅμα πολλῶν ἐξιόντων, ἄκων ὑπελείπόμην. ὁ δ', ἀεὶ ἀναβαλλόμενος, prodesse, ostendendo ipsis quo pacto mors sit contemnenda. Itaque oportet ut omnes homines Philoctetæ mihi fiant. Quare stultiores homines flebant, & clamabant, serva te Græcis incolumem. Sed cordatiores exclamabant, perfice quæ decreviſti. Quibus ille senex non mediocriter est turbatus, cùm speraret fore ut ab omnibus cohiberetur, nec eum in ignem immitterent, sed invitum in vita retinerent. Sed cum ipsi ex insperato accidisset, ut quæ decreverat, essent peragenda, magis expalluit & cùm jam mortui colorem præ se ferret, per Iovem etiam subtrepidavit. Itaque finem dicendi fecit. Quantum autem ego riserim, opinor, conjicis. Neque enim commiseratione dignus erat homo ita miserè supra omnes gloriæ cupidus, quotquot hac pœna exagitantur. A multis tamen deducebatur, & gloria saturabatur conversis ad multitudinem admirantium oculis, nescius miser ille, multò plures sequi eos qui ad crucem ducuntur, & à carnifice tenentur. Et jam Olympia finem habebant, quæ quatuor illorum quæ vidi Olympiorum fuerunt pulcherrima: quum ego (non enim multis simul abeuntibus currum habere licebat) invitus relinquebar. Ille verò sem-

1 Προήσεσθαι τῷ πυρί] *Nec eum in ignem mitterent.* Interpolat. falsò. Non metuebat Peregrinus ne in ignem ab astantibus mitteretur, (nil quidquam tale in toto libello) sed non arbitrabatur permissuros unquam, ut se in ignem sponte & ultro conjiceret; qui sensus longe alius est. Interpretem sequi noluit corrector. *Tan. Faber.*

2 Δεδογμένα, ἀδύνητον] Restitue ut in MS. R. δεδοξασμένα, πάνυ ἀδύνατον αὐτῷ, &c. *Idem.*

3 Ὠχεῖαν μᾶλλον] Rectiùs & elegantiùs in Cod. MS. Bibl. Reg. ὠχειᾶν ἐπὶ μᾶλλον ἐποίησε. Idem.

4 Τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνοντας] *Hac pœna exagitantur.* Interp. Sed vertendum fuit, *hac Furia exagitantur*; Ποινὴ enim hoc loco Furia est; res notior quàm ut probari debeat. Inde suprà dixit Lucianus δίκης ἐρινύι. Idem.

[1] νύκτα τὸ πελλάζιον προειρήκης ἐπιδείξασθαι τῷ κρύσιν. καί με τῶν ἑταίρων τινὸς προσλαβόντος μέσας νύκτας, ἐξαναστὰς, ἀπῆειν ἐπὶ τὸ [2] Ἁρπίνης, ἔνθα ἦν ἡ πυρά. σταδίοις εἴκοσιν ἄπωθεν ἔτι εἴκοσιν ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπίας κατὰ τὸν ἱπποδρόμου, ἀπιόντων πρὸς ἕω. καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμεθα, καταλαμβάνομεν πυρὰν πεπυκνωμένην οὐ βάθει, ὅσον ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος. [3] δᾷδες ἦσαν τὰ πολλά. καὶ παρεβεβύσητο τὸ φρυγάνων, ὡς ἀναφθείη τάχιστα. καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν, ἔδοξε γὰρ καὶ ἐκείνη θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τῶν ἔργων, σοφισταὶ σκεῦός τε ἐσκευασμένοι ἐς τὰ αἴθρια τόπον, καὶ ξυὼν αὐτοῦ τε τέλη τῶν κυνῶν. καὶ μάλιστα ὁ ἡμέτερος [4] ὁ ἐκ Πατρῶν, δᾷδα ἔχων, εὖ φαῦλος δευτεραγωνιστής. ἐδαδοφόρει δὲ καὶ ὁ Πρωτεύς. καὶ προσελθόντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνῆψαν τὸ πῦρ μέγιστον, ἅτε ἀπὸ δᾳδῶν, καὶ φρυγάνων. ὁδὶ, καί μοι πάνυ ἤδη προσέχε τὸν νοῦν, ἀποθέμενος τὸν πήραν, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ ἡρακλέειον ἐκεῖνο ῥόπαλον, ἔχει δὲ ὀζωτὴ ῥυπώσῃ ἀκριβῶς. εἶτα ἅτε λιβανωτὸν ὡς ἐπιβαλοὶ ἐπὶ τὸ πῦρ. καὶ

semper differens, noctu tandem prænmonuit, se combustionem sui spectandam exhibiturum. Et cùm quidam ex sociis circa mediam noctem experrectum me assumpsisset, ad Harpinam ubi erat rogus, rectà contendi. Erant integra viginti stadia, ab Olympia per hippodromum, ad auroram euntibus. Et quumprimum advenimus, deprehendimus pyram in profundo congestam ad ulnæ circiter modum profundam. Crebræ inerant faces, eratque sarmentis referta, ut citissimè conflagraret. Et postquam exorta est luna, quam etiam pulcherrimi hujus facinoris spectatricem esse oportebat, prodit ille eo quo semper solebat modo exornatus, & cum ipso Cynicorum agmina: & potissimùm generosus ille Patrianus, facem tenens, non malus secundarum partium actor. Facem quoque gestabat Proteus: & accedentes, alius alia ex parte, ignem maximum, ut pote ex facibus & sarmentis accenderunt. Hic verò, & jam mihi mentem penitus adverte, depositа pera, lacero pallio, herculeaque illa clava, stetit in amiculo planè sordido. Deinde postulato thure, quod in ignem injiceret, acce-

1 Νύκτα προειρήκης] *Noctem præmonuit.* Interpolator. malè. νύκτα enim hoc loco non est pro νυκτὸς, seu νύκτωρ, sed προειρήκης νύκτα dixit Lucianus, quemadmodum Iuvenalis, de Statio, opinor, *promisitque diem.* Apud Ciceronem est, & apud Varronem & Livium, *prodixit* seu *prædixit diem.* Interpres proximè ad verum, *noctem ei rei destinavit.* Tan. Faber.

2 Ἁρπίνης] Quid sit Harpina seu Harpinna, docebit Pausanias in Eliacis. *Idem.*

3 Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλά] Interpres sic vertit, longe certe ab auctoris mente, qui pyræ formam & materiam describit. Putavit interpres δᾷδες non aliud significare quam *fax.* Sed est arboris species, quæ Latinis *tæda* dicitur, de qua Plinius passim, & ideo vertendum erat, *è tæda ut plurimum constabat.* Palm.

4 Ὁ ἐκ Πατρῶν] *Ille Patranus.* Interp. Stephanus, seu Hermolaus ὁ τῆς ἐπιτικείας agnoscit Πατρῶς, at Πατρεὺς non agnoscit. Itaque dicendum fuerat *Patrensis*, ut usurpavit Cicero. Ceterum locus hic de Theagene est intelligendus. *Tan. Faber.*

1 Λέγει-

ἀναδόντος πως, ἐπιβαλέ τι, καὶ ἅμα εἰς τὸν μεσημβρίαν ἀποβλέπων, καὶ γὰρ ἐς τοῦτο ἔφη τὸν τραγῳδίαν ὦ ἡ μεσημβρία, δαίμονες πατρῷοι, καὶ πατρῷοι, δέξασθέ με εὐμενεῖς. ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ. ὁ μὲν ἐνεπίμπρατο, ἀλλὰ περιεχύθη τοῦ φλογὸς, πολλῆς ἐπιούσης. αὐτὸς ὁρῶ γελῶντά σε ὦ καλὲ Κρόνιε, τὸν καταστροφὴν τῆς δράσεως. ἐγὼ δὲ τοὺς πατρῴους μὲν δαίμονας ἐπικεκωμάκειν, μετὰ τοῦ δὲ ἀσφαλοῦς ἐπώμνυν. ὅτε δὲ ἐκεῖνοι τοὺς πατρῴους ἐπεκαλέσατο, ἀναμνησθεὶς τῶν περὶ τοῦ φόνου εἰρημένων, οὐδὲ κατέχειν ἠδυνάμην τὸ γέλωτα. οἱ Κυνικοὶ δὲ περεστῶτες τὸν πυρὰν, οὐκ ἐδάκρυον μὰ, σωπῇ δὲ ἐνεδείκνυτο λύπην τινά, εἰς τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἄχρι δὴ [1] ἀποπνιγῆς ἐπ' αὐτοῖς, ἀπίωμεν φημὶ ὦ μιαροί. οὐ γὰρ ἡδὺ τὸ θέαμα ὠπτημένου γέροντος ὁρᾶν, κίσσης ἀναπιμπαμένης πονηρᾶς. ἢ ἐσελθόντες εἰς ἀν γραφεύς τις ἐπλθοι, ἀπεικάσῃ ὑμᾶς, οἵους τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐποίησε τὸ Σωκράτη φιλοσοφοῦντας; ἐκεῖνοι μὲν ἠχανάκησαν, καὶ ἐλοιδοροῦντο μηδὲν ὄντες δ', καὶ [2] ἐπὶ τὰς βακτηρίας

acceptum à quodam, injecit, & ad meridiem respiciens (etenim meridies etiam ad tragœdiam hanc pertinebat) dixit O materni, paternique dæmones excipite me propitii. Quibus dictis in ignem insiliit: nec visus est amplius, sed à flamma, quæ se magnam attollebat, est circumfusus. Iterum video te ridentem, egregie Cronie, fabulæ catastrophem. Ego autem per Iovem, non magno vertebam vitio ipsi quòd maternos dæmonas inclamaret. Sed quando patrios quoque invocavit, recordatus eorum quæ de cæde patris dicta sunt, non potui risum continere. Porrò Cynici rogum circumstantes, non flebant quidem: sed silentio mœrorem quendam præ se ferebant, ignem inspicientes, donec odore malè affectus, abeamus inquam ô stolidi. Non enim jucundum est spectaculum senem torrefactum videre, cum nidore malo impleamur. An expectatis dum adveniat pictor qui vos depingat, quales in carcere Socrati amicos appingunt? Illi autem indignabantur, meque convitiis proscindebant: nonnulli etiam ad fustes venerunt.

1 Ἀποπνιγὴς ἐπ' αὐτοῖς] *Odore malo affectus.* Interp. sed nil tale. Vbi enim, quæso, odor ille malus in ἀποπνιγῇ? Quid autem? αὐτοῖς ad quid refertur nisi ad Cynicos πεισάντας τὸν πυρὰν, ut à Luciano describuntur? Sed ignoravit interpres quid sit ἀποπνίγεσθαι ἐπ' ἀνθρώπῳ aut quid tale, præsertim vero apud Atticos, quos hic noster studiosissimè imitatur. Exempla sunt passim apud Aristophanem, & Demosthenem, &, (quis Interp. indiligentiam non miretur?) apud ipsummet Lucianum in dialogis ἑταιρικοῖς. Est autem ἀποπνίγομαί τινι τόδε πρᾶγμα quod Latini dicunt, *Ea res me urit, me enecat*, Terent. *Vro hominem.* Horat. *Vror seu tibi candidos*, &c. Aristophanes κάομαι. Sed in re ita perspicua sit φειδὼ τῆς παραδείγματων διὰ τὸ πλῆθος. Tan. Faber.

2 Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν] *Ad fustes venerunt.* Interpol. istud verbum non ita vertendum fuit, quia aliter scribendum, scilicet ἦξαν *irruerunt, involarunt*, &c. Estque Attica syncope ab ἀίσσω, ut apud Aristophanem linguæ Atticæ canonem legitur, ὦ Πλάτων.

Ἐξῆξε τῶν ἓν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεώ,
Exiuerunt è templo dracones duo.

ita alibi Aristophanes, & ei synchronos Euripides: atque ita legisse interpretem, fi-

ἤξειν. εἶτα ἐπειδὴ ἠπείλησα ξωπυρήσας τινὰς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ πῦρ, ὡσὰν ἔποιτο τῷ διδασκάλῳ, ἐπαύσαντο, καὶ ἱλαρώτεροι ἦμεν. ἐγὼ δὲ ἐπαινῶν, ποικίλως ἐπαίρω πρὸς ἐμαυτὸν σύνοιαν τὸ φιλόδοξον, οἷόν τι ἐστὶ ἀναλογιζόμενος, ὡς μόνος ἦτος ὁ ἔρως ἄφυκτος, καὶ τοῖς πάντων θαυμασοῖς εἶναι δοκοῖμι. οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρὶ, καὶ τἄλλα ἐμπλήκτῳ, καὶ ἀποτετημένως βεβιωκότι, καὶ σὺν ἀπαξίᾳ ἓν πυρός. εἶτα σὺ τύχαιεν πολλοῖς ἀπιοῦσιν, ὡς ἤδη σβεσθησόμενος αὐτοί. ὥρουν γὰρ ἔτι καταλήψεσθαι ζῶντα αὐτόν. καὶ γὰρ ἐπὶ τῇδε τῇ ἀποτροπιάσει διεδίδοτο, ὡς [1] πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασόμενος, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοὺς Βραχμᾶνας φασὶ ποιεῖν, ἐπιδησόμενος τὸ πυρός. ἀπίστρεφον δ' ἔγωγε τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, λίγων ἤδη πεπλῆσθαι τὸ ἔργον, οἷς μὴ καὶ τοῦτ' αὐτὸ ἀφεσπούδαστον ἦν, καὶ αὐτὸν ἰδεῖν τὸν τόπον, καὶ πλείψανον καταλαμβάνειν τοῦ πυρός. ἔνθα δὴ ὦ ἑταῖρε, μυρία περίμαχα εἶχον, ἅπασι διηνεμέως καπνηφορούμενοις. εἰ μὴ ἔγωγε ἴδοιμι τινα [2] χαρίεντα, nerunt. Sed postquam minatus sum me correptos aliquos conjecturum in ignem, ut præceptorem sequerentur destiterunt, & pacem egerunt. Ego autem reverteus, variis modis, amice, apud me cogitabam de gloriæ amore, qualis ille sit reputans, quàm solus hic amor sit inevitabilis, etiam iis qui admirandi esse censentur: nedum illi viro, qui inter cætera stolidè & insipienter vixit, & ita ut igne non esset indignus. Exinde in multos incidebam qui spectatum ibant, cùm putarent fore ut eum adhuc vivum invenirent. Nam hoc pridie divulgatum erat, eum salutato sole oriente, quemadmodum Brachmanas factitare dicunt, pyram consensurum. Itaque plerosque illorum ab incepto itinere averti, dicens rem omnem esse jam confectam: quibus ne hoc ipsum quidem diligentia dignum erat, vel ut locum ipsum viderent, & aliquas ignis reliquias invenirent. Hìc amice, infinita negotia habebam, dum omnibus inquirentibus, & accuratè percontantibus differebam. Quòd si gratum aliquem vidissem, eorum

dem fecerit ejus versio, sic enim habet, *A nonnullis quoque eorum ad fauces concursum est.* Vides lector, quantum Interpolatori debeat Interpres. Quid si libellum aliquem absque ullo duce interpretandum suscepisset? *Tan. Faber.*

1 Πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασόμενος] Legendum est voce unica προσανίσχοντα, id enim postulat τὸ ἀσπάζεσθαι. προσανίσχω & προσανίσχω, *orior.* Prius illud apud Suidam, qui προσανίσχοντι, vertit per ἐξίσχοντι, qui locus à Porto malè intellectus est. Vertendum enim fuerat προσανίσχοντα *id est orienti*, ut ἔξισχε δὲ φίλ' ἥλιε. Apud eundem Suidam linea sequenti lego unica voce προσανίσχοντα ἥλιον, ἀνατέλλοντα. Quem locum esse Luciani puto, hunc ipsum, inquam, qui nunc nobis in manibus est. *Idem.*

2 Χαρίεντα] *Gratum.* Interp. Satis prodit nescire se quid sit χαρίεις. Est enim præter significationes vulgares *doctus, peritus, eruditus.* Id fusè ostendit Casaubonus in commentariis ad Athenæum, *doctus, lepidus, & laboriosus.* Sed ne ἀνάμεσον abeam, addam loca aliquot. Lucianus in libello cui titulus est, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, ita scribit. πλὴν ἀλλὰ μετρίως γε ὁ ἰδιώτης ἔτος ἦν, αὐτὸς μοὶ αὐτίκα δῆλος ἦν οἷός ἦν, ἄλλῳ δέ που χαρίεντι ἐν συνουσίᾳ ἱστορίαν μετα-

χειρι-

[1] ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην. ὡς δ' τὰς [2] βλάκας, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν κεχηνότας, ἐπαγωγόν τι παρ' ἐμαυτοῦ, ὡς ἐπῃδὴ ἀνήφθη μὲν ἡ πυρά, ἐνέβαλε δ Πρωτεὺς ἑαυτὸν ὁ Πρωτεύς, σεισμῷ πρότερον μεγάλῳ χθονὸς γενομένῳ, σὺν μυκήματι τῆς γῆς, καὶ ἀναζέσαντος ἐκ μέσης φλογός, οἴχεται ἐς τὸν οὐρανὸν, ἀνθρωπίνῃ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων, [3] ἔλιπον γᾶν, βαίνω δ' ἐς Ὄλυμπον. σκῆπτοι μὲν οὖν ἐπῆλθον, καὶ θεοστυγὴς ἦν, ὑποφρίττοντες. καὶ ἀνέκειντό με λέγοντες πότερον, πρὸς ἕω, ἢ πρὸς δυσμὰς ἐνέχθειη ὁ γύψ; ἐγὼ δ', τὸ ἐπελθὸν ἀπεκρινάμην αὐτοῖς. ἀπιὼν δ' ἐς τὴν πανήγυριν ἐπέγνων τινὶ πολιῷ ἀνδρὶ, καὶ τῷ τὸ Διὸς ἀξιοπίστως τὸ πρόσωπον ἐπὶ τῷ κώδωνι, καὶ τῇ λοιπῇ σεμνότητι, τά τε ἄλλα διηγουμένῳ περὶ τοῦ Πρωτέως, καὶ ὡς μὴ τὸ κεφάλαιον, θαύσαντα αὐτὸν ὑπὸ λύπης ἐλθεῖν μικροῦ ἐμπεσόντα, καὶ νῦν ἀπολίποντα περὶ

eorum quæ gesta erant, vel tenuissima, quemadmodum tibi, exponebam. Sed stupidis, & narrationi inhiantibus, tragicum aliquid comminiscebar, ut postquam incensa est pyra, seque in ignem conjecit Proteus, magno terræ motu priùs orto cum mugitu, vultur è media flamma subvolans, in cœlum abiit, magna voce humana dicens, Reliqui terram, in Olympum commigro. Proinde obstupescebant illi, & subhorrescentes adorabant: & quærebant ex me, utrum ad ortum, an ad occasum subductus esset vultur: ego verò quicquid succurrebat, iis respondebam. Porrò profectus ad celebritatem, incidi in virum canum, ac per Iovem cui vultus authoritatem pariebat, ob barbam, reliquamque gravitatem, quique inter cætera de Proteo narrabat, se postquam conflagrasset, conspexisse eum paulò antè alba veste amictum, & nunc reliquisse ambulantem hilari

χαιρίσεως παιτικοῖς. Vide ✝ χαρίεντα & ✝ ἰδιώτην inter se opponi. Sed is locus Luciani pessimè conversus est. Apud Plutarchum cùm Periander quidam, medicinæ arte clarus, laudaretur, verùm mala poëmata scriberet, ei Archidamus, τί δὲ σοτε, inquit, ὦ Περίανδρε, ἀντὶ χαρίεντος ἰατρὸς κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ὀκνεῖς; Vbi iterum videre est, κακὸν ποιητὴν opponi χαρίεντι ἰατρῷ. Hunc locum male intellexit Raphaël Regius. *Tan. Faber.*

1 Ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην] *Eorum quæ gesta erant vel tenuissima, quemadmodum tibi, exponebam.* Interpolator. Vbi, quis risum vel indignationem teneat? Hisce ne licere hominibus bonos scriptores attingere? & quæ optimè ab interprete erant conversa, depravare? Sic enim planè & disertè interpres. *Illi rem omnem nudè & simpliciter, ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam.* Idem.

2 Βλάκας] Hos Dial. Alex. & Pseudom. vocabat πάχεις. Bourd.

3 Ἔλιπον γᾶν] Ex tragicorum aliquo. Sed cur opus fuit dicere γᾶν potiùs quàm γῆν? Facit ea res πρὸς τὸ σεμνὸν, novæque apotheosi magis convenit. Somnium, inquies. At audi Eustathium ad Iliad. Quo loco ait Athenienses præstitisse τὸ, ὦ Δάματερ Doricum τῷ, ὦ Δήμητερ, quod commune erat & Atticum etiam. Locum ipsum præstat apponere. Ἀθηναῖοι δὲ πρωτολόγως τῷ, ὦ Δήμητερ, κοινῷ ὄντος ἐν Ἀττικῇ, τῷ, ὦ Δάματερ, Δωρικόν, ὅτι τὴν θαυμαστικῶς λέγεσι, μαρτυροῦσι καὶ αὐτοῦ σεμνὰ τῇ φωνῇ τῷ Ἄλφα. Possem addere Hermogenis locum lib. I. περὶ ἰδεῶν, cap. VI. ubi agit περὶ τῆς σεμνότητος; Sed non vacat transcribere. *Tan. Faber.*

2 Ἔπει-

πατὴν ἐν Φαιδρῷ ἐν τῇ Ἐπιφανοῦς Στοᾷ, [2] κοτίνῳ τὲ ἐστεμμένον. εἶτ' ἐπὶ πᾶσι ἐπεσείσηκε τὸ γύπα δομνύμενον, ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι ἀναπτάμενον ἐκ τῆς πυρᾶς, [3] ὃν ἐγὼ μικρὸν ἐμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι, [4] καταγελῶντα τῆς ἀνοήτου, καὶ βλακικὸν τὸ τέρπον. σὺ δὲ τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ χρήσεσθαι. ποίας μὲ μελίττας ἐπιζήσεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, πίνας ἢ τίτιζας οὐκ ἐπαγαγέσθαι, [5] πίνας ἢ κορώνας οὐκ ἐπιπτήσεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τὸ Ἡσιόδου πάφον, καὶ τὰ τοιαῦτα; εἰκόνας μὲν γὰρ παρὰ τῶν Ἠλείων αὐτῶν παρά τε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς καὶ ἐπιστολὰς ἔλεγον, αὐτίκα μάλα οἶδα πομπὰς ἀναστησομένας. φασὶ δὲ πᾶσαις χρῆσθαι ταῖς ὑποδοχαῖς πόλεσιν ἐπιστολὰς ἀφιέμενον αὐτὸν, [6] ἀφῆκάς τινας, καὶ διαθήκας, καὶ νόμους.

hilari vultu in Heptaphono Stoa, & oleastri corona redimitum. Postremò addidit, vulturem dejerans, se ex pyra subvolantem conspexisse, quem ego paulò antè volare omisi, stultos, stupidosque deridentem. Cæterùm considera, quæ propter ipsum verisimile est futura. Quales apes locum non sunt frequenturæ, quæ cicadæ non accessuræ, quæ cornices non advolaturæ, quemadmodum ad sepulchrum Hesiodi, & similia? Imagines enim ab Eleis ipsis, cæterisque Græcis, quibus etiam scripsisse dicebat, scio multas protinus erectum iri. Ajunt autem ipsum omnibus ferme celebrioribus civitatibus epistolas misisse, testamenta quædam, admonitiones, & leges. Et

1 Ἐπὶ κφώνῳ Στοᾷ] Pausanias in Eliacis auctor est, dictam quoque fuisse σκιάλιον, (cave cum Attica eandem esse putes) & à nonnullis Ἠχὼ Στοὰν appellatam. Rationem addit; βούσαντι δὲ ἀνδρὶ, ἐπάκουε ὑπὸ τῆς ἠχοῦς ἃ φωνὴ ὅση παῖδι ἔοικε πλέον ἢ πρόσθεν. p. 170. Editionis Sylburgianæ. *Tan. Faber.*

2 Κοτίνῳ] Videlicet corona Olympiaca. *Idem.*

3 Ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι] *Quem ego paulo antè volare omisi.* Interpol. quod quid potest esse deterius? Luciani facetissimum dictum aperiam. Dixerat suprà χαρίεντος scriptor, se, dum Peregrini mortem fatuis quibusdam & κενοῖσιν ἀνθρωποις narrat, paucula quædam ὀπτεραγωδῆσαι: inter cetera autem evolasse vulturem è rogo, &c. Quæ res citò in plures sparsa est, ut est *humanum genus avidum auricularum*, ait Lucretius. Itaque adeo hic senex, credulos & religiosè mendax, vidisse se dicit vulturem illum; & tamen, ait Lucianus, memor eris, optimè Croni, me auctorem fuisse illius fabellæ, neque τὸν ὄντα quidquam tale factum fuisse; nam, nesciens ne sis, vulturem ego illum ἀείκελα πέτεσθαι, illum è sinu emiseram, id est, mendaciolum illud deridendis istis fungis asperseram, &c. Interpres corruptus ab Interpolatore scripserat: *Quem ego paulo antè volantem dimiseram.* Idem.

4 Καταγελῶντα τῆς] Lego καταγελῶν τῆς, alioqui διὰ χιασμοῦ dictus fuerit vultur καταγελᾶν τῆς ἀνοήτου. Idem.

5 Τίνας δὲ κορώνας οὐκ] Æ. Menagius in animadversionibus ad Diogenem Laërtium multis scriptorum testimoniis confirmat legendum esse πίνας χλιθούσας, quæ verissima & maximè congruens lectio est. *Alm.*

6 Διαθήκας τινάς] *Testamenta.* Interp. *διαθήκας & παραίνεσις*, verte, *præcepta & admonitiones.* Alludit ad Pythagoræos, à quibus sua præcepta ita vocitabantur. At fortasse, dixerit quispiam, alluserit ad καινὴν διαθήκην Christianorum Lucianus, ut est semper derisor. Et si id concederem, non tamen inde sequeretur vocem hanc verti per *testamentum* debere. Nam ἡ καινὴ διαθήκη significat novum fœdus, quem-

[1] καὶ πᾶς ἐπὶ τούτῳ περιδρόμους τῶν ἐλέγχων ἐχαρίζετο, νεκροσκήλης, καὶ νεκροδρόμους αὐτοσαγρώσας. τοῦτο τέλος ἔσχε τοῦ κακοδαίμονος Πρωτέως ἐκεῖνος, ἀνδρὸς ὡς βραχεῖ λόγῳ φιλαλήθειαν μὲν ἀδιαπόπτου ἀποκλίψαντος, ἐπὶ δόξῃ δὲ, καὶ τῷ δοκεῖν τὰ πολλῶν ἑπαίνων, ἀπαύστου εἰπόντος ἀεὶ, καὶ πρόσαντος, ὡς ἐς πῦρ ἁλέσθαι, ὅτι μηδὲ ἀπολαύειν τοῦ ἐπαίνου ἔμελλεν, ἀναίσθητος αὐτῶν γιγόμενος. ἵν' ἔτι σοι αὐτοσδιηγήσωμαι, πάσομαι, ὡς ἔχεις ἐπιπολυμελῶς. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πάλαι οἶσθα οὔτως ἀκούσας μου, ὅτε ἥκων ἀπὸ Συρίας διηγούμην, ὡς ἀπὸ Τρῳάδος συμπλεύσαιμι αὐτῷ, καὶ τἄλλα τῶν ἐν τῷ πλῷ τρυφήν, καὶ τὸ μεσόκιον τὸ ὠραῖον, ὃ ἔπεισε Κυνίσκειν, ὡς ἔχοι ἑαυτὸς πρὸ [2] Ἀλκιβιάδου, καὶ ὡς ἐπέζεφε χθιὸν μὲν τὸ νυκτὸς ἐν μέσῳ τῷ Αἰγαίῳ, [3] γνόφου καταδύντος, καὶ κύματα παμμέγεθες ἐγειράντος, ὑπὸκνυε μὲν τὸ γυναικῶν ὁ

Et quosdam ex sociis ad hæc legatos designavit, quos mortui nuntios, & Orci cursores appellavit. Hic finis fuit infœlicis illius Protei, viri, ut paucis perstringam, qui veritatis rationem nullam unquam habuit: sed ad gloriam, laudemque à vulgo reportandam omnia semper dixit, & fecit adeò ut in ignem quoque insilierit, tum quum neque laudibus erat fruiturus, dempto illi à morte sensu. Vno adhuc tibi narrato, finem faciam, quò habeas unde abundè rideas. Illa enim jamdudum nosti, siquidem me, quumprimum ex Syria veni narrantem audivisti, ut à Troade cum ipso navigarim, aliasque inter navigandum delicias, & formosum adolescentem, cui persuasit ut Cynicæ sectæ se addiceret, videlicet, ut esset etiam ipsi Alcibiades: utque noctu perturbatus fuerit medio in Ægæo, caligine obortа, & fluctum ingentem excitante, utque cum mulieribus plorarit

quemadmodum ἡ παλαιὰ διαθήκη vetus fœdus. Quis enim ibi mortuus est, cujus ea lex dici queat testamentum? *Tan. Faber.*

1 Καὶ πᾶς ὅτι τούτῳ περιεσώτας] Legendum est ὅτι τούτῳ finem enim & ἀφοσίωσιν designat illuc ἐπί. Cùm hæc ad oram libelli adscripsissem, animadverti in Cod. Reg. legi ἐπὶ τούτῳ Cujus lectionis sententia eadem planè est. *Idem.*

2 Ἀλκιβιάδου πρό] Amores & παιδικὰ Socratis, ut vulgus scriptorum existimat; sed quàm ab hac fœditate remotus fuerit Socrates, omnium, quotquot unquam fuere, hominum optimus & sanctissimus, satis superque ostendunt divina illa Xenophontis ἀπομνημονεύματα; Tum præterea ipsius vita nuper à viro doctissimo, & linguæ Græcæ peritissimo D. Carpentario conscripta. Hoc itaque ausim asserere;

Si quis morte obita sensus tellure sub ima est,
Socratici gaudent Manes, & grandior Vmbra
Ambulat Elysium, tanti scriptoris honore. Idem.

3 Γνόφου καταδύντος καὶ κῦμα παμμέγεθες ἐγειράντος] *Caligine oborta & fluctum ingentem excitante.* Interpol. pessimè. γνόφος enim hoc loco *turbo* est. Idque satis ostendit nomen appositum καταδύς. Deinde, quî quæso fieri possit ut *caligo attollat mare*, quod diceret Lucianus, καὶ κῦμα παμμέγεθες ἐγειράντος? Rem verò terribilem; Caliginem noctu fuisse. Videlicet sunt hæc ægri somnia. Intelligit enim Lucianus turbinem illum qui vulgò dicitur ἐκτυφίας, de quo Apuleius, in libello de Mundo, & alii. Eustathius enim vocem hanc (γνόφος) deducit à νέφος.

Plo-

θανμαστὸς, καὶ [1] θανάτου κρείττων εἶναι δοκῶν. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον τῆς πολυτῆς, ὡς σύνεσα χθὲς ἀπὸ ἡμερῶν, πλεῖον οἴμαι δεῖπνον ἐμφαγὼν, ἤμεσέ τε τὴν νύκτα, καὶ ἰσχυρῷ πυρετῷ μεγάλῳ σφοδρῷ. ταῦτα δέ μοι Ἀλέξανδρος ὁ ἰατρὸς διηγήσατο, μεταπεμφθεὶς ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν. ἔφη δὲ καταλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον, καὶ τὸν φλοιμὸν ἀφέρητα, [2] καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα πίνειν ἐρωτικῶς, ἑαυτὸν δὲ μὴ δύνασθαι. καίτοι εἰπεῖν ἔφη ἀπὸ αὐτὸν, ὡς εἰ πάντως θανάτου δέοιτο, ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτόματον. ὥστε καλῶς ἔχειν ἑπεσθαι, μηδὲν δεόμενος δώρου. τόνδε μὲν φάναι, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξον ὁ τρόπος ἐξίοιτ' ἄν, πᾶσι κοινὸς ὤν. ταῦτα μὲν ὁ Ἀλέξανδρος. ἐγὼ δὲ, εἰ δὴ αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον αὐτὸν ἐγκεχρισμένον, ὡς ἀποδακρύσειε τῷ δεομένῳ φαρμάκου. ὁρᾷς; ὑπάνω τὰς ἀμβλυωπούσας ὁ Αἰακὸς περαδέχεται. ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐπὶ σταυροῦ ἀναβήσεσθαι μέλλων, τὸ σὺν τῷ δακτύλῳ πρόσπλασμα θεραπεύοι. [3] τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος εἰ ταῦτα

rarit admirandus ille, & qui morte potior videbatur. Sed paulò ante obitum, dies circiter novem, cùm plus æquo, ut opinor, comediſſet, evomuit noctu, & febre admodum vehementi eſt correptus. Quæ mihi medicus Alexander narravit, ad eum viſendum accerſitus. Ait ergo ſe illum ſemet humi volutantem inveniſſe, atque æſtum non ferentem, & frigidam magno deſiderio poſtulantem, ſe autem non dediſſe: at ipſi dixiſſe, ſi omnino mortem optaret, illam ultro ad januam eſſe venturam: ita ut rectè haberet eam ſequi, igne nihil indigens. Eum autem reſpondiſſe, hunc mortis modum, cùm ſit omnibus communis, non fore perinde glorioſum. Hæc quidem Alexander. Cæterùm ego, neque ipſe ante paucos dies vidi ipſum acri pharmaco unctum, ut lachrymas cieret. Viden'? Non omnino cæutientes Æacus admittit. Perinde ac ſiquis in crucem aſcenſurus, digiti vulnuſculo medeatur. Quid tibi videtur facturus fuiſſe Democritus, ſi hæc vidiſſet?

Pleriſque omnibus dici videtur ἀνὴρ quaſi παρὰ τὸ δοκεῖν τὰ πέρα. Quæ tu paſſim reperies: neque juvat tranſcribere. *Tan. Faber.*

1 Θανάτου κρείττων] *Morte potior.* Interp. Quid ſit ἀνὴρ θανάτου κρείττων, omnes, opinor, norunt; quid ſit *Vir morte potior*, non item. Vertendum itaque fuerat, *Vir morte ſuperior, quem mortis metus non deprimit, non frangit*, ut è contra ἀνὴρ θανάτου ἥττων is eſt, qui mortis pavore debilitatur, proſternitur & planè abjicitur. *Idem.*

2 Καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα] Supple ὕδωρ: ellipſi. Vt νεκρὸν, pro νεκρὸν ὕδωρ. Vide Etymologicum Magnum in νεκρόν. A νεκρὸν, eſt Græcorhomaicum νερό. Menagius.

3 Τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος] Hujus loci venuſtatem corrupit Interpolator. *Quid tibi*, inquit, *videtur facturus fuiſſe Democritus, ſi hæc vidiſſet? meritò virum irriſiſſet.* Interpres autem, antequam interpolatus fuiſſet, quanto melius? *Quid tibi*, inquit, *facturus fuiſſe videtur Democritus, ſi horum ſpectator contigiſſet? nunquid pro dignitate virum deriſiſſet?* Senſus eſt. Cùm tanta in Peregrino gloriæ ſitis fuerit, cenſen' tu, Croni, ſatis unquam & κατ' ἀξίαν δεξάμενον τὸν ἀνθρωπίσκον deriſurum fuiſſe Democritum? Dii boni! unde illi tantus riſus ſuppetere potuiſſet? Haud dubiè priùs ei fuiſſet emoriendum quàm hominem pro virtutibus, ut diceret Terentius, exagitare potuiſſet. *Tan. Faber.*

1 Πό-

τοῦ εἶδες; πρὸς ἀξίαν γελάσαις ἂν ἐπὶ τῷ ἀνδρί. καίτοι πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα; σὺ δ' ἂν ὦ φίλτατε, γέλα ἐ αὐτός. ἢ μᾶλλον ἐπόπτην ἐ ἄλλων ἀκόσμως θαυμαζόντων αὐτόν.

disset? meritò virum irrisisset. Quanquam unde tantus illi risus suppetivisset? Proinde, amice, ride tu quoque: & tum maxime quum audies alios eum admirantes.

1 Πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα] Quod de risu Democriti dixit Lucianus, idem de lacrymis Heracliti scripserat Iuvenalis;

Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor. Tan. Faber.

ΔΡΑΠΕΤΑΙ. | FVGITIVI.

ARGVMENTVM.

Rursum invehitur hoc Dialogo Lucianus in Philosophos, quos sub fugitivorum nomine non solùm ipsos per se homines facinorosos, ac perditos plerosque ostendit. Verùm etiam à turpibus principiis, nullis honestis studiis, nulla disciplina institutos, sed solùm ventris & ocii gratia, quò cum majori ignavia ac securitate, libidini atque aliis vitiis inservire possint, ad hanc professionem prorumpere docet. Fingitur autem Iupiter cum Mercurio de eo, quod nuper in Olympiis circa Proteum accidèrit, sermonem habere (qua occasio Dialogo est) atque ibi inter narrandum Philosophiam advenire, multa querentem ac detestantem, de moribus & viciis recentiorum ac nuper natorum Philosophorum, ut qui non ipsi modò, nihil dignum hac professione agant, aut tractent, verùm etiam injuriam ac fraudes, quibus alios circumveniant, sub hoc specioso titulo tegant. Expositа interim à prima origine, qua de causa Philosophia primùm in terras à Iove demissa fuerit, qui homines philosophari primùm cœperint, & quale postremum hoc hominum genus sub hac professione sese venditare soleat. Qua querela Iupiter, pro eo ac par erat, commotus Mercurium & Herculem unà cum philosophia, ad puniendos hujusmodi impostores demittit, qui, ducente Philosophia, in Thraciam deveniunt, atque ibi fugitivos quosdam servos, philosophorum nomine sese tuentes, & quandam Laconici cujusdam uxorem, libidinis caussa secum circumferentes, indicante & adjuvante ad hoc etiam Orpheo poëta, comprehendunt, & malè multatos dominis suis in servitutem restituunt.

APOL-

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἀληθῆ τοῦτά φασι πάντες, ὡς ἐμβάλοι τίς αὐτὸν φέρων εἰς τὸ πῦρ, κατέκαυσε Ὀλυμπίων, ἤδη πρεσβύτης ἄνθρωπος, οὐκ ἀληθὴς θαυμαζόποιος τὰ τοιαῦτα; ἡ σελήνη γὰρ ἡμῖν διηγεῖτο, αὐτὴ ἑωρακέναι καὶ ὁρμῆσαι λέγουσα. Ζ. καὶ πάνυ ἀληθῆ ὦ Ἄπολλον. ὡς μή ποτε γένοιτο ἄφελες. Απο. οὕτω χρηστὸς ὁ γέρων ἦν, καὶ ἀνάξιος σὺ πυρὶ ἀπολωλέναι; Ζ. καὶ τοῦτο μὲν ἴσως. ἀλλ' ἐγὼ πολλὴν μὲν τὴν ἀηδίαν μέμνημαι ἀναφερόμενος τότε ὑπὸ κνίσης πονηρᾶς, οἵαν εἰκὸς ἀποφέρεσθαι ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων. εἰ γὰρ μὴ εἰς τὴν Ἀραβίαν ὡς εἶχον οὕτως ἀπιὼν ᾠχόμην, ἀπολωλέναι ἂν εὖ ἴσθι ἀποπνιγεὶς καπνῷ. καὶ ὅμως οὐ τοσαύτη εὐωδία, καὶ ἀφθονία τῶν ἀρωμάτων, καὶ οὐ λιβανωτοῦ παμπόλλου, μόλις αἱ ῥῖνες ἐπιλαθέσθαι μοι, καὶ ἀπορραθῆναι ἤθελον τὴν κηλῖδα ἐκείνην τῆς ὀσμῆς. ἀλλὰ καὶ νῦν ἐλίγου δέω ναυτιᾶν, ὑπομνησθεὶς αὐτῆς. Απο. τί δ' βουλόμενος ὦ Ζεῦ, τοιαῦτα εἰργάσω ἑαυτόν, ἢ τί τὸ ἀγαθὸν, ἀπυρακωθῆναι ἐμπεσὼν εἰς τὴν πυράν; Ζ. τοῦτο μὲν οὐκ ἂν ὦ παῖ φθάνοις ἐμπεδοκλεῖ πρὸ αὐτοῦ ἐσκηλῶν. ὃς ἐς τοὺς κρατῆρας ἅλατο ἐς αὐτὸς ὢν Σικελίας. Απο. μελαγχολίαν πιὰ δεινὴν λέγεις. αὐτὰρ οὗτος γέ τινα ποτὲ ἄρα τὴν αἰτίαν εἶχε τῆς ἐπιθυμίας; Ζ. αὐτοῦ σοι λόγον ἐρῶ, ὃν ἔλεξε πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀπολογούμενος πρὸς αὐ-

APOLLO.

Vera-ne hæc dicunt pater, quòd quidam se ipsum coram Olympiis in ignem conecit, homo jam senex, nec non generosus ad talia præstigiator? Dixit enim Luna se illum ardentem vidisse. *Iupiter.* Verissima Apollo: utinam nunquam facta fuissent. *Apol.* Num adeò bonus erat senex, nec dignus qui in igne periret? *Iup.* Et illud forsitan. At ego multam molestiam memini me perferre tunc ob nidoris fœtorem, qualem par est exhalari ab humanis corporibus quæ assantur. Etenim nisi in Arabiam, ut habebam, statim abiissem, fumi fœditate, certò scias, periissem. Et tamen in fragrantia tanta, & aromatum copia, thurisque abundantia, vix mihi nares oblivisci, & dedissere volebant illius odoris probrum: sed & nunc illius recordatio nauseam mihi ferè movet. *Apol.* Sed quid volebat quum ita secum egit? aut cui bono in pyram ingressus conflagravit? *Iup.* Hoc quidem omnino facere non possis fili, quin Empedoclem ante ipsum crimineris qui in crateres Ætnæ insiliit & ipse in Sicilia. *Apol.* Gravem dicis melancholiam. Verùm iste quam tandem hujus cupiditatis causam habuit? *Iup.* Ejus orationem tibi recitabo, quam in celebritate habuit, quum apud ipsos pro morte sua

1 Ἀληθῆ] Dixi antea hunc Dialogum non esse Luciani. *Bourd.* Non videtur esse Luciani. *Marcil.*

1 Ἄγευ-

τὰς ὑπὲρ σ' πλάνης. ἔφη γὰρ εἶναι μέμνημαι, ἀλλὰ τίς αὕτη ἀτυχὴς προσεισι παραλήρημα, καὶ δακρύσασα, πάνυ ἀδικήματα ἔοικα; μᾶλλον δὲ Φιλοσοφία ἐστι, καὶ τὸνομά με τυγὸν ἐπιβοᾶται χαιρίζοντι. τί δὲ δάκρυες; ἢ τί ἀπολιπᾶσα τὸν βίον ἐλήλυθας; ἆρα μὴ οἱ Ἰδιῶται αὖθις ἐπιβεβουλεύκασί σοι, ὡς τοτὲ σόδον, ὅτε τὸν Σωκράτη ἀπέκτειναν ὑπὸ Ἀνύτου κατηγορηθέντα; εἶπε φύζεις ἀφ' τούτου αὐτούς; Φι. οὐδὲν τοιοῦτον ὦ πάτερ. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ὁ πολὺς λεὼς, ἐπῄνουν, καὶ ἀφ' ἡμῶν ἦσαν αἰδήμονες, καὶ θαυμάζοντές με, καὶ μηδενὸς ἀξιοῦντες ἐλάττω σεβεσμιώτερα, εἰ δὲ μὴ σφόδρα ἐμοὶ ἔοικα ἂν λέγειν. οἶδα, πῶς ἂν εἴποιμι, οἱ ξυνήθεις, καὶ φίλοι φάσκοντες εἶναι, καὶ τὸνομα τὸμὸν ὑποδύμενοι, ἐκεῖνοί με τὰ δεινότατα εἰργάσαντο. Ζ. εἰ Φιλόσοφοί ἐπιβεβουλήν τινα ἐπιβεβουλεύκασί σοι; Φι. ἀδαμῶς ὦ πάτερ, οἷς ξυνηδίκηται μοι δὲ αὐτοί. Ζ. πρὸς τίνων δὲ ἠδίκησαι, εἰ μήτε τὰς ἰδιώτας, μήτε τὰς Φιλοσόφους αἰτιᾷ; Φι. εἰσί τινες ὦ Ζεῦ, ὃν μεταξὺ τῶν τε πολλῶν, καὶ τῶν φιλοσοφούντων, τὸ μὲν σχῆμα, καὶ βλέμμα, καὶ βάδισμα, ἡμῖν ὁμοῖοι, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐσταλμένοι. ἀξιοῦσι γὰρ ὑπ' ἐμοῦ τιμᾶσθαι. καὶ τὸνομα τὸ ἡμέτερον ἐπιφαίνονται, μαθηταὶ, καὶ ὁμιληταὶ, καὶ σπασῶται ἡμῶν εἶναι λέγοντες. ὁ βίος δ' αὐτῶν, πανμίξους, ἀμαθίας, καὶ θράσους, καὶ ἀστοργείας ἀνάπλεως. ὕστερος δὲ μικρὰ καθ' ἡμῶν. ὑπὸ τούτων ὦ πάτερ, ἠδικημένη πέφυγα. Ζ. δεινὰ ταῦτα ὦ θύγατερ. ἀλλὰ τί μάλιστα ἠδικήκασί σε; Φι. σκόπει ὦ πάτερ, εἰ μικρά. σὺ γὰρ κατιδὼν τὸν βίον ἀδικίας, καὶ ἀθεμιτομίας μεστὸν, ὅτε ἀμαθίας, καὶ ὕβρεως

sua verba fecit. Dixit enim, si bene memini. Sed quænam est ista quæ huc properat perturbata, & lachrymans, prorsus offensæ cuipiam similis? At potiùs est Philosophia, & nomen quidem meum quiritans inclamat. Quid fles ô filia? aut cur relicta vita venisti? nunquid Idiotæ rursus, tibi struxerunt insidias ut antè, quando Socratem ab Anyto accusatum occiderunt? ipsos-ne ideo fugis? *Phi.* Nihil tale, ô pater, sed illi, plebs nimirum, me laudabant, honoreque prosequebantur reverentes, & admirantes me, ac tantùm non adorantes, tametsi quæ dico non admodum intelligerent. Hi verò, quonam modo dicam, familiares, & qui se amicos esse asserunt, meumque nomen induerunt, illi me gravissimè læserunt. *Iup.* Philosophi ne insidias aliquas tibi struxêre? *Phi.* Nequaquam ô pater, siquidem injuria mecum affecti sunt. *Iup.* A quibus igitur injuriam perpessa es, si nec idiotas nec Philosophos incusas? *Phi.* Sunt nonnulli ô Iupiter, inter multitudinem & philosophantes medii, habitu, aspectu, & incessu nobis similes, similique modo ornati. Nam se mihi subditos esse perhibent, nostrumque nomen usurpant, discipulos, contubernales, & sodales nostros se esse dicentes. At vita iporum scelestissima ignorantia, temeritate, & petulantia est referta. Nobis injuria haud parva. Ab his offenia profugi, ô pater. *Iup.* Molesta sunt hæc, filia, verùm qua re potissimùm te læserunt? *Ph.* Considera pater, num parva. Etenim cùm vidisses humanam vitam, iniquitate: & injustitia plenam, ut pote quæ in ignorantia & injuria ver-

ξυνόντα, καὶ περατίόμενον ὑπ' αὐτῶν, καταλείσας τὸ ἀνθρώπινον ὑπὸ τῆ ἀγνοίᾳ ἑλαυνόμενον, ἐμὲ κατέπεμψας, σὺ τε ἐλάμβανε ἐπιμεληθῆναι, ὡς παύσοντα μὲ ἀδικοῦντες ἀλλήλους, καὶ βιαζόμενοι, καὶ ὁμοίως τοῖς θηρίοις βιῶντες. ἀναβλέψαντες δ' ὡς τὴν ἀλήθειαν, εἰρηνικώτερον ξυμπολιτεύοιντο. ἔφης γὰρ ὡς με κατάπεμπων, ἃ μὲν πράττουσιν ἄνθρωποι, καὶ ὡς ἀφικνοῦνται ὑπὸ τῆ ἀμαθίας ὦ πάτερ, καὶ αὐτὴ ὁρᾶς. ἐγὼ δ', εἰ σῶς γὰρ αὖτις, σὲ, ἢν μόνον ἱκανὸς ἂν τὰ μεγάλα εἶναι, ἀπελάσας ἐξ ἁπάντων ἡμῶν, πέμπω ἱκανὸν μόνον. Ζ. οἶδα πολλὰ δὴ τοιαῦτα εἰπὼν τότε. σὺ δ' τὰ μὲν τοιαῦτα ἤδη λέγε, ὅπως μὲ ὑπεδέξασθε κατελθόντα πρῶτον, ἢ πῶς δ' νῦν ὑπ' αὐτῶν πέπονθας. Φι. ἦλθα μὲν ὦ πάτερ, οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας οὕτω, ἀλλ' ὅτῳ ἐδόκει μοι χαλεπώτερον ἔργον εἶναι, τὸ βαρβάρους παιδεύειν, καὶ διδάσκειν, τοῦτο πρῶτον ἠξίουν ἐπιχειρεῖν. τὸ Ἑλληνικὸν δ' εἶναι ὡς ῥᾴδιον ὑπολαμβάνων, καὶ τάχιστα, ὥσπερ φίλον ὑποδεξόμενον τὸ χαλινὸν οἷόν τε, καὶ ὑπαχθησόμενον τῷ ζυγῷ, ὁρμήσασα εἰς Ἰνδοὺς τοὺς πρώτους, ἔνθα μέγιστον τὸ σῶμα, καὶ χαλεπώτατα ἔπεισα καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμοὶ συμβῆναι. ὥστε δὴ πάντα ὄλβιον οἱ Βραχμᾶνες τοῖς Νεχραίοις, καὶ Ὀξυδράκαις ὁμορόοι, ἅπαντες ὑπ' ἐμοὶ τάττονται, καὶ βιῶσί μοι καὶ τὰ ἡμῖν δοκοῦντα, πειθόμενοι πρὸς τὸ βέλτιον ἁπάντων. καὶ ἀποθνήσκουσι παραδόξῳ τινὶ καὶ θαυμαστῷ τρόπῳ. Ζ. τοὺς Γυμνοσοφιστὰς λέγεις; ἀκούω γὰρ τάττε ἄλλα τε περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγάλην ἀναβάντες, ἀνέχοντες καρτεροῦσι, μηδὲν δ' κινοῦντες, ἢ τὸ κατα-

versetur, & ab iis turbetur, res humanas miseratus quòd tanta inscitia conflictarentur, me in terram demisisti, injungens ut operam darem, quò desinerent à mutuis injuriis, & violentia, vitaque belluina: & ad veritatem respicientes, pacatiùs conversarentur. Dicebas enim cùm me demitteres, quid faciant homines, & quomodo sint affecti ob ignorantiam, ô filia, vides tu quoque. Ego verò, quia me illorum miseret, te quam solam tantis erroribus mederi posse arbitror, ex omnibus nobis delectam, ut illos cures, demitto. *Iup.* Scio me tunc id genus multa dixisse. Tu verò quæ sequuta sunt jam dicito, quomodo te susceperint, quumprimum devolasti, & quæ nunc ab ipsis pertuleris. *Phi.* Ivi, pater, non ad Græcos statim: sed quod opus mihi videbatur esse difficilius, Barbaros videlicet instituere & docere, huic operi primùm incumbere volui. Græcos autem omisi tanquam qui facillimè subigi possent & celerrimè, ut putabam, frænum suscepturi, collumque jugo subdituri essent: & ad Indos primùm me contuli, gentem omnium quæ vivunt maximam, quibus nullo negotio persuasi, ut ab elephantis descendentes, mecum conversarentur. Itaque Brachmanes fœlix hominum genus, Nechræis, & Oxydracis finitimi, hi omnes mihi subditi sunt, nostrisque vivunt institutis, unde à vicinis omnibus honorantur, & mortis admirando quodam genere moriuntur. *Iup.* Dicis-ne Gymnosophistas? Nam inter cætera, audio ipsos conscenso ingenti rogo, sponte comburi, nihil de habitu, aut sede

θέρας ἀπεῖπόντες. ἀλλ' ὁ μέγας τοῦτο. ἔναγχος γὰρ ἐς Ὀλυμπιάδα τὸ ὅμοιον ἐγὼ εἶδον γεγονός. εἰκὸς ἦν σε παρεῖναι, καὶ ὁμοῦ τότε ἅπαντας. Φι. οὐδὲ ἀνῆλθον ὦ πάτερ εἰς Ὀλυμπίαν διὰ τοὺς κακοδαίμονας ἐκείνους, ὡς ἔφην, ὅτι πολλὰς αὐτῶν ἐώρων ἀπιόντας, ὡς λοιδορήσαιντο τοῖς ξυνελθοῦσι, καὶ βοῆς τὸ ἀποθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες. ὥστε οὐδὲ εἰδέναι ἐκεῖνον ὅπως ἀπέθανε. μὴ γὰρ τὸν Βραχμᾶνας, εἰς Αἰθιοπίαν οὖν; εἶτα εἰς Αἴγυπτον κατέβην. καὶ ξυγγιγνομένη τοῖς ἱερεῦσι, καὶ προφήταις αὐτῶν, καὶ τὰ θεῖα παιδούσασα, εἰς Βαβυλῶνα ἀπῆλθε, Χαλδαίοις, καὶ μάγοις μυήσασα. εἶτα εἰς Σκυθίαν ἐκεῖθεν. εἶτα εἰς Θράκην, ἔνθα μοι Εὔμολπός τε, καὶ Ὀρφεὺς συνεγένοντο. οἷς ἐπιθαπορεῖλασα εἰς τὴν Ἑλλάδα, τὰ μὲν, ὡς τελέσειεν αὐτοὺς, τὰ Εὔμολπον, ἐμεμαθήκη γὰρ τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν ἅπαντα, τὰ δ', ὡς ἐπάδων προσοιάζοι τῇ Μουσικῇ, καὶ πόδας αὐτοὺς εἰπόμην. καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἐλύπησα, ὥστε πάνυ ἠπορήσαν οἱ Ἕλληνες, ὥστε ὅλως ἀπέκλεισαν. κατ' ὀλίγον δὲ προσωμίλησα, ἐπεὶ καὶ τῶν ἀπάντων ἑταίρους, καὶ μαθητὰς προσηγαγόμην. καὶ ἄλλον, ἐκ Σάμου. καὶ ἄλλον, ἐξ Ἐφέσου. καὶ Ἀβδηρόθεν ἄλλον. ὀλίγους πανταχόθεν. μεθ' οὓς τὸ Σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ' ὅπως μοι παρεισφύσα, ὥστε ζηλοτυπήσασα ἐς βάθος, ὥστε κακοδαίμονα ἀπολέσθαι, ἀλλ' οἷον τὸ Κένταυρον γένος, συμπεφυρόν τι καὶ μικτὸν, ἐν μέσῳ ἀλαζονείας, καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, ὥστε τῇ ἀγνοίᾳ τέλεον προσηκόμενον, ὥστε ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον ληθαίοις τισὶ βλεφάροις ἀμβλυώττοντας ἀσαφές τι, καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν

sede mutantes. Sed hoc nihil magni. Nam recens in Olympiis simile quid accidisse vidi: ac verisimile est te tum interfuisse quum senex ille conflagravit. *Phi.* Ne Olympiam quidem veni pater, metu scelestorum illorum, quos dixi, quia videbam plerosque illorum, eò proficisci, consilio convitiis incessendi eos qui convenissent, & clamoso latratu opisthodomum implendi. Itaque quo pacto mortuus ille sit, non vidi. Post Brachmanas igitur in Æthiopiam statim, inde in Ægyptum descendi: & cum sacerdotibus, & prophetis eorum versata sum: quos cùm res divinas docuissem, Babylonem ivi, Chaldæos & magos initiatura. Inde in Scythiam: postea in Thraciam, ubi Eumolpus & Orpheus mecum congressi sunt. Quibus in Græciam præmissis, Eumolpo quidem res omnes divinas à nobis edocto, ut eos initiaret: Orpheo autem ut accinens Musica cogeret, eorum vestigia statim pressi. Atque ubi primùm veni, nec me admodum amplexi sunt, nec omnino excluserunt Græci. Sed paulatim cùm iis conversata, septem ex omnibus amicos, & discipulos collegi, alium ex Samo, alium ex Epheso, alium ex Abdera, omnino paucos. Post quos Sophistarum genus nescio quomodo mihi suppululavit, neque mea absolutè æmulans, neque valdè discrepans: sed tanquam Centaurorum genus, compositum quid & mixtum, in medio arrogantiæ & philosophiæ errans, neque ignorantiæ penitus adhærens, neque fixis oculis nos intueri valens: sed tanquam hebetudine cæcutientes, obscurum quid, & dubiam nostri imaginem,

εἰδωλον, ἢ σκιὰν σπότε ἰδόντες ἄν. οἰδὲ, ὡσθ' ἁπλῶς πάντα καλανενοηκέναι. ὅθεν παρ' αὐτοῖς ἡ ἀληθεία σκαιὰ, καὶ ἀδιάπτωτος σοφία, καὶ ὡς αὐτοὶ ὤοντο, ἀπροσμάχητος ἀνεφλέγετο. αἱ κομψαὶ, καὶ ἄπορροι, καὶ ἄτοποι ἀπορίαι; καὶ δυσεξόδιοι, καὶ λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις. εἶτα κωλυόμενοι, καὶ ἐλεγχόμενοι πρὸς τῶν ἑταίρων τῶν ἐμῶν, ἠγανάκτουν, καὶ σωρηδὸν ἐπ' αὐτὰς. καὶ τέλος, δικαστηρίοις ἐπῆγον, καὶ παρεδίδοσαν βιαίως καὶ κακείνοι. ἐγὼ μὲν οὖν ἴσως τότε φυγεῖν δοῦς, καὶ μηκέτ' ἀνέχεσθαι τὼν σωφρόνων αὐτῶν. νῦν δ' Ἀνυθίνης με, καὶ Διοβύτης, καὶ μετ' ὀλίγον Κράτης, καὶ Μένιππος, οἵτοι ἔπεισαν ὀλίγον ἐπιμετρῆσαι τοῦ βίου, ὡς μή ποτε ὤφελον. ἐγὼ δ' ἂν τοσαῦτα ἐπιπονῆσαι ὕστερον. Ζ. εἰδέπω μοι λέγεις ὦ Φιλοσοφία, τίνα ἠδίκησαν, ἀλλὰ ἀγανακτεῖς μόνον. Φι. καὶ μὴν ἄκρος ὦ Ζεῦ, ἠλίκος ἐστί. μιαρὸν γάρ τι φῦλον ἀνθρώπων, καὶ ὡς τὸ πολὺ ὀηλικὸν, καὶ ἀγοραῖον, ἐξυγχυθὲν ἡμῖν ἐκ παίδων ὑπ' ἀσχολίας. ἐδούλευε γὰρ, ἢ ἐθήτευεν, ἢ ἄλλας τέχνας, οἵας εἰκὸς τοὺς τοιούτους ἐμανθάνε, σκυτεύειν, ἢ τεκταίνειν, ἢ χαλκεύειν, ἢ ἔρια ξαίνειν, ὡς δέρρα εἴη τοῖς γυμνασταῖς, καὶ δύκηρυξ, καὶ κολαζομένῳ δύκαιος, ὁπότε ἢ κοπὴν σκέπην ἐρέοιεν, ἢ μίτον κλώθοιεν. τοιαῦτα πόνων ἐν παισὶ μελετῶντες, οὐδὲ ὄνομα τὸ ἡμέτερον ἠδέσαν. ἐπὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαντο, καὶ καπήλευν τὼν αἰδῶ ὅση. πολλὰ δὲ πολλῶν ἐστὶ τοῖς ἐπαίροις τοῖς ἐμοῖς, καὶ ὡς ἀνέχονται οἱ ἄνθρωποι τὼν παῤῥησίαν τὼν αὐτῶν, καὶ χαίουσι θεραπευόμενοι, καὶ συμβουλεύουσι πεί-

umbramve quandoque cernentes. At hi, omnia accuratè à se percepta esse existimarunt. Hinc *illa* inutilis apud illos & supervacanea sapientia, atque illorum judicio inexpugnabilis, accensa est: nimirum versutæ, dubiæ, & absurdæ responsiones: præterea inextricabiles & labyrintheæ interrogationes. Quòd si ab amicis meis prohibentur, & redarguuntur, indignantur, ac contra illos conspirant, tandemque in jus rapiunt, & ad cicutam bibendam tradunt. Et quanvis fortasse tum confestim fugere, nec eorum conversationem amplius tolerare oportuisset: Antisthenes tamen, & Diogenes, ac paulò pòst Crates, & Menippus, mihi persuaserunt ut paulum moræ adderem. Quod utinam nunquam factum esset: non enim tanta postea fuissem perpessa. *Iup.* Nondum mihi dicis, ô Philosophia quanam injuria sis affecta, sed indignaris solùm. *Ph.* Atqui audi Iupiter, quanta sit. Scelestum quoddam hominum genus est, atque ut plurimum servile ac mercenarium, ob negotia nobilcum à pueris non versatum. Serviebat enim, aut mercede operam locabat, aut alias artes, quas decebat istiusmodi homines addiscebat, sutoriam, fabrilem, fullonicam, & lanificam, ut lanam carminatam facilè elaborare, & nere possent mulieres, & commodè ducerent, cùm illæ aut tramam versarent, aut licium circumvolverent. Talia igitur in pueritia exercentes, ne norant quidem nomen nostrum. Postquam verò inter viros censeri cœperunt, & reverentiam animadverterunt, qua vulgus amicos meos prosequitur, & ut homines eorum loquendi libertatem tolerant, & se curari gaudent, & con-

γοντες, & ἐπιλιμώττων ὑποπτήσσουσι, ταῦτα πάντα τυραννίδα ὑ μικρὰν ἐγγὺς εἶναι. τὸ μὲ δὴ μανθάνειν ὅσα τῇ τοιαύτῃ σοφισθῆναι σοφίᾳ, μακρὸν ἴσως. μᾶλλον ἢ κωμῳδῆ ἀδυνάτων. εἰ τέχνας ἢ, γλίσχρως & σπουδῆς πάνυ, καὶ μάλις ἐνίοτε παρέχειν ἐδύναντο. οἵοις ἢ & ἡ δυλεία βαρύ. καὶ ὥσπερ ὧν ἐστι, ἀφόρητος ἐφαίνετο. ἔδοξεν οὖν σκοπεῖν, τὴν ὑστάτην [1] ἄγκυραν, ὧ ἱερὰν οἱ ναυλλόμενοι φασὶ καθίειν, καὶ ἐπὶ τῶν βελτίστην δόντας ἐμπίπτουσι, ἔπι τὸ & τόλμαν, καὶ ἀναιδείαν ἀποκαλέσαντες, αἴπερ αὐτοῖς μάλιστα συναγωνίζονται, καὶ λοιδορίας καινὰς ἐκμελετήσαντες, ὡς πρόχειροι εἶεν, καὶ ἅτε τῶν πάντων καινὰς ξυμβολὰς ἔχοντες. ὁρᾶς ὁπόσα πρὸς Φιλοσοφίαν ἐφόδια; χημαλίζουσι, καὶ μεζακησαμένοις αὐτοῖς εὖ μάλα εἰκότως, & πρὸς ἐμὲ, οἷόν τι ἀμελῆ ὁ Αἴσωπός φησι ποιῆσαι τὸν τῆ Κύμῃ ὄνον. ὃς λεοντῆν ἀποδαλόμενος, καὶ τραχὺ ὠρυόμενος, ἠξίου λέων & αὐτὸς εἶναι. καί πω τινὲς & ἦσαν ἴσως οἱ πιστεύοντες αὐτῷ. τανῦ ἡμέτερα, πάνυ ῥᾳδία ὡς οἶσθα, καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα. τὰ ἀποφανῆ λέγω. καὶ ὑ πολλῆς & πραγματείας δεῖ τοιούτοις ἀποδαλέσθαι, & πῆραν ἐξαρτήσασθαι, & ξύλον ὦν τῇ χειρὶ ἔχειν, & βοᾶν, μᾶλλον ἢ ὀλολύζειν, ἢ ὑλακτεῖν, & λοιδορεῖσθαι ἅπασι. τὴν ἀσφάλειαν γὰρ αὐτοῖς & μηδὲν ἐπὶ τούτῳ παθεῖν, ἢ πρὸς τὸ χῆμα αἰδῶς παρέξειν ἔμελλεν. ἡ ἐλευθερία ἢ πρόχειρος, ἄκοντι & δεσπότῃ, κἂν εἰ βάλοιτο ἀπάξειν, πεπαιχθησομένῳ τῇ ξύλῳ. καὶ τὰ

promptu convitia, etiamsi quid de nobis sit mentiendum. Porrò qui audiunt, fidem illis habent, ut qui probè sciant, eo quòd nobiscum consuetudinem habuerint. Ita fit ut in alterutrum incidamus, ut si nihil demus, illos prorsus habeamus hostes, aut profusis omnibus, ipsis protinus egeamus, jamque in pauperem gregem veniamus. At cætera quidem sunt tolerabilia. Verum inter cænas ipsas non curantes ingurgitari, & implere ventrem, quum plus satis biberint, aut pueri formosi poculum porrigentis manum pungunt, aut pellicem, uxorem-ve solicitant. Deinde evomito convivio, postridie nobis obtrectant, narrantes ut sitiverunt, & esurierunt. Quod si hæc adversus illos mentiri videmur, vester ille parasitus Ixion redeat in memoriam, qui ad mensæ communis honorem admissus, ac vobis dignitate æquiparatus, jam ebrius ille vir egregius, Iunonem adortus est. Hæc atque hujusmodi sunt, propter quæ in posterum statuimus, quò res nostræ sint in tuto, ne posthac illis aditum in domum præbeamus. Quòd si te authore paciscantur! sese moderatè petituros, ut nunc ajunt, neque quicquam flagitiosum in conviviis admissuros, age convivant nobiscum, simulque cœnent bonis avibus. Ac de tunicis, sicuti jubes, mittemus, & de auro, pro facultate insuper insumemus: denique nihil omittemus. Tum illi arte nobiscum vivere desinentes, pro adulatoribus & parasitis amici sunto. Ita nihil erit quod in nobis desideres, si ipsi quoque suo fungi volent officio.

SYM-

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, Η ΛΑΠΙΘΑΙ, ΦΙΛΩΝ, ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

SYMPOSIVM, VEL LAPITHÆ. PHILON, LYCINVS.

ARGVMENTVM.

Rursum depingit hoc loco Philosophorum mores & vitam Lucianus, atque illa, quæ fictionibus ac fabulis alibi de illis prodidit, hic nunc exemplo ac vero facto comprobat. Est autem historica quædam rei gestæ commemoratio, qua exponit, quo pacto diversarum professionum Philosophi aliquot, ab Aristæneto ad cœnam & nuptiarum celebritatem vocati, postea quam vino incaluêre, prosecta quisque sua inter se verbis primò contenderint, mox ad manus quoque & ad vulnera venerint, adeò ut saucii nonnulli, ac mutilati è convivio asportati fuerint. Rursum autem ex aliis qui vocati non fuerant, quidam, Cynicus videlicet, ultrò veniens, cœnantibus sese obtruserit, magna præsentia & impudentia sua importunitate. Alius autem per literas cum Aristæneto expostulavit, tragicè propè in eum debacchatus, quòd præteritus, & cæteris postpositus fuisset. Ex quo apparet, istud hominum genus, quod foris virtutem prædicat, voluptati, gulæ, cæterisque vitiis inservire solitos. Cæterùm tametsi hæc omnia cum summa festivitate pro ingenio atque facundia sua tractet Lucianus, interim tamen serio quoque ac verè idem monet, nullum esse pretium operæ, si quis disciplinas omnes perdiscat, nisi simul & vitæ rationes ad id, quod optimum est, accommodet. Inscribitur autem Dialogus hic Convivium, vel Lapithæ, quorum prior titulus ab argumento & re ipsa sumptus est, alter à collatione, quòd ut hic Philosophi, ita à Poëtis Lapithæ & Centauri, in nuptiis Pirithoi, inter se funesto certamine congressi quoque feruntur.

ΦΙΛΩΝ.

1 Ποικίλω ἄ Λυκῖνε, ἀφηγήσῃ φασὶ μαχάς ὑμῖν χθὲς ἐν Ἀριστοινέτου δεῖπνον, καὶ πάνυ φιλοσόφους λόγους εἰρῆσθαι, καὶ ἔτι γε σμικρὸν συρφετὸν ἐπ' αὐτοῖς. εἰ δὲ μὴ ἐψεύδετο Χάρινος

PHILON.

Variam, Lycine, disputationem in cœna apud Aristænetum heri vobis fuisse narrant, ac philosophicos quosdam sermones habitos, nec parvam super his exortam contentionem: imò nisi mentitus est Charinus, etiam ad

1 Ποικίλω] Cave, Lector, ne sequaris Erasmum hujus Dialogi Latinum Interpretem, sæpe enim alienus est ab autoris mente. *Bourd.*

εἶνα, καὶ ἄχρι τραυμάτων συχωρῆσαι τὸ πρᾶγμα. καὶ τέλος, αἵματι διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν. Λυ. καὶ πόθεν ὦ Φίλων, ἠπίστατο Χαρῖνος ταῦτα; οὐδὲ συνεδείπνησε μεθ' ἡμῶν. Φι. Διονίκῳ ἔφη δεδεῖπνηκέναι. Διόνικος δέ, καὶ αὐτὸς οἶμαι τῶν συνδείπνων ἦν. Λυ. καὶ μάλα. ὁ μὲν ἐξ ἀρχῆς γε ὑπ' αὐτοῖς ἅπασι παρεγένετο, ἀλλὰ ὀψὲ, μεσούσης χειδὸν ἤδη τῆς μάχης, ἐπέσῃ ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων, ὥστε θαυμάζω εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδυνάσθη, μὴ διαπολεμήσας ἐκείνοις, ἀφ' ὧν δέξαιμι ἂν εἰς τὸ αἷμα ἐπλάσθησαν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία. Φι. τοιγαροῦν ὦ Λυκῖνε, εἰ ὁ Χαρῖνος αὐτὸς, εἰ βουλοίμεθα τἀληθῆ ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως ἐταράχθη ἔκαστα, παρά σε ἥκειν ἐκέλευε. καὶ τὸν Διόνικον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς μὲν, ὁ διαπάντων ἄπασι, σὲ δ' ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ γεγονότα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἀπομνημονεῦσαι, ἅτε μὴ παρέργως τοῦτον τοιοῦτον, ἀλλ' ὡς σπουδῇ ἀκροώμενον. ὥστε σὺν ἂν φθόνοις ἐσῶν ἡμᾶς ἡδίστῃ ταύτῃ ἑστιάσεις, ἧς σὺκ οἶδ' ἂν τις ἡδίων ἅμοιγε. καὶ μάλιστα ὅταν μηφόντες εὐ εἰρήνῃ, καὶ ἀναιμωδὲ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα. εἶτε γέροντες ἐπαρῳνησάν τι διὰ τὸ δεῖπνον, εἴτε νέοι, εἰκὸς τι ὅσα ἤκουσα ἐχρῆν ὑπὸ ἀκρήτου σπουδῆς καὶ πρᾶξαι. Λυ. νεανικώτερα ἡμᾶς ὦ Φίλων, ἀξιοῖς ἐκφέρειν ταῦτα πρὸς τὰς πολλὰς, καὶ ἐπεξιέναι, διηγουμένους παίγνια, οὐ οἶνῳ, καὶ μέθῃ γλυκάμενα, δέον λήθην ποιήσασθαι αὐτῶν, καὶ νομίζειν ἐκεῖνα πάντα θεῶν ἔργα εἶναι Διονύσου εἶναι. ὃς σὺκ οἶδα εἴ τινα τῶν αὐτῷ ὀργίων ἀτέλεστον, καὶ ἀπάκχαδον παρεῖδεν. ὅρα δὴ μὴ κακοήθων τινῶν ἀνθρώπων ἢ τὸ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα ἐξετάζειν, ad vulnera uſque rem proceſſiſſe, denique conventum ſanguine dimiſſum eſſe. *Lyc.* Et unde Philon, reſcivit hæc Charinus? neque enim is nobiſcum eſt cœnatus. *Ph.* Ex Dionico medico, ajebat accepiſſe ſeſe. Dionicus autem opinor, erat ex convivis. *Lyc.* Ita ſanè: ſed non omnibus ab initio interfuit: ſed ſeriùs, ferè ſub medium pugnæ, & paulò ante vulnera ſupervenit. Proinde demiror, ſiquid certi referre potuit, qui non ſpectarit illa, unde lis inter eos nata deſierit in ſanguinem. *Ph.* Proinde Lycine etiam Charinus ipſe, ſi ſingula uti geſta ſunt, audire planè vellemus, juſſit ut te conveniremus. Etenim dixiſſe Dionicum, ſe toti negotio interfuiſſe: te verò accuratè tenere quicquid actum eſt, eorumque ſermones meminiſſe, ut qui res iſtiuſmodi non obiter, ſed diligenter audire conſueveris. Itaque omnino nos ſuaviſſimo hoc epulo excipies, quo neſcio an ullum mihi ſit jucundius: in primis cùm in pace ſobrii, & ſine ſanguine extra teli jactum ſimus epulaturi: ſive ſenes, ſive juvenes aliquid in cœna debacchati ſunt: ea mero compulſi & dicere, & facere quæ minimè decebat. *Lyc.* Vis, Philo, ut hæc in vulgus narrando efferam quæ in vino & ebrietate petulantiùs acta ſunt: cùm eſſent potiùs oblivioni tradenda, omniaque illa Dei illius Bacchi opera cenſenda: qui neſcio an quenquam ſuis orgiis non initiatum, & bacchationis expertem præterierit. Proinde vide ne hominis ſit parum bene morati, ejuſmodi ad amuſſim exquirere, quibus in con-

ἀκριβῶς ἔχω τὸ τοῦ συμποσίου κεφάλαιον· ἀπαλλάττεσθαι. μισῶ γάρ φησ ἐ ὁ πεπλικὸς λόγος μιάμυια συμπότην. καὶ γὰρ ὁ Διονικὸς ὀρθῶς ἐποίησε τὸν Χαρῖνον, αὐτὸν ἐξαγορεύσας, καὶ πολλὴν τὴν ἀκολασίαν καταχεάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων, ἐγώ, ἄπαγε, σὺκ ἂν τοιοῦτον εἴποιμι. *Phi.* ἡδύπεπλα ταῦτα ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' ὅπη γε τοῦτο ἐμὲ ὄντα ποιεῖν ἐχρῆν, [1] ἀκριβῶς μανθάνειν [2] πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. καί μοι δοκεῖς εἰ λειποῦσιας τοῦ ἀκροατηρίου, κἂν πρὸς κίονά τινα, ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν, σκέψαι, πάντα σωτείρων ἀμυσί. εἰ γὰρ ἐβουλήσω ἀπαλλάττεσθαι νῦν, σὺκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἕξεις, καὶ συνδιηκολουθήσεις, καὶ δεήσῃ. καίτοι θρύψομαί σε ἐν τῷ μέρει. καὶ ἐγὼ δοκεῖ, ἀπιωμὲν ἄλλοσε αὐτὰ πυθόμενοι. σὺ δ' μὴ λέγε. Λυ. μηδὲν πρὸς ὀργήν. διηγήσομαι γὰρ, ἐπεὶ σοὶ ὅπως προθυμεῖ. ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλὰς ἐρεῖς. *Phi.* εἰμὴ παραπάσαν ἐγὼ ἐπιλελησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ, καὶ φλαύσεις εἰπὼν ἅπαντα. ὅστε δέει ἐμὲ δεήσῃ. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπὲ, τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Κλεανθίδης ὁ ἀγοραῖος γυναῖκα, εἰσία ὑμᾶς; Λυ. οὐκ, ἀλλὰ τὴν θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τῷ Κλεανθίδῃ τῷ Εὐκρίτου δ' δανειστικῷ τοῦ φιλοσοφοῦντι. *Phi.* παγκάλω νὴ Δία μειρακίῳ, ἀπαλῷ μὲν ἔτι, καὶ δ' πάνυ καθ' ὥραν γάμου. Λυ. ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ἐπιτηδειότερον οἰκίᾳ. τοῦτον δ' καὶ

convivio relictis rectius erat discedere. Odi enim, inquit poëta, memorem compotorem. Nec à Dionico rectè factum, quòd hæc apud Charinum effutivit, & pridianam hominum Philosophorum temulentiam divulgavit. At ego, apage, nihil istiusmodi velim dicere. *Phi.* Ludos me facis, Lycine. At non erat apud me sic agendum, ut qui cognorim apprimè te dicendi longè esse cupidiorem, quàm ego sim audiendi. Et mihi videris, si tibi deessent auditores, vel ad columnam aliquam, vel ad statuam accessurus, quò omnia uno spiritu connectens effunderes. Quòd si nunc voluero discedere, non sines me abire quin audiverim: imò venies, comitabere, rogabis. Atque ego te tum vicissim ludam. Quin si ita vis, abeamus ea ex alio audituri: tu verò ne dicas. *Lyc.* Nihil succenseas, narrabo enim, siquidem tantopere cupis: sed ea lege ut apud vulgus non efferas. *Phi.* Ni prorsus Lycini morum sum oblitus, tute meliùs id feceris, & prior omnibus denarrabis: ita ut me nihil opus fuerit. Sed id mihi responde primùm, An filio Zenoni uxorem ducens Aristænetus, convivio vos accepit? *Lyc.* Non: sed Cleanthidem filiam locabat filio fœneratorii Eucriti, philosophiæ operam danti. *Phi.* Formosissimo per Iovem adolescenti, adhuc tenero, nec admodum nuptiis maturo. *Lyc.* Sed nullum utique aptiorem habebat: quem cùm

1 Ἀκριβῶς μανθάνειν] Τῶν σόλοικον Lucianici stilli properantis. *Marcil.*

2 Πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι] Πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. Terentius Hecyra. *Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi, Quam ego qua percontor scire, &c.* Idem.

1 Τὸν

σμιόν τε εἶναι δοκῶν ἐμοὶ, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἀρμηδόν, ἓν δὲ μόνον ὄντα πλουσίῳ τῷ Εὐκρίτῳ, προσείλετο νυμφίον ἐξ ἁπάντων. Φι. Ὦ μικρὰν λέγεις αἰτίαν τὸ πλουτεῖν τὸν Εὐκρίτου. ἀπὸ δὲ Λυκῖνε, τίνες οἱ δεῖπνοῦντες ἦσαν; Λυ. τοὺς μὲν ἄλλους, τί ἂν σοι λέγοιμι; οἱ δὲ ἀπὸ Φιλοσοφίας, καὶ λόγων, ὥσπερ ἐθέλεις οἶμαι ἀκοῦσαι μάλιστα; Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης, ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς. καὶ ξυνῆν αὐτῷ, Δίφιλος, ὁ Λαβυρινθος ἐπίκλην, διδάσκαλος ὢν υἱοῦ μὲν Ἀριστοινέτου, υἱέος δὲ Ζήνωνος. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Περιπάτου, Κλεόδημος. οἶσθα τὸν γαμύλον, τὸν ἐλεγχικόν; ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταί, καὶ κηρίδα καλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμων, παρῆν. εἰσελθόντα γε αὐτὸν, δύνες ὑπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ, καὶ ἀπεστρέφοντο, καὶ δῆλοι ἦσαν ὥσπέρ τινα πατροκτόνον, καὶ σιαγὴν μυσαττόμενοι. ἦσαν μὲν Ἀριστοινέτου αὐτῷ φίλοι, καὶ συνήθεις ὄντες, παρεκέκλητο ἐπὶ δεῖπνον. καὶ ξυνῆν αὐτοῖς, ὁ Γραμματικὸς Γναῖος, καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος. ἀλλ' ἦν τὸν νυμφίον τὸν Χαιρέου, Γνων ὁ Πλατωνικὸς συνεσπᾶτο, διδάσκαλος αὐτῷ ὢν, σεμνός τις ἰδεῖν, καὶ γενειοπλής, καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων τῷ σχήματι. καινὸν γὰρ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν αὐτὸν, εἰς τιμὴν ὀρθότητα τῆς γνώμης ἀποβλέποντες. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, ὥστε ξανίσασθαι πάντας αὐτῷ, καὶ ἐδεξιοῦτο ὥς τινα τῶν κρειττόνων. καὶ ὅλως, Θεὸς ἐπιδημίᾳ τὸ πρᾶγμα ἦν, Γνων ὁ θαυμαστὸς συμπαρών. δέον δὲ ἤδη κατακλίνεσθαι, ἁπάντων κενὸν παρόντων, τὸν δεξιᾶς μὲν εἰσιόντα, οἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλιντῆρα

cùm videret modestum, & ad studia philosophiæ propensum, præterea solum Eucrito divitis filium, sponsum ex omnibus delegit. *Ph.* Non levem dicis causam, quia nimirum dives est Eucritus. Verùm Lycine, quinam erant convivæ? *Lyc.* Alios quidem, cur tibi recenseam? Ex Philosophis & oratoribus, quos potissimùm audire cupis, erat Stoicus ille senex Zenothemis: unaque Diphilus, cognomento Labyrinthus, Aristæneti Zenonis filii præceptor. Ex Peripateticis autem Cleodemus: nosti hominem dicacem, & argutatorem, quem discipuli gladium, & bipennem vocant. Aderat etiam Hermon Epicureus: quem ingredientem Stoici torvis oculis obtuebantur, & aversabantur, palamque tanquam parricidam & impium detestabantur. Hi quidem Aristæneti ipsius amici, & familiares, ad cœnam fuerant invitati: & cum his Istiæus Grammaticus, & Rhetor Dionysodorus. Et propter sponsum Chæream, Ion Platonicus præceptor ejus intererat convivio: vir aspectu gravi, ac decore divino, & multam vultu modestiam præ se ferens, unde vulgus regulam ipsum vocat, ad ejus animi rectitudinem respicientes. Huic ingresso assurrexerunt omnes, & ut quempiam ex præstantioribus salutarunt: adeò ut Deus aliquis adveniisse videretur, cùm unà adesset Ion ille admirandus. Cùm autem jam esset accumbendum, omnibus ferè præsentibus, ad dextram quidem ingressis, totam illam spondam mulieres quæ com-

1 Τὸν κλιντῆρα ἐκεῖνον] Hesychius: κλιντῆρες. δίφροι, κλῖναι. Menagius.

1 Et

ἀπίλαβον, σὺν ὀλίγῃ σφυγμῇ· ἐν αὐταῖς, ἡ νύμφη, πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐσεκομίζετο. [1] εἷς δὲ τῶν ἀνακειμένων, ἦν ἄλλος πλούσιος, ὡς ἔκαστος ἀξίας εἶχε. καὶ ἀνέκρινε δὲ τῶν γυναικῶν, πρῶτος ὁ Εὔκριτος. εἶτα ὁ Ἀριστίνετος. εἶτα συνεδιάζετο, πότερον χρὴ πρότερον Ζηνόθεμιν τὸν Στωϊκὸν ἄνδρα κατακλιθῆναι, ἢ Ἑρμωνα τὸν Ἐπικούρειον. ἱερεὺς γὰρ ὢν τῶν Διοσκούρων, ὁ γάμος δὲ πρῶτα συνῆπτε τῇ Πολῖ. ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις τὴν διαίτης ἔλυσεν. εἰ γάρ με φησὶν ὁ Ἀριστίνετε, δύτερον ἄξεις Ἑρμωνα, τοῦτον δὲ ἀνδρα, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικούρειον, ἄπειμι, ἅλον σοι τὸ συμπόσιον καταλιπών. καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει, καὶ ἐξιέναι ἐκέλευε. καὶ ὁ Ἑρμων, ἔχε μοι, ἔφη, ὁ Ζηνόθεμι τὰ πρῶτα ἔφη. ἀτὰρ εἰ δὲ μηδέν τι ἕτερον, ἱερεῦ γε ὄντι, ἐξεῖναί μοι καλῶς εἶχεν, εἰ δὲ δεῖ Ἐπικούρου πάνυ, καταφρόνησας. ἐλάλησε ταῦτ' ὡς ὁ Ζηνόθεμις, Ἐπικούρειον ἱερέα. καὶ ἅμα λέγων, κατεκλίνετο. καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἑρμων. εἶτα Κλεόδημος ὁ περιπατητικός. εἶτα ὁ Γων. καὶ ὑπ' ἐκεῖνον, ὁ νυμφίος. εἶτ' ἐγώ. καὶ παρ' ἐμὲ, ὁ Διφίλος. καὶ ὑπ' αὐτῷ, Ζήνων ὁ μαθητής. εἶτα, ὁ Γήτων Διονυσόδωρος. καὶ ὁ Γραμματικὸς Ἰκάριος. Φι. βαβαὶ ὦ Λυκῖνε, Μουσῶν τι τὸ συμπόσιον δίκῃ σοφῶν τε πλείστων ἀνδρῶν. καὶ ἔγωγε τὸν Ἀριστίνετον ἐπῄνουν, ὅτι τὴν δύσκαιον ταύτην ἑορτὴν ἄγων, τὰς συ-

complures erant, occuparunt. Inter quas erat & sponsa, valdè diligenter obvelata, fœminis hinc atque hinc stipata. Porrò ex adverso ostii reliqua turba, pro cujusque dignitate collocata. E regione mulierum, primus Eucritus, secundus Aristænetus. Tum ambigi cœpit, utrum altero priorem oporteret accumbere, Zenothemin-ne Stoicum quippe senem, an Hermonem Epicureum. Nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos, & nobilissimæ inter cives familiæ. Verùm eam hæsitationem solvit Zenothemis. Si me, inquit, Aristænete, minoris Hermone ducis, viro videlicet isto, ut ne quid aliud mali dicam, Epicureo, discedo, totumque convivium vobis relinquo. Et puerum illicò tanquam discessum parans, advocat. Tum Hermon, priores partes, inquit, habe Zenothemi: quanquam etsi nihil aliud, vel hoc nomine par erat concedi, quòd sacerdos sim, ut planè contemnas Epicurum. Rideo, inquit Zenothemis, sacerdotem Epicureum: simulque cum dicto accubuit. Post hunc Hermon: deinde Cleodemus Peripateticus, pone hunc Ion, proximè hunc sponsus: post eum ego, juxta me Diphilus, huic assidebat Zenon discipulus, postremò Rhetor Dionysodorus cum Istiæo Grammatico. *Ph.* Papæ, Lycine, Musarum conventum quendam mihi narras fuisse istud convivium, quippe plurimis sapientibus, doctisque viris refertum. Atque equidem Aristænetum laudo, quòd cùm optatissimum hoc festum celebraret, præ cæ-

[1] Εἷς δὲ τὸν ἀντίθυρον] Ἀντίθυρος, ellipsis pro ἀντίθυρος τοῖχος. Ipse Lucianus supra de Domo pag. 463. κατὰ τὸ μέσον τοῖχον, ἀνὰ τὸν ἀντίθυρον: sed ubi legendum videtur, ἀνὰ τὸν ἀντιθύρα: aut potiùs τὸν ἀντιθύρα. Menagius.

1 Ἀλ-

φωζόντες ἐσιῶν πρὸ τ̃ ἄλλων ἠξίωσεν, ὅτι σοφ τὸ κεφάλαιον ἐξ ἁπάσης αἱρέσεως ἀπανθισάμενος, οὐχὶ τὰς μ̃, τασδὶ δ̃, ἀλλ' ἀναμὶξ ἅπαντας. Λυ. ἔστι γὰρ ὦ ἑταῖρε, οὐχὶ τ̃ πολλῶν τούτων πλησίον, ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτοῖς, καὶ τὸ πλεῖστον ἐν βίᾳ τοῖς τοιούτοις ξυίεσιν. εἰσιόντες οὖν οὐ σὺν ἡσυχίᾳ τοπρῶτον, καὶ παρεσκεύαστο ποικίλα. πολὺ γὰρ οἶμαι χρὴ καὶ ταῦτα καλλιελθεῖν, χυμοὺς, καὶ ἡδύσματα, καὶ καρυκείας. ἄπαντα γὰρ ἀφῆκα. ἐν τούτῳ γ̃, ὁ Κλεόδημος ἐπικυψας εἰς τ̃ Ἴωνα, ὁρᾷς ἔφη τ̃ γέροντα, Ζηνόθεμιν λέγων, ἐπίκυφον γὰρ, ὅπως ἐμφορεῖται τ̃ ὄψων, καὶ ἀναπέπλησται ζωμοῦ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὅσα τῷ παιδὶ καθόπιν ἐστὶ τὸ ῥάκος, λανθάνειν οἰόμενος τὰς ἄλλας, ἐμεμνημένος τ̃ μεθ' αὑτόν; δεῖξον δὴ καὶ Λυκίνῳ ταῦτα, ὡς μάρτυς εἴη. ἐγὼ γ̃ ἤδη ἐδόμην, δείξοντός μοι Ἴωνος, πολὺ πρόσπορον αὐτὰ ὄντα εὐωπῆς ἐωρακώς. ἅμα γ̃ ταῦτα ὁ Κλεόδημος εἰρήκει, καὶ ἐπεσείπεσεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, ἐκεῖνο τὸ κυνὸν ἐπιχαρίεντισμένος, τῷ Μενέλαον αὐτόματον ἥκοντα. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς, ἀναίσχυντα ἐδόκει πεποιηκέναι, καὶ ὑπέκρυον τὰ προχειρότατα. ὁ μὲν, τὸ, ἀφροντίστως Μενέλαε. ὅσῳ, ἀλλ' οὐκ αἰσχύνῃ Ἀγαμέμνονι ἡδέως θυμῷ, καὶ ἄλλα πρὸς τὸν καιρὸν εὐστόχα, καὶ χαριέντα ὑποτονθορύζοντες. ἐς μέντοι τὸ φανερὸν, οὐδεὶς ἐτόλμα λέγειν. ἐδεδοίκεισαν γὰρ τ̃ Ἀλκιδάμαντα, βόλῳ ἀπεχνῶς ὄντα, καὶ κραυγικώτατον Κυνικῶν ἁπάντων. παρ' ὃ καὶ ἀμείνων ἐδόκει, καὶ φοβερώτατος ἦν ἅπασιν. ὁ δὲ Ἀριστ-

cæteris sapientissimos viros convivio excipere voluerit, *delectis* ex unaquaque secta præcipuis, non hos, non illos, sed omnes promiscuè advocans. *Lyc.* Etenim, amice, non modò est è divitum istorum vulgo, sed etiam literarum est studiosus, & maximam vitæ partem in his versatur. Itaque initio taciti cœnabamus, variusque erat apparatus. Neque enim arbitror operæ pretium, ut enumerem condimenta, cupedias, & aromata, quæ cuncta affatim suppetebant. Interim Cleodemus, inclinatus in Ionem, vides, inquit, illum senem, Zenothemin dicens(subauscultabam enim) ut sese opsoniis ingurgitat, utque jure vestem opplevit: quàm multa puero à tergo stanti porrigit, alios latere se putans, & post se accumbentium immemor? Hæc igitur ostende Lycino, quò fit testis. Mihi autem non opus erat, ut indicaret Ion: quippe qui hæc perspicuè videram. Hæc simulatque dixit Cleodemus, irruit in convivium Alcidamas Cynicus non vocatus: vulgatum illud lepidè præfatus, Menelaum ultro venire. Quare plerisque visus est turpiter & impudenter fecisse: & quod cuique tum in mentem veniebat, in eum torquebant, alius hoc, Insanis Menelae: alius verò, Verùm Agamemnoniæ menti non ista placebant: ad hæc alia quæ pro tempore lepidè & falsè dici poterant, in eum obmurmurabant. Nam palam nullus audebat quicquam dicere, propterea quòd metuerent Alcidamantem, ut pote convitiatorem egregium, unumque è Cynicis omnibus clamosissimum. Qua quidem re adeò visus est excellere, ut nulli non formidandus esset. At Aristænetus collaudatum

σαντος, ἐπαινέσας αὐτὸν, σκέλλιδι βρέφον τινὰ λαβόντα, καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν Ἰστιαῖον τινα, ἢ Διονυσόδωρον. οὐδὲ, ἄπαγε φησι, γύναιόν λέγεις, ἢ μαλθακὸν, ἐπὶ βρέφη καθίζεσθαι, ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ἐπὶ μαλακῆς ταύτης δαπῆς μικρὰ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι, ἰσχάδας, πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι. ἐγὼ δ', κἂν ὀρθοστάδιον δειπνήσαιμι, ἐμπερίπατον ἅμα τῷ συμποσίῳ. εἰ δ' ἢ κάμοιμι, χαμαὶ ἢ τι πεσὼν ὑποβαλλόμενος, κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος, οἷον τὸ Ἡρακλέα γράφουσιν. ὅπως ἔφη γυνὴ ὧδε ὁ Ἀλεξαίνετος, εἰ σοὶ ἥδιον. καὶ τὸ λοιπὸν τοῦτο, σὺν κύκλῳ περιὸν ὁ Ἀλκιδάμας, ἐδείπνει, ὥσπερ οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετεξανιστάμενος, καὶ τὰς ἀμφίβυρτα τὰ ὄψα συμπερινεῖμαν. καὶ μήτοι ἢ σιτούμενος, σπερχὸς ἦν, ἀρετῆς πέρι, καὶ κακίας μεταξὺ διεξιὼν, καὶ ἐς τὸ χρυσὸν, καὶ τὸ ἄργυρον ἀπορώτερον. ἠρώτα γοῦν τὸ Ἀλεξαίνετον, τί βούλονται αὐτῷ αἱ ποῦσαι, ἢ τηλικαῦται κύλικες, ἢ κεραμεᾶν ἴσως δυναμένων. ἀλλ' ἔστιν μὲν ἤδη δεινὸς χλανίδα, ἐπιόντι ἐς τὸ πρόσθεν Ἀλεξαίνετος, καὶ παιδὶ ἐοίκοντες δύμεν ἀμφὶ σκύφον δεινὰ αὐτῷ, ζωρότερον ἐγχέαντες. καὶ ἐδόκει ἄριστα ἐπινενοηκέναι, σὺν εἰδότι ὅσων κακῶν ἀρχὴν ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐπεδέδωκει. λαβὼν δ' ἅμα ὁ Ἀλκιδάμας, ἐσίγησε μικρόν. καὶ ἐς ὕδατος καλὰ λαλάν ἑαυτὸν, ἐκεῖθι ἠμύσμενος ὥσπερ ἠπειλήκει, πήξας τὸ ἀγκῶνα ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸ σκύφον τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τοῦ Φόλου Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται. ἤδη δ' ἐς τὰς ἄλλας σωμφορὰς ὠθεισθεῖτο ἡ κύλιξ. καὶ

datum illum, quòd non vocatus adveniſſet, juſſit accepta ſella, juxta Iſtiæum ac Dionyſodorum accumbere. At ille, apage, inquit, muliebre ac molle quiddam dicis, uti in ſella aut ſcamno ſedeam, quemadmodum vos mollibus in ſtratis propè ſupini accumbentes, ſuppoſita purpura: epulamini. Quin ego vel ſtans cœnavero, in ipſo interim convivio obambulans. Quòd ſi defatigatus fuero, tum humi ſubſtrato pallio, cubito innixus jacebo, qualem Herculem pingunt. Ita fiat, inquit Ariſtænetus, ſiquidem iſthuc mavis. Tum Alcidamas convivium in orbem luſtrans, cœnabat, Scytharum ritu ad uberiora paſcua ſubinde ſeſe transferens, unaque cum iis qui inferebant edulia, circumiens. Ac tamen dum cibum caperet, operi intentus erat, de virtute, & vitio diſſerens: tum aurum & argentum dicteriis inceſſens. Nam Ariſtænetum interrogabat, quidnam ſibi vellent tam multa, tam magna pocula, cùm non minùs uſui poſſent eſſe fictilia. Verùm illum jam moleſtum ſe præbentem, in præſens compeſcuit Ariſtænetus, miniſtro innuens ut ingentem calicem, infuſo mero, illi porrigeret. Atque id quidem optimè excogitaſſe putabat, neſcius quantorum malorum ſcyphus ille eſſet author futurus. Quem ſimul atque accepit Alcidamas, pauliſper ſiluit, ac in ſolo ſternens ſeſe, jacebat ſeminudus, ut ſe facturum erat pollicitus, cubito humi fixo innitens, ſimulque dextra ſcyphum tenens, qualem Herculem Pholenſem pictores fingunt. Iam verò & inter alios calix aſſiduè circumagebatur: tum invitatiunculæ ad bibendum, & con-

φιλοτησίαν, καὶ ὁμιλίαν, καὶ φῶτα εἰσηκολούθησε. ὡς τοσούτῳ δὴ ἐγὼ τὸ παρεστῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα, εὐνοχόον ὄντα ὡραῖον, ἰδὼν ὑπεμειδίασα, χρὴ γὰρ οἶμαι ἓν ὅσα παρέργα τῶν ἑταίρων, εἰπεῖν, καὶ μάλιστα εἴ τι σοβὸς τὸ γλαφυρώτερον ἐπῃάχθη, μᾶλλα ἤδη παρεφύλαττον, ὅπῃ ἓν μειδιάσειε. καὶ μικρὸν, ὁ μὲν, σφαλεὶς, ὡς ἀπολυόμενον δῆθεν τὸν Κλεοδήμου τῶν φιάλων. ὁ δὲ, τὸν τε δάκτυλον ἀπέθλιψεν αὐτοῦ, καὶ δραχμὰς δύο οἶμαι συνωείσατο μετὰ τῆς φιάλης. ὁ παῖς δὲ, πρὸς μὲν τὸν δάκτυλον ἠλιθόμυον, αὐθις ἐμειδίασεν, ὡς μὲν συνοῖδεν οἶμαι τὸ νόμισμα. ὥστε μὴ δεξαμένῳ, ψόφον αἱ δύο δραχμαὶ παρέσχον ἐκπεσοῦσαι. καὶ ἠρυθρίασαν ἄμφω μᾶλλα σαφῶς. ἠπόρουν δὲ οἱ πλησίον, ὅ τινος εἴη τὰ νομίσματα, ἕως μὲ παιδὸς δραχμὰς μὴ ἀποβεβληκέναι, ἕως δὲ Κλεοδήμου καθ' ὃν ὁ ψόφος ἐγένετο, μὴ προσποιουμένου τὴν ἀπόρριψιν. ἠμελήθη δ' ὧν, καὶ παρωφθη τοῦτο, ὡς πάνυ πολλῶν ἰδόντων, πλὴν μόνου ὡς ἐμοὶ ἔδοξε τοῦ Ἀριστοίτου μετέχοντος γὰρ τοῦ παῖδα μικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ὑποξαχαζῶν. καὶ τῷ Κλεοδήμῳ πρὸς προσῆκον διένευσε τῶν ἐξόρων ἤδη, καὶ κρυπτῶν, ὀρεωκόμον τινὰ, ἢ ἱπποκόμον. καὶ τοῦτο μὲν, οὐδέπω σαφῶς ἐπεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἔφη διαφοιτῶντα εἰς ἀπεινὲς, ἀλλὰ μὴ κατιδεῖν αὐτίκα, δεξιῶς πάνυ τοῦ Ἀριστοίτου τὸν προσιόντα εὐείσηκοντος. ὁ Κυνικὸς δὲ Ἀλκιδείμας, ἐπιπόκει ἤδη, πυθόμενος ἥτις ἡ γαμουμένη παῖς καλοῖτο, σιωπὴν διαχέλευε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἀποβλέψας εἰς τὰς γυναῖκας,

confabulationes ortæ, demum & faces illatæ. Interim ego cùm puerum assidentem Cleodemo, pocillatorem formosum, subridentem vidissem (oportet enim arbitror accessiones convivii, commemorare, ac in primis siquid elegantius factum est) tum attentè observabam quid rideret. Et paulò pòst, hic quidem accessit, ut à Cleodemo poculum accepturus. Ille verò digitum ipsius compressit, & drachmas duas, opinor, ipsi unà cum poculo dedit. Tum puer, ad compressum digitum denuo risit, nec tamen nummum sensit: ita ut eo non accepto, delapsæ duæ drachmæ strepitum ediderint, & ambo admodum perspicuè erubuerint. Ambigebant autem proximè assidentes, cujus essent nummi: cùm & puer negaret à se projectos, & Cleodemus juxta quem strepitus acciderat, sibi excidisse dissimularet. Verùm ea res neglecta est, & dissimulata, quam non ita multi viderant, præter unum, ut mihi quidem visum est, Aristænetum. Puerum enim clam subductum paulò pòst loco movit, innuitque ut Cleodemo admoveretur aliquis ex illis exoletis, & robustis, videlicet mulio quispiam, aut equiso. Ad hunc modum ea res utcunque abiit, magnum illatura Cleodemo pudorem, si ad omnes permanasset, nec protinus Aristænetus extinxisset, inducta dextrè admodum temulentia. Porrò Cynicus Alcidamas (jam enim erat potus) percontatus quodnam esset nuptæ nomen, imperato magna voce silentio, conversis ad mulieres oculis,

1 Ἀλλὰ μὴ κατίδοι αὐτίκα] Ἀλλὰ μὴν κατίδοι αὐτίκα. Marcil.

1 Ἐξ-

προπίνω σοι ἔφη ὦ Κλεάνθι, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου. ὡς δ᾽ ἐγέλασαν ἐπὶ τούτῳ ἅπαντες, ἐγελάσατε εἶπεν ὦ καθάρματα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπινον ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου θεοῦ τοῦ Ἡρακλέους; καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρή, ὡς ἢν μὴ λάβῃ παρ᾽ ἐμοῦ τὸν σκύφον, οὔποτε τοιοῦτος ἂν υἱὸς αὐτῇ γένοιτο, οἷος ἐγώ, ἄτρεπτος μὲν ἀλκήν, ἐλεύθερος δὲ τὴν γνώμην, τὸ σῶμα δὲ οὕτω καρτερός. καὶ ἅμα παρεγύμνου ἑαυτὸν μᾶλλον, ἄχρι πρὸς τὸ αἴσχιστον. αὖθις ἐπὶ τούτοις ἐγέλασαν οἱ συμπόται. καὶ ὃς ἀγανακτήσας, ἐπανίστατο, δριμὺ, καὶ παράφορον βλέπων, καὶ δῆλος ἦν οὐκέτι εἰρήνην ἄξων. τάχα δ᾽ ἄν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰ μὴ κατὰ καιρὸν εἰσεκεκόμιστο πλακοῦς εὐμεγέθης. πρὸς ὃν ἀποβλέψας, ἡμερώτερος ἐγένετο, καὶ ἔληξε τοῦ θυμοῦ, καὶ ἐνεφορεῖτο συμπεριιών. καὶ οἱ πλεῖστοι ἐμέθυον ἤδη, καὶ βοῆς μεστὸν ἦν τὸ συμπόσιον. ὁ μὲν γὰρ Διονυσόδωρος ὁ ῥήτωρ αὐτοῦ, ῥήσεις τινὰς ἐν μέρει διεξῄει, καὶ ἐπῃνεῖτο ὑπὸ τῶν κατόπιν ἐφεστώτων οἰκετῶν. ὁ δὲ Ἱστιαῖος ὁ Γραμματικὸς, ἐρραψῴδει, ὕστερος κατακείμενος. καὶ συνέφερεν ἐς τὸ αὐτὸ τὰ Πινδάρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς ἐξ ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγγέλοιον ἀποτελεῖσθαι. μάλιστα δ᾽ ἐκεῖνα ὥσπερ προμαντευόμενος τὰ μέλλοντα, σὺν δ᾽ ἔβαλον ῥινούς. καί, ἔνθα δ᾽ ἄρ᾽ οἰμωγή τε, καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν. ὁ Ζηνόθεμις δ᾽ ἀνεγίνωσκε, παρὰ τοῦ παιδὸς λαβὼν λεπτόγραμμόν τι βιβλίον. διαλιπόντων δὲ ὀλίγον ὥσπερ εἰώθασι τῶν διακομιζόντων τὰ ὄψα, μηχανώμενος Ἀρισταίνετος μηδ᾽ ἐκεῖνον ἀτερπῆ τὸν καιρὸν εἶναι, μὴ δὲ κενὸν, ἐκέλευσε τὸν γελωτοποιὸν εἰσελθόν-

culis, Præbibo, inquit, tibi Cleanthi, nomine ducis Herculis. Quod cùm risissent omnes, ridetis, inquit, ô scelesti, quòd sponsæ, Herculis dei nostri nomine, præbibi: imò illud sciatis velim, ni scyphum à me traditum accipiat, nunquam talem filium ipsi nasciturum, qualis ego sum, interrita fortitudine, mente libera, ita robusto corpore: simulque se ipsum ad ea usque quæ sunt maximè pudenda, renudabat, unde risus convivis denuo est excitatus: quem indignè ferens surrexit, acribus & efferatis intuens oculis, & pacem non amplius acturus videbatur. Et forsan alicui baculum illisisset, nisi commodum illata fuisset ingens placenta, qua conspecta mitior fuit, & stomachari desiit, eaque se obambulans ingurgitabat. Iamque plurimi erant ebrii, & clamoribus perstrepebat convivium. Nam Rhetor Dionysodorus ibi quasdam orationes pronuntiabat, & à famulis pone astantibus laudabatur. Istiæus verò Grammaticus, qui posterior sedebat, versus recitabat, & eodem Pindari, Hesiodi, & Anacreontis carmina comportabat, ita ut una ex omnibus oppidò ridicula cantio reddita sit. Potissimùm verò illa, veluti futura prædicens: Commisêre simul clypeos. Tum illud, Tum verò clamorque virûm, luctusque coortus. At verò Zenothemis librum minutis elementis scriptum à puero acceptum legebat. Verùm cùm ii quorum partes erant edulia inferre, aliquantisper, ut solent, cessarent, Aristænetus sedulò curans, ne vel id interea temporis, aut otiosum esset, aut voluptatis expers, scurram accersi jussit, qui ridi-

πεμα, εἰπεῖν τι, ἢ πρᾶξαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον οἱ συμπόται ἀφιχθεῖεν. καὶ παρῆλθεν ἄμορφός τις [1]ἐξυρημμένος τὴν κεφαλὴν, ὀλίγας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρίχας ὀρθὰς ἔχων. ὅτου ἀρχήσασθαί τι καλλιπὼν ἑαυτὸν, καὶ ἀφρίσαι, ὡς γελοιότερον φανεῖν. [2] καὶ ἀναπαυσαμένων, διεξῆλθεν, Αἰγυπλάζων τῇ φωνῇ. ὁ δὲ πάλος, ἐπισκώπτειν εἰς τὸν παρόντας. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι, ἐγέλων ὁπόταν σκωφθεῖεν. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ὅμοιόν τι ἀπέρριψε, Μελιταῖον κυνίδιον αὐτὸν προσειπών· ἀγανακτήσας ἐκεῖνος, καὶ πάλαι δῆλος ἦν φθονῶν αὐτῷ εὐδοκιμοῦντι, καὶ κατέχων τὸ συμπόσιον, ἀπορρίψας τὸ τρίβωνα, προὐκαλεῖτο εἰς παγκρατιάζειν. εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτὸν ἔφη τῷ βακτηρίαν. ὅπου δὴ ὁ καθδαίμων Σατυρίων, τοῦτο γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο, συσὰς, ἐπαγκρατιάζε. καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερήδιστον ἦν, Φιλόσοφος ἀνὴρ, γελωτοποιῷ ἀντιερώμενος, καὶ παιόμενος τὸ μέρος. οἱ μὲν παρόντες ἦ, οἱ μὲν, ἡδοῦντο. οἱ δὲ, ἐγέλων, ἄχρι ἀπηγόρευσε παιόμενος ὁ Ἀλκιδάμας, ὑπὸ συγκεκροτημένων ἀνθρωπίσκων καταγωνισθείς. γέλως δὲ πολὺς ἐξεχύθη ἐπ' αὐτοῖς. σὺν τοῦτοις Διόνικος ἐπεισῆλθεν ὁ ἰατρὸς, ὃ πολὺν καθ' ἡμᾶς ἄγων. ἐξεβεβρόμβητο δὲ ὡς ἔφασκε, φρενῖτιδι ἐλαφροτάτῃ ψευσαπόμενον Πολυπείσοντα τὸν αὐλητήν. καί τι καὶ γελοῖον διηγήσατο. ἔφη μὲν γὰρ εἰ-

ridiculum aliquid diceret aut faceret, quò magis etiam exhilararentur convivæ. Móxque ingressus est deformis quidam derasso capite, paucos in capite pilos arrectos habens. Hic & saltavit se ipsum distorquens, & invertens, quò majorem risum concitaret: & chori canticum componens, Ægyptiaca voce, recitavit. Tum iis qui aderant dicteria jaculabatur: quorum alii ad scommata ridebant. Verùm ubi & in Alcidamantem simile quiddam contorsisset, catulum illum Melitæum appellans, indignatus ille (jamdudum autem illi videbatur invidere, quòd probaretur, & convivarum oculos retineret) abjecto pallio ad luctam provocavit: quod ni faceret, dixit se baculum illi illisurum. Ita miser ille Satyrio (nam id ei scurræ nomen erat) congressus luctabatur. Eaque res erat multò jucundissima, quòd vir Philosophus cum scurra luctaretur, feriret, & vicissim ferireturetur. Eorum autem qui aderant alii pudore afficiebantur, alii ridebant, donec ictibus fatiscens Alcidamas, ab homuncione, omnium plausu comprobato, est superatus. Itaque hæc multo risu excepta sunt. Tum ingressus est Dionicus medicus, non multò post concertationem. Ajebat autem in mora sibi fuisse Polypreponentem tibicinem, quem phrenitide correptum curabat: & quiddam ridendum narravit. Dixit enim in ædes illius venisse se igna-

1 Ἐξυρημμένος τὴν κεφαλὴν] Calvi erant mimi. ut apud Artemid. capit. 23. lib. 1. ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην πλὴν Αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι καὶ γελωτοποιοῖς &c. sic in 3. Anthol. μωρὸν ὁρᾷς φαλακρὸν. Bourd. Καὶ παρῆλθεν ἄμορφός τις (ἐξυρημμένος τὴν κεφαλὴν) Casp. Barthius Adversar. l. VII. c. v. hæc verba virgulis inclusa tanquam glossam ejicit. vide ipsum. *Alm.*

2 Καὶ διαπαυσαμένων συγκροτῶν] Vt cinædus Petronii. *Bourd.*

1 Αἰγα-

πλῆξιν παρ' αὐτὸν, σὺν οἷς ἐχρῆν ἤδη τὸ πάθος. τ. ζ. ταχέως ἀναστῆναι, ἐπικλεῖσαί τε τὴν θύραν, καὶ ξιφίδιον ἀπασάμενον, ἀναδῆσαι αὐτοῦ τὰς αὐλὰς, κελεύειν αὐλεῖν. εἶτα ἐπεὶ μὴ δυνατὸς ἦν, παίειν, σκύτῳ ἔχοντα εἰς ὑπτίας τὰς χεῖρας. τέλος δὲ, ὡς τοσούτῳ κινδύνῳ ἐπινοῆσαι τοιόνδε. ἐς ἀγῶνα γὰρ αὐτὸν ἐπὶ ῥητοῖς πληγῶν ἀριθμοῦ. καὶ πρῶτον μὲν, αὐτὸς αὐλῆσαι πονηρῶς. μετὰ ταῦτα, ἀναδῆσαι τὰς αὐλὰς ἐκείνῳ, δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὸ σκύτος, καὶ τὸ ξιφίδιον ἐπιῤῥίψαντα πόρρωθεν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκφυγεῖν εἰς τὸ ὕπαιθρον τοῦ αὐλῶνος. καὶ τὸ δὴ τοῦτο, ἀσφαλέστερον ἤδη προπαλαίσαντα αὐτοῦ, ἐπικαλεῖσθαι τοὺς γειτονοῦντας. ὑφ' ὧν [1] ἀναπαυσαμένων τὸ θηρίον, σωθῆναι αὐτόν. ἐδείκνυε δὲ σημεῖα τῶν πληγῶν, καὶ ἀμυχάς τινας ἐπὶ τῷ προσώπῳ. καὶ ὁ μὲν Διόνικος, ὡς μείων δόξαν ἀκούσας τοῦ μαλωθροῦ ἐπὶ τῇ διηγήσει, πλησίον δὲ Ἱστιαίου ἀποβύσας ἑαυτὸν, ἐδείπνει ὅσα λοιπὰ, οὐκ ἄκρως ἡδόμενος ἡμῖν ἐπιπαρών, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μὴ πάνυ γεγυμνημένοις. παρελθὼν γάρ τις ἐς τὸ μέσον οἰκέτης, παρ' Ἐτεοκλέους ἥκειν λέγων καὶ Στιλβῆ, γραμματίδιόν τι ἔχων, κελεύοντι οἱ ἔφη τὰ διατόπλω σὺν τῷ κοινῷ ἀναγνόντα, εἰς ἐπήκοον ἅπασιν ὁπίσω αὖθις ἀπαλλάττεσθαι. ἐφίστω δὴ καὶ Ἀριστοκλείτῳ, προσελθὼν φῶς τι λύχνον, ἀνεγίγνωσκεν. Φι. ἦπα ὦ Λυκῖνε, ἢ νύμφης ἐγκώμιον, ἢ ἐπιθαλάμιον, οἷα πολλὰ ποιοῦσιν; Λυ. ἀμέλει, καὶ ἡμεῖς τοιοῦτόν τι ἐπῃνήμεθ. ἀλλ' ἐοικὸς ἦν τοῦτο. συνεχάρη

ignarum hoc jam morbo hominem teneri. At illum protinus surrexisse, foribusque occlusis, strictoque gladio tibias ipsi tradidisse, & jussisse ut caneret: quod cùm facere non posset, illum scutica quam habebat supinas manus percussisse. Tandem se in tanto periculo, istud commentum esse. Se ipsum ad certamen provocasse, ea lege ut qui victus esset, certum plagarum numerum acciperet. Ac sese priorem malè cecinisse: deinde traditis illi tibiis scuticam ab illo accepisse: gladium autem extemplo per fenestras in aream projecisse: cúmque postea jam minori discrimine cum ipso luctaretur, vicinos advocasse, à quibus revulsa fera fuit servatus. Ostendebat autem plagarum vestigia, & liventia quædã in facie tubera. Tum Dionicus, postquam hac narratione non minùs quàm scurra placuisset, prope Istiæum accumbens, de reliquiis cœnabat. Atque hic non sine numine nobis advenit, imò prorsum usui futurus ad ea quæ postea contigerunt. Nam puer quidam in medium prodiens, qui se ab Etœmocle Stoico venire dicebat, epistolium quoddam adferens, ajebat ab hero sibi mandatum, ut eo palam omnibus audientibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, ad lucernam legebat. *Ph.* Num ô Lycine, sponsæ laudes, & nuptiale carmen, cujusmodi multa facere solent? *Lyc.* Videlicet nos quoque tale quidpiam existimabamus: verùm ad id non accedebat. Erátque

1 Ἀναπαυσάντων τὸ θηρίον] Vt apud Petronium *tanquam cupientis exire bellua*, loquitur de Poeta Eumolpo, ut hic de tibicine. *Bourd.*

γδ, Ἑτοιμοκλῆς φιλόσοφος, Ἀρεσταινέτῳ. Ὅπως μὴ ἴχω τοὺς δεῖπνα, ὁ παρελθυθίς με βίος ἅπας μαρτύριον ἂν γένοιτο. ὅς γε ὁσημέραι πολλῶν συνχλίνομαι, παρὰ πολὺ σοῦ πλουσιώτερον, ὅμως οὐδὲ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν, ἐπέδωκα, εἰδὼς τὰς ἐπὶ τοῖς συμποσίοις θορύβους, καὶ παρεμπίας. ἐπὶ σοὶ δ' μόνῳ εἰκότως ἀχανακτῆσαί μοι δοκῶ. ὃς τοσοῦτον χρόνον ὑπ' ἐμοῦ λιπαρῶς περιφρονούμενος, σὺν ἠξίωσας συναριθμῆσαι καὶ μὲ τοῖς ἄλλοις φίλοις, ἀλλὰ μόνῳ ἐγώ σοι ἄμεμπτος, καὶ τοῦτο, σὺ γειτόνων οἰκῶν. ἀνιῶμαι δὲ ἐπὶ σοὶ τὸ πλέον, ὅτως ἀχαρίστῳ φανεὶς. ἐμοὶ γὰρ ἡ δύσδαιμονία, σὺκ ἐν ὠὸς ἀγελὰ μείζων, ἢ λαγωῷ, ἢ πλακοῦντων, ἃ παρ' ἄλλοις ἀφθόνως ἁπλαῶς τὰ καλήκοντα εἰδόσιν. ἐπεὶ ἑτέρωθι ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ Παμμένους δεῖπνον πολυτελὲς, ὡς φασι, δεῖπνον δυνάμενον, σὺκ ἐπέδυσε ἐκεῖσε, σοὶ ὁ ἀνόητος ἐμαυτῷ φυλάττων. σὺ δ' ἡμᾶς ὑπέλιπες, ἄλλους σὺναγεῖς εἰκότως. ὅπου γὰρ δυνάσεται λαμπρότερον τὸ βέλτιον, ὑδὲ πρὸς κατηπληκτικὴν φαντασίαν ἔχεις. ἀλλὰ οἶδα ὅθεν μοι τοῦτο, ὑπὸ τῶν θυμοσοφῶν σου φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος, καὶ Λαβυρίνθου. ὧν ἀπείη δ' ἡ Ἀφρασία, συλλογισμοῦ ἑνὶ ἀποφράξαι ἂν μοι τάχιστα δοκῶ τὸ στόμα. ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστι Φιλοσοφία, ἢ τὰ πρῶτα τοῦτο. τί διαφέρῃ χρῆσις ἕξεως. ἵνα μὴ τὰ λοιπὰ εἴπω, τί κεφαλίναι, ἢ σωρείτης, ἢ γεραζοντικὸς λόγος. ἀλλ' ἐτοιμοκλῆς φιλόσοφος, Ἀρεσταινέτῳ. Ὅπως μὴ ἴχω σοὶ δεῖπνα, ὁ παρελθυθὼς μου βίος ἅπας μαρτύριον ἂν γένοιτο. ὃς γε ὁσημέραι πολλῶν συνχλίνομαι, παρὰ πολὺ σοῦ πλουσιώτερον, ὅμως οὐδὲ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν, ἐπέδωκα, εἰδὼς τὰς ἐπὶ τοῖς συμποσίοις θορύβους, καὶ παρεμπίας. ἐπὶ σοὶ δ' μόνῳ εἰκότως ἀχανακτῆσαί μοι δοκῶ. ὃς τοσοῦτον χρόνον ὑπ' ἐμοῦ λιπαρῶς περιφρονούμενος, σὺν ἠξίωσας συναριθμῆσαι καὶ μὲ τοῖς ἄλλοις φίλοις, ἀλλὰ μόνῳ ἐγώ σοι ἄμεμπτος, καὶ τοῦτο, σὺ γειτόνων οἰκῶν. ἀνιῶμαι δὲ ἐπὶ σοὶ τὸ πλέον, ὅτως ἀχαρίστῳ φανεὶς. ἐμοὶ γὰρ ἡ δύσδαιμονία, σὺκ ἐν ὠὸς ἀγελὰ μείζων, ἢ λαγωῷ, ἢ πλακοῦντων, ἃ παρ' ἄλλοις ἀφθόνως ἁπλαῶς τὰ καλήκοντα εἰδόσιν. ἐπεὶ ἑτέρωθι ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ Παμμένους δεῖπνον πολυτελὲς, ὡς φασι, δεῖπνον δυνάμενον, σὺκ ἐπέδυσε ἐκεῖσε, σοὶ ὁ ἀνόητος ἐμαυτῷ φυλάττων. σὺ δ' ἡμᾶς ὑπέλιπες, ἄλλους σὺναγεῖς εἰκότως. ὅπου γὰρ δυνάσεται λαμπρότερον τὸ βέλτιον, ὑδὲ πρὸς κατηπληκτικὴν φαντασίαν ἔχεις. ἀλλὰ οἶδα ὅθεν μοι τοῦτο, ὑπὸ τῶν θυμοσοφῶν σου φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος, καὶ Λαβυρίνθου. ὧν ἀπείη δ' ἡ Ἀφρασία, συλλογισμοῦ ἑνὶ ἀποφράξαι ἂν μοι τάχιστα δοκῶ τὸ στόμα. ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστι Φιλοσοφία, ἢ τὰ πρῶτα τοῦτο. τί διαφέρῃ χρῆσις ἕξεως. ἵνα μὴ τὰ λοιπὰ εἴπω, τί κεφαλίναι, ἢ σωρείτης, ἢ γεραζοντικὸς λόγος. ἀλ-

que hoc argumentum. Etœmocles philoſophus Ariſtæneto. Quàm non movear conviviis, omnis anteacta vita mea fuerit teſtis. Qui quidem cùm quotidie mihi complures ea cauſa moleſti ſint, te multò ditiores, tamen haud unquam illis morem geſſi: perpendens nimirum quantum ſit in ejuſmodi compotationibus tumultus, & petulantiæ: verùm adverſus unum te mihi videor meritò ſtomachatus, qui tantum temporis à me officioſiſſimè cultus, & obſervatus, tamen indignum habueris, quem vel inter reliquos tuos amicos numerares, ſed ſolum ex omnibus præterieris, idque vicinus cùm ſim. Proinde tua cauſa magis diſcrucior, qui quidem te tam ingratum præbueris. Nam ipſe fœlicitatem nequaquam in hoc ſtatuo, ſiquis mihi impertiat, vel aprum, vel leporem, vel placentam, quæ mihi affatim contingunt apud alios, qui officia norunt. Quandoquidem etiam hodie cùm apud diſcipulum Pammenem cœnare mihi licuerit, opiparam (ut ajunt) cœnam, non annui tamen vehementer obſecranti, tibi ſcilicet demens me reſervans. At tu nobis præteritis, alios accipis convivio. Meritò. Neque enim quid ſit melius dignoſcere potes: nec apprehenſivam illam phantaſiam habes. At ſcio unde hæc mihi ſint profecta, nempe ab egregiis iſtis philoſophis tuis Zenothemide, & Labyrintho. Quibus equidem (abſit invidia dicto) vel unico ſyllogiſmo mihi videor os protinus obturare poſſe. Aut reſpondeat iſtorum aliquis quid ſit Philoſophia: aut hæc quæ inter elementa traduntur: quid habitio differat ab habitu: ut nihil de perplexis illis interrogationibus dicam: quid ſit ſyllogiſmus cornutus, quid acervalis, quid metens. Verum tu quidem iſtis fruaris licet. Nam

λὰ σύ μ', [1]ὅταιο αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ ὡς ἂν μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ἡγέμαι εἶναι, οἷον ῥᾳδίως τλῶ ἀπιμίαν. καίτοι ὅπως μὴ ἐς σὲ εἰνίκω ἔχῃς καταφεύγειν τλῶ ἀπολογίαν, ὕστερον ἐπιλαθέσθαι, λέγω σὺ τουτῳ χθὲς ὀρύβω, καὶ πρώϊμος, δίς σε τήμερον ὠθησάμενος ὥρθρος, καὶ ἔαθεν ἐπὶ τὰ ἐκείνας, καὶ σὺ τοῦ ἀνακείου ὕστερος. πάππα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι. εἰ γὰρ θέλοις ἕνεκα ἐρίζεσθαί σοι δικῶ, τὸ κῦ τ' Οἰνέα σπόσσει. ὄψῃ γὰρ ἐν τλῶ Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνλω αὐτλῶ ἐπαρέλαβεν σπεῖν ἐπὶ τλῶ θυσίαν, τὰς ἄλλας Θεὰς ἐσᾶν. φησὶ γὰρ καὶ αὐτῶν Ὄμηρος ἀδέ πως.

ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐθέλουσιν. ἀάσατο γὰρ μέγα θυμῷ.

καὶ Εὐριπίδης,

καλυδὼν μὲν ἅδε γαῖα πελοπίας χθονὸς, ἐν εὐλιπόρεθμοις πεδί' ἔχουσα εὐδαίμονα.

καὶ Σοφοκλῆς,

σοὺς μέγεσσιν χερμὶ ἐπ' Οἰνέως γύας, ἄπεπτε Λητῷς παῖς ἐκηβόλῳ θεά.

Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα παρεθέμλω, ὅπως μάθῃς οἷον ἄνδρα ἐπιδέλιπον, Διφίλου ἑσπᾶς, καὶ τ' ἐμὸν αὐτοῦ ἐπιδεδόωκας. εἰκότως. ἡδὺς γάρ ἐσι τοῦ μειρακίου, καὶ ἐθὺς χαίρειν αὐτῷ σπεύσειν. εἰ γὰρ μὴ αἰσχρὸν ἦν ἐμὲ λέγειν τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν τ ἐσθσίᾳ ἐκ, ὥσθ' σὺ εἰ θέλεις, ἐπιδοὺ Ζωπύρῳ δ' παιδαγωγῷ αὐτοῦ μᾶλλοις ἄν, ἀληθὴς ὤν. ἀλλ' ἐγὼ παρέπλευν σὲ γάμοις, ἐδὲ ἀφθάλλειν ἄλλως. καὶ μάλισα ἐφ' ὕτως

Nam ego qui quod honestum est, in bonis solum duco, facilè tulero contumeliam. Atqui ne possis posthac ad istam excusationem confugere, ut dicas te mei oblitum fuisse, nimirum in tanto strepitu, & occupatione, bis te hodie sum allocutus, primùm mane domi tuæ: deinde rursum in Castoris, ac Pollucis æde rem divinam facientem. Atque his quidem de rebus hæc respondero rim. Quòd si tibi videor cœnæ gratia succensere: quid Oeneo acciderit cogita. Videbis enim etiam Dianam succensentem, quòd ille se solam non adhibuisset sacrificio, cùm reliquos omnes Deos acciperet convivio. Nam hac de re sic alicubi meminit Homerus.

Non meminit, vel non succurrit, aut acriter ursit.

Et Euripides.

Hæc terra Calydon Pelopii est soli, fretum
Qua est parte, campos divites pingues habens.

Et Sophocles.

Immisit agris Oenei aprum maximum,
Torquens sagittas eminus Latonia.

Hæc tibi è plurimis pauca citavi, ut intelligeres cujusmodi præterito viro, Diphilum ad cœnam adhibeas, cui filium etiam tradidisti. Rectè: jucundus enim est adolescenti, & cum ipso ad gratiam conversatur. Atque adeò ni mihi dictu turpe fuerat, addidissem, & aliud quiddam: quod tu, si libet, è Zopyro ejus pædagogo verum esse cognosces. Verùm non convenit obturbare in nuptiis, neque accusare quenquam: præsertim criminibus usque

1 Ὅταιο] Leg. Mercer. ad Aristenet. Epist. 6. lib. 2. *Edit.*

αἰσχρῶς αἰτίασας. καὶ γὰρ εἰ Δίφιλος ἄξιος δύο ἤδη μαθητὰς μὲ ἀπωσάμενος, ἀλλ' ἔγωγε Φιλοσοφίας αὐτῆς ἕνεκα σιωπήσομαι. σοφιστὴν γὰρ ὄντα τὸν οἰκέτην τοῦτον, ἢν διδῶς αὐτῷ μοῖράν τινα ἢ σοῦ, ἢ ἐλάφου, ἢ σησαμοῦντος, ἃς ἐμοὶ ἀφαιρήσεται, καὶ ἀνῆκε δεῖπνα ἀπόλοιτο ἡμῖν, μὴ λαβεῖν, μὴ δ' ὑποδέξομαι ἐπὶ τούτῳ πομφόλυγα. Τούτων δὲ ἐπεῖπε ἀναγνωσκομένων μείζω, ἱδρώς τί μοι ὑπεχεῖτο ὑπ' αἰδοῦς. καὶ τοῦτο δὴ τὸ λόγου, χανεῖν μοι τὴν γῆν ηὐχόμην, ὁρῶν τοὺς παρόντας γελῶντας ἐφ' ἑκάστῳ. καὶ μάλιστα ὅσοι ἤδεσαν τὸ Ἐτοιμοκλέα, πολιὸν ἄνθρωπον, καὶ σεμνὸν εἶναι δοκοῦντα. ἐζυμώμην δ' οἷος ἦν, ἀφαλάθοι αὐτούς, ἐξαπαλωμένους τῷ πάθει, καὶ τῇ δ' ὑποσπάστῳ σύριγγι. ὁ γοῦν Ἀρεταινέτου, ἐδόκει μοι σὺν ἀμελείᾳ παιδιᾶν αὐτὸν, ἀλλ' ἔποτ' ἂν ἐλπίσας κληδόνα ἐπινεῦσαι, ὑπ' ἂν ἐμπαροιχεῖν ἑαυτὸν τοιούτῳ τινί. ὥστε ὑδὲ τῷ δεῖπνον πειρᾶσθαι ἤξίει. ἐπειδὴ δ' ἐπαύσατο ποτε ὁ οἰκέτης ἀναγινώσκων, τὸ μὲ συμπόσιον ἅπαν εἰς τὸν ἀμφὶ τὸ Ζήνωνα, καὶ Δίφιλον ἀπέβλεπε, δεδιότας, καὶ ἀχρωμάτους, καὶ τῇ ἀπορίᾳ τοῦ πρόσωπον ἐπαλλάττοντας τὸ ὑπὸ δ' Ἐτοιμοκλέους κατηγορηθέντος. ὁ Ἀρεταινέτος δ', ἐτεθορύβητο, καὶ θορύβου μεστὸς ἦν. ἐκέλευε δ' ὅμως πίνειν ἡμᾶς, καὶ ἐπειρᾶτο εὖ ἀφιλοτιμεῖσθαι τὸ γεγονὸς, ὑπομειδιῶν ἄμα. καὶ τῷ οἰκέτῃ ἀπέπεμψεν, εἰπὼν ὅτι ἐπιμελήσεται τούτου. μετ' ὀλίγον δ', καὶ ὁ Ζήνων ὑπεξανέστη ἀφανῶς, δ' παιδαγωγὸν νύσσοντος ἀπαλλάττεσθαι, ὡς κελεύοντος δ' πατρός. ὁ Κλεόδημος δ', καὶ πάλαι τινὸς ἀφορμὴν δρόμου, ἐβούλετο

que adeò pudendis. Tametsi Diphilus dignus in quem facerem, quippe qui duos jam discipulos à me retraxerit. Ego tamen ipsius Philosophiæ causa reticebo. Porrò famulo huic mandavi uti si quam partem dare velles, vel apri, vel cervi, vel placentæ, mihi deportandam, ut hoc pacto te mihi de cœna purgares, ne reciperet, ne ad hoc ipsum à nobis missus fuisse videatur. Hæc amice dum legerentur, sudor undique præ pudore mihi manabat, & quod dici solitum est, optabam ut mihi terra dehisceret, cùm viderem eos qui aderant, irridere singula, potissimùm qui Etœmoclem norant, canum hominem, & gravitatem præ se ferentem. Itaque mirabar, quòd hactenus ipsos, barba & vultus severitate deceptos latuisset cujusmodi vir esset. Cæterùm Aristænetus videbatur non per contemptum præteriisse ipsum: verùm quòd desperasset, si fuisset invitatus, eum promissurum, morigerumque ad res hujusmodi se præbiturum: eóque ne tentandũ quidem esse putasse. Perlectis à famulo literis universum convivium oculos ad Zenonem & Diphilum convertebat, quòd trepidarent, & pallerent, & vultus inconstantia, crimen ab Etœmocle intentum agnoscerent. Porrò Aristænetus quanquam erat perturbatus, & tumultu plenus, tamen nos jubebat bibere, idque quod acciderat commodè vertere conabatur, subridens interim, ac famulum dimisit, respondens ea sibi curæ fore. Paulò pòst Zeno surgens clanculum se subduxit, à pædagogo submonitus ut discederet, tanquam id jubente patre. Tum Cleodemus, qui jamdudum occasionem quærebat (nam ge-

γὰρ συμπλακῆναι τοῖς Στωϊκοῖς, καὶ διεῤῥήγνυτο, ὅτε ἔχων ἀρχὴν εὐλογον, τότε δὴ τὸ εὐθύσιμον ὁ Ἁμαξώσης ἡ ἐπιστολῆς, τοιαῦτα ἔφη ἐξερχάζεται ὁ καλὸς Χρύσιππος, καὶ Ζήνων ὁ θαυμαστὸς, καὶ Κλεάνθης, ῥημάτια δύσηνα, καὶ ἐρωτήσεις μόνον, καὶ σχήματα Φιλοσόφων. τὰ δ' ἄλλα, Ἐτοιμοκλεῖς οἱ πλεῖστοι, καὶ αἱ ἐπιστολαί, ὁρᾷς ὅπως πεσσευλικαί. καὶ τὸ πλάδιζιον, Οἰκίδιόν μοι, Ἀριστάνετε. Ἐτοιμοκλῆς ἦ, Ἄρτεμις. Ἡράκλεις, εὐφημα πάνυ, καὶ ἑορτὴν πρέπουσα. νὴ Δί' εἶπεν ὁ Ἕρμων ὑπερκαθεμένου, ἠκηκόει γὰρ οἶμαι ὡς πνα ἐσκυλεύθαι Ἀριστάνετος εἰς τὸ δεῖπνον, ὥστε οὐκ ἄκριβον ᾤετο μεμηνύσθαι ὁ καλυδώνιον. ἀλλὰ σοὶ ἐστίας ὦ Ἀριστάνετε, πέμπε ὡς τάχιστα τῆς ἀπαρχῆς, μὴ ἡ φήμη ὁ πρεσβύτης ὑπὸ λιμοῦ, ὥσπερ ὁ Μελέαγρος ἀπομαραίνηται. καίτοι ἐδέν ἂν πάθοι δεινόν. ἀδιάφορος γὰρ ὁ Χρύσιππος τὰ τοιαῦτα ἡγεῖτο εἶναι. Χρυσίππου γὰρ μέμνησθε ὑμεῖς ἔφη ὁ Ζωνόθεμις, ἐπιγέλως ἑαυτὸν, καὶ φλεγξάμενος παμμέγεθες, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ εὐνόμως φιλοσοφοῦντος Ἐτοιμοκλέους ἦ γάρ, μετρεῖτε τὴν Κλεάνθη, καὶ Ζώπυρα, σοφοὺς ἄνδρας; οἵ πνες ἦ δ' ὄντες, ὑμεῖς ἐρεῖτε ταῦτα. ὁ σὺ μὲν τὸν Διοσκόρων ἤδη ὦ Ἕρμων τὸν πλοκάμους ἀποκεκάρκας λυσσοῦντος ὄντως; καὶ δώσεις δίκην, παραδοῦς τῷ δημίῳ. σὺ δ', τὴν Σωκράτους γυναῖκα ἢ μαθητὰ ἐμοὶ χάρις ὁ Κλεόδημε. καὶ καθαληφθεὶς, τὰ αἴσχιστα ἔπαθες. ἢ σωφρονεῖτε ἂν τοιαῦτα συνεπισάμενοι αὐτοῖς; ἀλλ' ὁ μαστρωπὸς ἐγὼ τὰ ἐμαυτῆ γυναικὸς ἦδη ὡς ὁ Κλεόδημος, ὥσπερ σύ. ἐδὲ ἢ ξένη μαθητὰ λαβὼν τὸν

gestiebat omnino cum Stoicis conflictari: & disrumpebatur, quòd idoneam ansam non haberet: sed cùm præbuisset epistola illa, Hujusmodi, inquit, facit ille Chrysippus egregius, & Zeno ille mirabilis, & Cleanthes, verbula misera, & duntaxat interrogationes, & species Philosophorum. Cæterùm Etœmocles sunt plerique: & videtis quàm graves sint epistolæ. Denique Aristænetus hic Oeneus est. Etœmocles Diana. Dii boni bene auspicata omnia, & festivitati congruentia. Ita per Iovem, inquit Hermon supra hunc accumbens, nam audierat, opinor, aprum quendam ad cœnam ab Aristæneto paratum, eoque putabat non intempestivè apri Calydonii factam esse mentionem: per lares Aristænete, primitias mitte quamprimum, ne protinus senex ille, sicuti Meleager, fame contabescat: tametsi nihil acerbum ipsi accideret: siquidem Chrysippus censet hæc esse indifferentia. Chrysippum nominatis, inquit Zenothemis, erigens sese, maximaque voce intonans: An ex uno homine qui non legitimè philosophiam exercet, nempe præstigiatore isto Etœmocle, metimini Cleanthem & Zenonem viros sapientes? At quinam estis vos qui hæc dicitis. Nonne tu Hermon, auream cæsariem Castoris & Pollucis circumtondisti? cujus facti pœnas dabis; carnifici traditus. Tu verò, Cleodeme, nonne Softrati discipuli tui uxorem stuprasti? & deprehensus, turpissima passus es. Annon igitur silebitis, cùm hujusmodi dedecorum vobis sitis conscii? Atqui meæ uxoris non sum leno, Cleodemus inquit, quemadmodum tu. Neque hospitis discipuli,

φόδιον ἀπολαβόντος, ἔπιεζε ὤμοσε καὶ τὰ πολιάδος μὴ εἰληφέναι, οὐδ' ἐπὶ πέπαρσι. δραχμῶν δανείζω, οὐδὲ ἄγχω τοὺς μαθητάς, ἢν μὴ καιρὸν ἀποδῶσι τοὺς μισθούς. ἀλλ' ἐκεῖνο ἔφη ὁ Ζηνόθεμις, οὐκ ἂν ἑκάστῳ γένοιτο μὴ οὐχὶ φάρμακον ἀποδιδόναι Κρίτωνι ἐπὶ τῷ πατρί. καὶ ἅμα ἔτυχε πίνων. καὶ ὑπόσον ἔπι λοιπὸν ἐν τῇ κύλικι περὶ ἥμισυ χεδὸν, κατεκέδασεν αὐτοῦ. ἀπέλαυσε δὲ καὶ ὁ Ἴων τῆς μεθύσεως, οὐκ ἀνάξιος ὤν. ὁ μὲν Ἕρμων, ὑπεξύθη καὶ τὰ κεφαλῆς τὰ ἄκρα θιγών, ὡσπενδικὸς, καὶ τοὺς παρόντας ἐμαρτύρετο· οἷα εἰκὸς ἦν. ὁ Κλεόδημος δέ, ἐπεὶ ἐλάχε κύλικα, ἐκπραφεὶς, ὡς ἔοικε τυσί τι τὸν Ζηνόθεμιν. καὶ τῇ δεξιᾷ δὲ πώγωνος λαβόμενος, ἔμειλε παίσειν κατὰ κόρρης. καὶ ἀπέκτεινεν ἂν τὸ γέροντα, εἰ μὴ Ἀρισταίνετος ἐπέσχε τὴν χεῖρα. καὶ ὑπερβὰς τὸν Ζηνόθεμιν, ἐς τὸ μέσον αὐτοῖν κατεκλίθη, ὡς διαφυλάξων, ὑπὸ διαπιεζόμενος αὐτοῦ εἰρήνην ἄγοντος. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, ποικίλα ἐμαυτῷ ἐνῆν ἐνθυμήματα, τὸ ταχὺ ἐκεῖνο, ὡς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίστασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα καὶ τὸν βίον ῥυθμίζοι πρὸς τὸ βέλτιον. ἐκείνους γὰρ ὁρῶντας ὅτῳ ἐν τοῖς λόγοις, ἐώρων γελωμένους ὑπὸ τῶν πραγμάτων ὀφλισκάνοντας. ἔπειτα δὲ εἰσήει μοι, μὴ ἄρα τὸ ταὐτὸ τοῖς πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ, καὶ τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τῶν ὁρῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μάτην τὰ βιβλία, καὶ τοὺς ἐν ἐκείνοις φροντίδας σπουδαίους ἀφορῶντας. τοσοῦτον γὰρ Φιλοσόφων παρόντων, οὐδὲ εἷς τύχοι ἵνα πιὰ ἔξω ἁμαρτήματος ἦν ἰδεῖν. ἀλλ' οἱ μὲν, ἐποίουν αἰσχρά. οἱ δὲ ἔλεγον αἰσχίω.

accepto viatico quod depoſuerat, poſtea per Palladem, à me non acceptum dejeravi, neque quaternis drachmis fœnero, neque diſcipulos obtorto collo in vincula duco, niſi in tempore mercedem perſolverint. Verùm illud, inquit Zenothemis, haud quaquam poſſis inficias ire, te Critoni miniſtraſſe venenum quo patrem necaret. Tum ſimul bibit, & quicquid in calice ſupererat, circiter ferè dimidium, in ambos effudit. Proximus etiam Ion conſperſus eſt, eo malo non indignus. Hermon igitur de capite merum abſtergebat reclinatus, præſentes omnes contumeliæ atteſtans. Cleodemus autem, cùm calicem non haberet, converſus Zenothemin conſpuit, & læva prehenſum à barba, erat alapam illiſurus: & ſenem illum occidiſſet, niſi Ariſtænetus manum cohibuiſſet. Is mox tranſcenſo Zenothemide inter utrumque medius aſſedit, ut eo veluti muro dirempti, pacem agerent. Dum autem hæc fiebant Philo, varia volvebam in animo: eratque illud in promptu, nullum eſſe operæ pretium ſiquis diſciplinas perdiſcat, ni ſimul & vitæ rationes ad id quod optimum eſt, componat: cùm viderem illos qui verbis alios antecellerent, quàm ridiculos factis ipſis ſeſe exhiberent. Deinde & illud veniebat in mentem, verum-ne ſit quod vulgo dicitur: videlicet eruditionem à recta ratione boniſque inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos libros aſſiduò ſpectarent, inſunt. Etenim tot Philoſophorum qui aderant, nullum fortè à lapſu immunem cernere erat. Verùm alii faciebant turpia, alii turpiora dicebant. Neque enim

eaſque commentationes quæ illis

jam

ἀλλ' ἰδὲ εἰς τὸν οἶνον ἔτι ἀναφέρειν ἄχρι τὰ γιγνόμενα, λογιζόμενος οἷα ὁ Ἐτοιμοκλῆς ἄσιτος ὤν, καὶ ἄποτος ἐμαρτύρησε. ἀνέστραπτο δ' ἂν τὸ πρᾶγμα. καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται, κοσμίως πάνυ ἱστάμενοι, ὅτε παροινοῦντες, ὅτε ἀκηρυθέντες ἐφαίνοντο, ἀλλ' ἐμάλλον μόνον, καὶ κατεγίνωσκον αὐτῶν οἱ μὴ, ὡς μὲ ἐθεώρουν, οἰόμενοί τινας εἶναι διὰ τὰ χρήματα. οἱ σοφοὶ δ', ἠσέλαινον, καὶ ἐλεοίδορουν, καὶ ὑπερενεπίμπλαντο, καὶ ἐκπερέμενον, καὶ εἰς χεῖρας ἤεσαν. ὁ δὲ μυμάσιος ὁ Ἀλκιδάμας, καὶ θεὸν ἐν τῷ μέσῳ, οὐκ αἰδούμενος τὰς γυναῖκας. καὶ ἐμοὶ ἐδόκει ὡς ἂν δρισθέ τις εἰκάσειεν, ὁμοιότατα εἶναι τὰ ἐν συμποσίῳ, οἷς φησὶ τὸν Ἕλληνες οἱ ποιηταὶ λέγεσθαι, ἐπὶ τὸν Πηλέως τὸν γάμον, ῥίψαι τὸ μῆλον εἰς τὸ σωθήσεσθαι, ἀφ' οὗ τοσοῦτον πόλεμον ἐπὶ Ἰλίῳ γεγένηται. καὶ ὁ Ἐτοιμοκλῆς τοίνυν ἐδόκει μοι τὸν ἐπισολὸν ἐμβαλὼν εἰς τὸ μέσον, ὥσπερ τι μῆλον, ἐμὲ μὲν τὸν Ἰλιάδης κακῶς ἐξεργάσασθαι. ἐπὶ δὲ ἐπαύσαντο οἱ ἀμφὶ τὸν Ζηνόθεμιν, καὶ Κλεόδημον φιλονεικοῦντες, ἐπὶ μέσου αὐτῶν ὁ Ἀριστοφάνης ἐκάθιζεν. ἀλλὰ νῦν μὲ ἔφη ὁ Κλεόδημος ἐκφεύγειν, εἰ ἐλεγχθεῖεν ἀμαθεῖς ὄντες. ὥρειον δ' ἀμυνεῖσθαι ὑμᾶς ὅτι τάχος καὶ χρὴ τρόπον. ἀπόκριναί μοι ὦ Ζηνόθεμι, ἢ σὺ, ἢ ὁ κοσμιώτατος Δίφιλος, καθ' ὅ, τι ἀδιάφορον εἶναι λέγοντες τὰ χρήματα τῶν κτῆσιν, οὐδὲν ἧσσον ἢ τοῦτο ἐξ ἁπάντων σκοπεῖτε, ὡς πλείστου κτήσασθε. καὶ ἅμα τοῦτο ἀμ-

jam poteram eorum quæ fiebant, culpam vino authori imputare? mecum reputans cujusmodi essent quæ Etœmocles neque cibo, neque potu, etiamdum degustato, scripserat. Ita inversæ erant rerum vices: & idiotæ modestè admodum epulantes videbantur, neque vino petulantes, neque indecorè sese gerentes. At ridebant duntaxat, eosque opinor, damnabant, quos suspexerant, ex habitu judicantes eos esse alicujus pretii. Contra sapientes illi, & in libidinem ferebantur, & convitiis certabant, & sese cibo potuque ingurgitabant, vociferabantur, & ad manus usque veniebant. Cæterum admirandus ille Alcidamas, etiam in medio mejebat, fœminas non reveritus. Ac mihi quidem, siquis hæc quæ in eo convivio gerebantur, rectissimè voluisset conferre, simillima videbantur iis quæ de Eride Dea poëtæ fabulantur, nempe hanc quòd non esset ad Pelei nuptias advocata, malum in medium convivium projecisse, ex quo tam ingens bellum apud Troiam ortum fuerit. Itidem Etœmocles mihi visus est epistola illa, quasi malo quopiam in medium projecta, non minùs malorum, quam habeat Ilias, excitasse. Neque enim finem contentionis fecerunt, Zenothemis ac Cleodemus, postquam medius inter eos sedit Aristænetus. Age, inquit Cleodemus, in præsentiarum quidem sat est, si literas nescire evincamini: sed crastino die vos ulciscar quibus conveniet modis. Responde mihi Zenothemi, vel tu, vel elegantissimus ille Diphilus, qua tandem gratia pecuniæ possessionem inter indifferentia ponendam esse censeatis: cùm ex omnibus nihil aliud spectetis, quàm ut ipsi quamplurimum pecuniæ possi-

φὶ τὰς πλουσίους ἀεὶ ἔχητε ἐ δανείζητε, καὶ τοκογλυφεῖτε, καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύετε. πάλιν αὖ τλὼ ἡδονὴν μισοῦντες, καὶ τὴν Ἐπικουρείαν κατηγορεῖτε, αὐτοὶ τὰ αἴσχιστα ἡδονῆς ἕνεκα ποιεῖτε, καὶ πάσχετε, ἀναγκαστῶς εἴ τις μὴ καλέσειεν ἐπὶ δεῖπνον. εἰ δ' ἐ κληθείητε, τοσοῦτε μὲ ἰδιῶντες, φυσιᾶσθε, τοσοῦτο δ' τοῖς οἰκέτοις ἐπιδιδόντες. καὶ ἅμα λέγων, τλὼ ὀφθαλμὼ ἐξεκαυσᾶν ἐπιχειρᾷ, λὼ ὁ παῖς εἶχε Ζηνοθέμιδος, μεσὴν ἔσαν παντοδαπῶν κρεῶν. καὶ ἔμελε λύσας αὐτλὼ μὲ, λαπρίπτειν αὐτὰ ἐς τὸ ἔδαφος. ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ ἀνῆκε, κρατερῶς αὐτεχόμενος. καὶ ὁ Ἕρμων εὖ μάλ' ἔφη ὦ Κλεόδημε, εἰ πάντων ὧν πλοῦτος ἕνεκα ἡδονῆς κατηγορεῖτε, αὐτοὶ ἥδιστα ὑπὲρ τὰς ἄλλας ἀξιοῦντες. οὐκ. ἀλλὰ σὺ ἤδη ὅδε ὁ Ζηνόθεμις, εἰπὲ ὦ Κλεόδημε, καθ' ὅ, τι σοὶ διάφορον ἦν τὸ πλοῦτον. ἄρμων, ἀλλὰ σύ. καὶ ἐπὶ πολὺ τὸ τοιοῦτον λῷ, ἄχρι δὴ ὁ Ἴων ἀποκύψας εἰς τὸ ἐμφανέστερον, παύσασθε ἔφη. ἐγὼ γὰρ εἰ δοκεῖ, λόγων ἀφορμὰς ὑμῖν ἀξίων τ' παρούσης ἑορτῆς καθήσω εἰς τὸ μέσον. ὑμεῖς δ', φιλονείκως ἐρεῖτε, καὶ ἀκούσεσθε ὥσπερ ἀμέλει τῷ ἡμιτέρῳ Πλάτωνι τὸ λόγοις ἡ πλείστη ἀμφιζήτησις ἐγένετο. πάντες ἐπήνεσαν οἱ παρόντες, καὶ μάλιστα οἱ ἀμφὶ τ' Ἀρισταίνετον τε, καὶ Εὔκριτον, ἀπαλλάξεσθαι τ' ἀηδίας ὅτου γᾶν ἐλπίσαντες. καὶ μετῆλθέ τε ὁ Ἀρισταίνετος ἐπὶ τ' αὐτὸ τόπον, εἰρλίλω γαγενῆσθαι ἐλπίσας. καὶ ἅμα εἰσηκόμισε ἡμῖν τὸ σύστελες ὀνομαζόμενον δεῖπνον, μίαν ὄρνιν ἑκάστῳ, καὶ κρέας ὑὸς, καὶ λαγῶα, καὶ ἰχθὺς ὀπὸ Ταγήνου, καὶ σησαμοῦντες, καὶ ὅσα σύστροφα ἔδη, καὶ ἐξῆν ἀποφέρεσθαι

deatis. Atque ob id, semper apud divites hæretis, fœneratis & usuræ incumbitis, neque non mercede docetis. Rursus cùm voluptatem detestimini, atque hac de causa Epicureos vituperetis, turpissima facitis, & patimini voluptatis gratia, indignè ferentes si quis vos ad cœnam vocarit: & si vocemini, non sat est tantum vocare, ut cibo turgeatis, nisi & famulis tantum donetis. Quæ cùm diceret, pariter revellere conabatur linteum quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refertum: eratque eo soluto, carnes in solum projecturus, nisi fortiter resistens puer illud non remisisset. Hic Hermon. Euge Cleodeme, respondeant qua gratia damnent voluptatem, cùm ipsi supra cæteros omnes studeant voluptari. Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleodeme, respondeto quamobrem divitias inter indifferentia numeres. Imò tu potiùs. Et ad hunc modum diu sunt altercati, donec Ion capite tandem in apertum prolato, Desistite, inquit, Ego, si libet, sermonum argumenta proponam in medium hac festivitate digna. Vos porrò citra contentionem vicissim & dicite, & auscultate, ut nimirum etiam apud Platonem nostrum, alternis dicendi vicibus res ut plurimùm agitatur. Id dictum probabant cùm omnes qui aderant, tum in primis Aristænetus, & Eucritus, in spem erecti fore ut ab hac molestia liberarentur. Et Aristænetus priorem in locum sese recepit, jam partam esse pacem ratus. Iamque nobis inferebatur ea convivii pars, absolutam cœnam vocant, singulæ singulis aves, carnes aprugnæ, & leporinæ, piscis Tangenicus, placentæ, breviter illa, quæcunque liberum est comedere, vel domum aspor-

τῶτα. φρόνιμος ὁ ἐχ ἓν ἐπὶ ἑκάστῳ πιάκιον, ἀλλ' Ἀριστωνύτῳ μὲ, καὶ Εὐκρίτῳ, ἐπὶ μιᾶς τραπέζης κοινὰ καὶ τὰ παρ' αὐτῷ, ἑκάτερον ἰχρὴ λαβεῖν. Ζηνόθεμις ὁ τῆς Στοᾶς, καὶ Ἑρμων ὁ Ἐπικούρειος, ἐμοῖς κοινὸν ἓ τούτοις. εἶτα ἑξῆς Κλεόδημος, καὶ Ἰωνι, μεθ' ὃς τῷ νυμφίῳ, καὶ ἐμοί. τῷ Διφίλῳ ὁ, τὰ ἀμφοῖν. ὁ γὰρ Ζήνων ἀπεπληλύθη. καὶ μέμνησό μοι τούτων ὦ Φίλων, ὅσπερ δή ἐστ ἓ ἐν αὐτοῖς χρήσιμον εἰς τὸν λόγον. Φι. μεμνήσομαι δή. Λυ. ὁ τοίνυν Ἰων, πρῶτός μὲν ἄρχομαι ἔφη εἰ δοκεῖ. καὶ μικρὸν ἐπίσχων, ἰχρὴ μὲ ἴσως ἔφη τοιοῦτον ἀνδρῶν παρόντων, ἐξ ἰδεῶν τε, καὶ ἀσωμάτων εἰπεῖν, καὶ ψυχῆς ἀθανασίας. ἵνα ὁ μὴ ἀνελέγωσί μοι, ὁπόσοι μὴ κατὰ ταὐτὰ Φιλοσοφοῦσι, περὶ γάμων ἐρῶ τὰ εἰκότα. τὸ μὲν ἄριστον ἴσως, μὴ δεῖσθαι γάμων; ἀλλὰ πειθομένους Πλάτωνι, καὶ Σωκράτει παιδεραστεῖν. μόνοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀπαιτηθέντες ἂν πρὸς δρᾶσιν. εἰ ὁ δεῖ ἓ γυναικείων γάμων κατὰ Πλάτωνι δοκοῦσι, κοινὰς εἶναι, ἐκείνας τὰς γυναῖκας, ὡς ἔγωγε ζηλῶ ἐπιμόν. ζῆλος ἐπὶ τούτοις ἐγγένοιτο, ὡς σὺν τῷ κοινῷ λεγομένοις. Διονυσόδωρος ὁ, ὡς παύσηται ἔφη βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄδων; πῶς γὰρ ἂν σύζηλον τὸ ζῆλον ἐπὶ τούτῳ, καὶ σὺ δή που; καὶ σὺ γὰρ φθέγξη κάλλιστα εἰπών; οἶμαι ἓ ὁ Διονυσόδωρος ἀντελοιδορεῖσθαι τὰ εἰκότα. ἀλλ' ὁ Γραμματικὸς Ἰσαῖος ὁ βέλτιστος, παῦσαι ἔφη. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ἐπιθαλάμιον ἀναγνώσομαι. καὶ ἠρξάμην, ἀνεγνωσκον. ὧν γὰρ τοῦτο εἶχε μέμνημαι, τὰ ἑλεγεῖα, ἦ οἴη ποτ' ἐν ἤῃ Ἀριστωνύτου μεγάροις δῖα

asportare. Apponebatur autem non sua cuique quadrula: verùm Aristæneto & Eucrito communis eadem in mensa: eratque utrique capiendum, quod sua ex parte erat. Communis etiam Zenothemidi Stoico, & Hermoni Epicureo: deinceps Cleodemo, & Ioni: post hos ipsi ego, & mihi. Diphilo autem pars duorum appolita, cùm Zeno jam discessisset. Hæc memineris Philo, quoniam aliquid iis inest ad hanc narrationem utile. *Ph.* Meminero sanè. *Lyc.* Ergo primus exordior, inquit Ion, siquidem videtur. Et interposita brevi mora, Fortè conveniebat, inquit, ut apud ejusmodi viros de ideis, atque incorporeis substantiis, deque animi immortalitate sermo hàberetur: verùm ne mihi contradicant, ii qui diversam Philosophiæ sectam sequuntur, de nuptiis dicam ea quæ congruunt. Optimum illud esset, si nuptiis opus non haberemus, sed Platonis ac Socratis dogma sequuti, pueros amaremus: nam soli qui ita facerent, virtutem absolutam pertingerent. Quòd si viris omnino ducendæ sint uxores, eas juxta Platonis sententiam communes habeant, videlicet quo zelotypia vacemus. Hæc risu sunt excepta, quòd intempestivè dicerentur. Tum Dionysodorus, Non desines, inquit, barbarica ista nobis öccinere? Nam ubi zelotypiam istam requiras, aut apud quem? Et tu scheleste, inquit, loqui audes? Et cùm jam, opinor, convitia regesturus esset Dionysodorus, quæ conveniebat, vir ille optimus Isthiæus Grammaticus, Desinite, inquit, ego vobis epithalamion recitabo: simulque cœpit legere. Erant autem Elegiaci versus hi, si satis memini. Nuper Aristæneti in ædibus unica summo Nutrita

est

Κλεανθὶς ἄνασσ' ἐπεφίσ]' εὐδοκίως, παρθένοισι πάσαις ἀλλάων παρθενικώτερα, κρείσσων τ' Κυθέρης, ἠδ' αὖ τ' σελήνης. νυμφίε, σὺ δ' χαῖρε, καρτερῶν κρείσσων ἐφήβων, κρείσσων Νηρῆος, ἠμὶ Θέτιδος παιδός. ἄμμες δ' αὖθ' ὑμῖν τόδον μελαμπέπλοιον ὕμνον ξυνὸν ἐν ἀμφοτέροις πολλάκις ἀείσομεν. γάλως δ' ἐπὶ τούτοις ὡς τὸ εἰκὸς ἐγένετο, χρεῖαι ἦλθ τὰ ὀψώνια ἤδη. καὶ ἀνείλοντο οἱ ἀμφὶ τ' Ἀριστάνετον, καὶ Εὔκριτον, τὰ σφῶν αὐτῶν ἑκάτερος. κἀγὼ τἀμὰ, καὶ ὁ Χαιρέας, ὅσα ἐκείνῳ ἔκειτο. κ' Ἴων ὁμοίως, καὶ ὁ Κλεόδημος. ὁ δὲ Δίφιλος, ἠξίου καὶ τὰ τῇ Ζήνωνι ἤδη ἀπιόντι ὑφαιρεῖσθαι φέρειν. καὶ ἔλεγε μόνον ὑφαιρήσειν οἱ αὐτά, καὶ σφῶν τῶν ἀλλοτρίων ἐμάχετο, καὶ ἀντέσπασαν· τὸ ὄρνιθος ἀντισπασθέντος, ὥσπερ τὸν Πατρόκλου νεκρὸν ἀνθελκόντες. κ' τίλος, σὺν πολλῷ γέλωτι ὑφαιρεῖν τοῖς συμπόταις. καὶ μᾶλιστα ἐπὶ ἡμαυάκτῃ μὲν τοῦτο, ὡς ἂν τὰ μέγιστα ἠδικημένος. οἱ δὲ ἀμφὶ τ' Ἑρμωνα, καὶ Ζωθέμιν, ἅμα κατέκειντο, ὥσπερ εἴρηται. ὁ μὲν, ὑπερέκεινο, ὁ Ζωθέμις. ὅδε ὑπ' αὐτόν. παρέκειντο δ' αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάντα, ἴσα. καὶ ἀνείλοντο εἰρωνικῶς. ἡ δ' ὄρνις ἡ σφῶν τ' Ἑρμωνος, πιμελεστέρα. ὅτι οἶμαι τυχόν. ἔδει δὲ καὶ ταύτας ἀναιρεῖσθαι, τὴν ἑαυτοῦ ἑκάτερον. σὺ τοίνυν τοῦτο τοίνυν ὁ Ζωθέμις, καί μοι ὦ Φίλων πάνυ σφόδρα τ' νῦν. ἁμοῦ γὰρ ἐσμὲν ἤδη τοῦ κεφαλαίου τ' πραχθέντος. ὁ δὲ Ζωθέμις, φημὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἀφεὶς, τὴν πρὸ τ' Ἑρμωνος ἀνείλετο, πιστεύων ὡς ἴδιον ὄσον. ὅδε ἀντισπελάσας, καὶ σὺν ἴσῃ πλεονεκτεῖν. βοᾷ τὸ ἐπὶ

est ſtudio diva Cleanthis hera: Virginibus cunctis reliquis præſtantior una, Vel potior Phœbe, vel potior Venere. Salve & tu juvenum validiſſime, ſponſe valentum, Nereo prior, ac fortior Æacida. At rurſum vobis hoc carmen ſæpius olim, Commune ambobus conjugiale canam. Ob hæc riſu, ut conſentaneum eſt, oborto, reliquum erat ut fercula tollerentur. Tum Ariſtænetus atque Eucritus uterque appoſita ſibi ſuſtulerunt, ego quæ mihi, Chæreas quæ ipſi, pariter Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiam Zenonis digreſſi partem tollere parabat, affirmans ea uni ſibi fuiſſe appoſita, ideoque cum miniſtris pugnabat, & manibus utrinque injectis inter ſe trahebant, non aliter quàm Patrocli cadaver hinc atque illinc attrahere conantes: tandem victus eſt, & reliquit, multum riſum præbens convivis: maximè cùm eam ob rem poſtea ſtomacharetur, perinde quaſi atroci affectus injuria. Hermon autem, & Zenothemis, qui unà, ut dictum eſt, accumbebant: hic quidem, ſcilicet Zenothemis ſuperiùs, ille verò inferiùs, reliqua quidem quoniam æqualia fuerant appoſita, citra pugnam ſuſtulerunt. Sed avis Hermoni appoſita, erat altera paulò pinguior, quod ita caſu evenerat, opinor. Iamque ſuam uterque ſublaturus erat, ibi Zenothemis (ſed mihi animum omnino adverte Philo, jam enim ad ipſum negotii caput pervenimus) Zenothemis inquam, relicta ſua, appoſitam Hermoni, quam dixi pinguiorem, ſuſtulit. At ille contrà nitens retinebat, haud ſinens ut ea in re potior eſſet. Inter hæc

τούτοις. καὶ συμπεσόντες, ἔπασον ἀλλήλους ταῖς ὄρνισιν αὐταῖς εἰς τὰ πρόσωπα. καὶ τὸν παῖδα ἐπεκαλοῦντο βοηθόν. ὁ μὲν, τὸν Κλεόδημον, ὁ δὲ Ἕρμων. ὁ δὲ Ζηνόθεμις, Ἀλκιδάμαντα, ὁ δὲ Δίφιλον. καὶ συνίσταντο οἱμὲν, ὡς τῶν. οἱ δὲ, ὡς οὐδέτερον, πλὴν μόνου τοῦ Ἴωνος. οὗτος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττεν. οἱδὲ ἐμάχοντο συμπλακέντες. καὶ ὁ μὲν Ζηνόθεμις, σκύφον ἀργυροῦν ἀπὸ τῆς τραπέζης, κείμενον πρὸ τοῦ Ἀριστανέτου, ῥίπτει ἐπὶ τὸν Ἕρμωνα. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἤμαρτε, παῖς δέ οἱ ἐπέπεσε ἄλλη. διεῖλε δὲ τοῦ συμφίου τὸ κρανίον εἰς δύο, χρησάμενος μάλα, ὡς βαθεῖ τραύματι. βοὴ δὲ ἦν ἀμφὶ τῶν γυναικῶν ἐκ τούτου. καὶ κατεπήδησαν εἰς τὸ μεσοίχνιον αἱ πολλαί. καὶ μάλιστα ἡ μήτηρ τοῦ μειρακίου, ἐπεὶ τὸ αἷμα εἶδε. καὶ ἡ νύμφη δὲ αὐτοῦ ἐνεπήδησε, βοηθήσουσα καὶ αὐτῷ. σὺ τοσούτῳ δὲ ὁ Ἀλκιδάμας ἐπεισέδυε, τῷ Ζηνοθέμιδι συμμαχῶν. καὶ παίξας τῇ βακτηρίᾳ, τοῦ Κλεοδήμου μὲν τὸ κρανίον, τοῦ Ἕρμωνος δὲ τὸν σιαγόνα ἐπέτριψε. καὶ τῶν οἰκετῶν τινὲς βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιχειροῦσι, κατέτρωσεν. ὑμὴν ἀπετρώπησε σκεῖνος. ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος, ὀρθὸν τὸν δακτύλῳ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξώρυξε. καὶ τὸν ἕνα τῶν ὄφρυῶν. ὁ δὲ Ἕρμων, τὸν Δίφιλον ἐπὶ ξυμμαχίαν ἤκοντα τοῦ Ζηνοθέμιδος, ἀφῆκεν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ κλιντῆρος. ἐτρώθη δὲ ὁ Ἰσταῖος ὁ Γραμματικὸς, ἀφελόμενον αὐτὸν ἐπιχειροῦν, λαξ οἱμᾷ εἰς τὸν ὀδόντας ὑπὸ τοῦ Κλεοδήμου. Δίφιλον εἶναι οἰηθέντος. ἔκειτο δὲ ὁ ἄθλιος κεῖ τὸ αὐτοῦ Ὄμηρον, αἷμ' ἐμέων. πλὴν παραχῆς γε, ὁ δακρύων μετὰ ἦν πάντα. καὶ αἱ μὲν γυναῖκες, σμῶνυον, τὸν Χαιρέα

hæc clamore coorto, utrique in alterum irruentes, ipsis avibus facies mutuò cædebant: ac barbis invicem prehensis ad opem vocabant, Hermon Cleodemum, Zenothemis Alcidamantem & Diphilum: atque alii ab hujus, alii ab illius partibus steterunt, præter unum Ionem, qui se neutrum servabat. Cæterùm illi consertis manibus pugnabant. Ac Zenothemis quidem, appositum Aristæneto scyphum è mensa sublatum, projecit in Hermonem. Atque hunc haud tetigit, aliò sed flexus aberrat. Verùm sponsi caput in duas partes divisit, alto gravissimoque vulnere. Itaque mulierum orta est vociferatio, mediumque in prælium insiliérunt multæ, cum primis autem mater adolescentis viso sanguine: sponsa etiam ei metuens prosiliit. Inter hæc strenuum se præbuit Alcidamas Zenothemidi opem ferens: & illiso suo baculo, Cleodemi quidem calvariam, Hermonis verò maxillam comminuit: & è famulis nonnullos ipsis opem ferre parantes, vulneravit: qui tamen non cessérunt. Verùm Cleodemus intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum admotus narem mordicus avulsit. Porrò Hermon Diphilum Zenothemidi suppetias venientem è sponda in caput præcipitem dedit. Sauciatus est & Istiæus Grammaticus, dum eos dirimere conatur, calce videlicet in dentes illius illiso, idque à Cleodemo, cùm hunc Diphilum esse putaret. Iacebat igitur miser ille, Sanguinem ab ore vomens, ut ejus Homerus ait. Præterea tumultus atque lachrymarum plena erant omnia: dum & mulieres ejularent, Chæreæ sponso cir-

ἀπεκρήμνισαν. οἱ δ' ἄλλοι, κατέπαυον. μέχρι δ' ἦν ἀπάντων κακῶν ὁ Ἀλκιδάμας; ἐπὶ ἅπαξ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐτρίψατο παίων τὸ ἀφεστηκός. καὶ πολλοὶ ἂν εὖ ἴσθι ἔπεσον, εἰ μὴ κατέαξε τὴν βακτηρίαν. ἐγὼ δὲ ἕστηκα τὸ τοῖχον ὀρθὸς ἐφεστώς, ἐώρων ἕκαστα, οὐκ ἀναμιγνὺς ἐμαυτόν, ὑπὸ δὲ Γναθαίνης διδαχθείς, ὡς ἔστιν ἐπισφαλὲς ἀμφλύειν τὰ τοιαῦτα. λαπίθας δ' ἂν, καὶ Κενταύρους εἶδες ἄν, τραπέζας ἀνατρεπομένας, καὶ αἷμα ἐκκεχυμένον, καὶ σκύφους ἐπιπεμπώμενους. πλὴν ὅ, ὁ Ἀλκιδάμας ἀνατρέψας τὸ λυχνίον, σκότος μέγα ἐποίησε. καὶ τὸ σπεῦσαι ὡς τὸ εἰκὸς μακρῷ χαλεπώτερον ἐποίησε. καὶ γὰρ ὁ ῥᾳδίως ὑποφαύσων φῶς ἄλλο, ἀλλὰ πολλὰ ἐπήχθη, καὶ δεινὰ ἐν τῷ σκότῳ. καὶ ἐπεί παρ' ἕν τις λύχνον ποτὲ κομίζων, κατελήφθη, Ἀλκιδάμας μὲν, τὴν αὐλητρίδα λαμπομένων, καὶ τοῦς βίαιον συμπεσεῖσθαι αὐτῇ ἀπειλοῦσαν. Διονυσόδωρον δὲ, ἄλλό τι γελοῖον ἐφωράθη πεποιηκός. σκύφον γὰρ ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ κόλπου, ἐξαναστὰς αὐτὸς. εἶτ' ἀπολογούμενον, Ἴωνα ἔφη ἀνελόμενον ἐν τῇ περιοχῇ, δοῦναι αὐτῷ, ὅπως μὴ ἀπόλοιτο. καὶ ὁ Ἴων κηδεμονικῶς ἔλεγε τοῦτο πεποιηκέναι. ἐπὶ τούτοις, διελύθη τὸ συμπόσιον, τελούντων ἐκ τῶν δακρύων. αὖθις εἰς γέλωτα ἐπὶ τῷ Ἀλκιδάμαντι, καὶ τῷ Διονυσοδώρῳ, καὶ Ἴωνι. καὶ οἱ τε προυμαθίαν, φορυδὸν ἐξενομίζοντο, ποικίλως ἔχοντες. καὶ μάλιστα ὁ περιοδύτης Ζηνόθεμις ἀμφοτέραις, τῇ μὲν, τῷ ῥινός. τῇ δὲ, καὶ ὀφθαλμὸς ἐπελημμένῳ, βοῶν ἀπόνυσθαι ὑπ' ἀλγηδόνων. ὥστε καὶ τὸν Ἕρμωνα, καίτοι ἐν κακοῖς ὄντα, δύο γὰρ ὀδόντας ἐξεκέκοπτο, ἀνιμαρτύρεσθαι,

circunfusæ, dumque alii has ſtudent compeſcere. Sed malorum omnium maximum erat Alcidamas, poſteaquam ſemel ad ſuum rediiſſet ingenium, obvium quemque feriens: multique in eo prælio cecidiſſent, ſcito, niſi baculum is fregiſſet. Ego autem rectus ſtans ad parietem, videbam ſingula, neque me admiſcebam, litiæi edoctus exemplo, periculoſum eſſe conflictus iſtiuſmodi dirimere. Lapithas itaque Centauroſque vidiſſes, everti menſas, effundi ſanguinem, projici ſcyphos. Demum Alcidamas ſubverſa lucerna, maximas induxit tenebras. Iamque res, uti veriſimile eſt, atrocior multò eſſe cœpit, cùm non facile lumen aliud ſuppeteret, & multa ac gravia in tenebris commiſſa ſunt. Et cùm tandem aliquis lucernam afferret, deprehenſus eſt, Alcidamas quidem tibicinæ veſtem attollens, & per vim cum ea congredi properans, Dionyſodorus autem, alio quodam in facinore ridiculo proditus eſt. Nam ut ſurrexerat, ſcyphus è ſinu illius in ſolum decidit. Poſtea excuſans, Ionem ajebat in tumultu calicem ſublatum ſibi tradidiſſe, ne amitteretur. Id ita factum ſtudio aſſerebat Ion. His rebus dimiſſum eſt convivium à lachrymis in ridiculum exitum converſum: idque Alcidamantis, Dionyſodori, & Ionis gratia. Tum qui erant ſaucii, malè ſe habentes ſarcinæ inſtar deportabantur: maximè ſenex ille Zenothemis, pariter tum oculo, tum nare mutilatus, enecari ſe præ cruciatu clamans: adeò ut Hermon, quanquam ne ipſe quidem expers malorum (nam huic duo dentes fuerant excuſſi) palam atteſta-

λέγοντα, μέμνησο μᾶλλον ὦ Ζηνόθεμις, ὡς οὐκ ἀδιάφορον ἦγῇ τὸ πρᾶγμα. χὴ ὁ συμφιλος ὃ, ἀκουσμένε τὸ τραῦμα ὃ Διονίκε, ἀπήγετο εἰς τὴν οἰκίαν, ταινίαις κατειλημμένος τὴν κεφαλήν, ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναβεβηκώς. ἐφ' ᾧ τὴν νύμφην ἀπάξειν ἔμελλον, πικρὰς ὁ ἄθλιος τὰς γάμους ἑορτάσας. κὴ τὰ ἄλλα ὃ ὁ Διόνικος ἐπεμελεῖτο δὴ τὰ δυνατά. καὶ κατωδυσάμενοι, ἀπήγοντο ἐμέσαντες οἱ πολλοὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὁ μὲν τοι Ἀλκιδάμας, αὐτοῦ ἔμεινεν. οὐ γὰρ ἐδυνήθησαν ἐκβαλεῖν τὸν ἄνδρα, ἐπεὶ ἅπαξ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ κλίνης, πλαγίως ἐκάθευδε. τοῦτό σοι τέλος ὦ κηλὲ Φίλων, ἐλάμβανε δὲ συμποσίε. ἦ ἄμεινον τὸ τραγικὸν ἐκεῖνο εἰπεῖν, τὸ, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι Θεοί. καὶ τὰ δεκηθέντ', οὐκ ἐτελέωθη. ἀσμενοδόκητα γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀπέβη τοῦτο. ἐκεῖνό τε μεμαθήκαμεν ἤδη, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἀπρόσμαστα ὄντα, συνεπάγειν τοιούτοις φιλοσόφοις.

testaretur: Memineris, inquiens, ô Zenothemis, ne posthac dolorem in mediis habendum ducas. At sponsus vulnere jam à Dionico curato, domum revectus est, fasciis revincto capite, eidem impositus vehiculo, quo sponsam erant abducturi. Atque ita miser ille amaras nuptias celebravit. Deinde etiam aliis pro sua virili remedium adhibebat Dionicus. Et postquam dormivissent, plerique mediis in viis vomentes, asportati sunt. Cæterùm inibi remanebat Alcidamas: hominem enim extrudere non poterant, postquam semel sese in spondam abjecerat, ibique transversus dormiebat. Hic fuit, ô bone Philo, convivii finis. Quapropter rectè illud quod in tragœdia scriptum reperitur hîc dixeris, Sunt fortunæ varii casus, Multaque non sperata faciunt Dii: Nec sperata eveniunt. Nam hæc sanè non expectatum exitum sortita sunt. Idque jam didici, non esse tutum, philosophis agitare convivium.

cui non sit opus, cum ejusmodi

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΗΣ ΘΕΟΥ.

DE SYRIA DEA.

ARGVMENTVM.

Argumentum operis ipse titulus indicat. Describit enim Syria dea templum, & sacra, & effigiem quoque. Facto narrationis initio à collatione reliquorum templorum, sacrorumque, qua in Syria sunt. Ac primùm quidem in genere commendat templum dea hujus, à sanctitate, miraculis, & opulentia. Deinde speciatim commemorat, & de origine ejus, quando videlicet, & à quibus conditum tradatur, & quenam ipsa Dea esse, à plerisque putetur. Post hac de ade templi, à quibus ea extructa fuerit, qua

ejus

ejus forma, qui ſitus ſit. Item de ſignis ac ſtatuis, quæ tum intra ædem, tum extra viſantur. Poſtremò autem & de ſacerdotibus dea, de lacu & piſcibus ſacris, ad quos ſimulachra deorum, veluti per pompam quandam, viſendi cauſſa quotannis exeunt. Præterea & de panegyricis conventibus, quæ ibi celebrentur, de Gallis & eorum ceremoniis, deque ſacrificandi ritu ac legibus, inſertis ſuo loco & Antiochi, & Combabi hiſtoriis, quorum alter Stratonicen novercam amavit: alter, ad evitandam ejuſdem rei ſuſpicionem, ſibiipſi virilia præcidit. Atque in his nonnulla, ut videlicet illa de arca Noë (quem Lucianus, ut cæteri Græci quoque Deucalionem hic vocat) de Gallorum & ſacerdotum purificatione, de vetito porcorum eſu, & id genus alia ita traduntur, ut propemodum credi poſſit ex Iudæorum obſervationibus ac ſacris pleraque illa tranſſumpta, ſed tempore poſtea uſumque adulterata ac depravata fuiſſe.

Ἔστι δὲ Συρίη πόλις, οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ. καλέεται δ' ἱρή. καὶ ἔστιν ἱρὴ τῆ Ἥρης τῆ Ἀσσυρίης. δικαίη δέ μοι τόδε τὸ ὄνομα, οὐκ ἅμα τῇ πόλι οἰκεομένῃ ἐκλιθῆ, ἀλλὰ τοῦ μὲν παλαιοτέρου, ἄλλο δέ. μετὰ δὲ σφίσι, τὰ ἱρὰ μεγάλων γινομένων, ἐς τόδε ἡ ἐπωνυμίη ἀπίκετο. τοῦδε δὴ τούτεω τοῦ πτόλιος ἔρχομαι ἐρέων, ὁκόσα οἱ αὐτῆ ἐστι. ἐρέω δὲ νόμους, τοῖσι, καὶ τὰ ἱρὰ χρέωνται. καὶ παννυχίας, τὰς, ἄγουσι. καὶ θυσίας, τὰς, ἐπιτελέουσι. ἐρέω δὲ ὁκόσα δὲ καὶ τὸ ἱρὸν εἰσιρύσατο, μυθολογίουσι, καὶ τὰ τὴν ὁκως ἐλθοίετο. γράφω δὲ, Ἀσσυρίοισιν ἐών. καὶ τὰ, ἀπηλιώτης μὲν, αὐτοψίη μαθών. τὰ δὲ, παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην. ὁκόσα δὲ ἐστὶν ἃ ἐμοῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω. Πρῶτοι μὲν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι

1 IN Syria, non procul ab Euphrate fluvio eſt civitas, quæ vocatur Sacra: eſtque ſacra Iunoni Aſſyriæ. Sed nomen hoc urbi, ſimul atque fuit condita, non inditum fuiſſe videtur: imò aliud illi erat antiquitus, cùm verò Magna Sacra ibi celebrarentur, hoc cognomentum accepit. De hac igitur civitate dicturus veniq quæcunque in ea ſunt. Dicam autem & leges, quibus utuntur in Sacris, & ſolennes conventus quos celebrant, & ſacrificia quæ peragunt. Dicam & quæcunque de illis fabulantur, qui hoc templum conſecrarunt, & quo pacto condita ſit ædes ipſa. Ego autem ſcribo, Aſſyrius cùm ſim: & eorum quæ narro, alia quidem ipſe coràm vidi: alia verò à ſacerdotibus edoctus ſum. Quæcunque antiquiora me ſunt, ab iis narrationem incipio. Primi hominum quos ſcimus, Ægyptii di-

1 *In Syria*] Lucianus hic de Dea Syria varias recenſet opiniones, ſeu illa Atergatis, ſeu Aſtarte, ſeu quæcunque alia illa fuerit quæ in Hierapoli urbe colebatur, addit & ſacra & eorum ritus quæ ridenda potiùs quàm referenda erant. Cic. lib. 3. de Natur. Deor. Cogn.

1 Ἀσσύ-

Αἰγύπτιοι λέγουσιν Θεῶν τε ἐπιστήμονας εἶναι, καὶ ἱερὰ ἱδρύσασθαι, καὶ τεμένεα, καὶ πανηγύρεις διαθεῖναι. πρῶτοι δὲ ἐνόμισάν τε ἱερὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν. μετὰ δὲ, καὶ πολλοστῷ χρόνῳ, παρ' Αἰγυπτίων, λόγῳ Ἀσσύριοι ἐς Θεοὺς ἤκουσαν, καὶ ἱερὰ, καὶ νηοὺς ἤραντο. σὺν τοῖσι, καὶ ἀγάλματα ἔθεντο, καὶ ξόανα ἱδρύσαντο. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξίωσιν τοιὴν ἔσχε. καὶ ἔτι ἱερὰ καὶ ἐς Συρίην, καὶ ἐς Ἑλλάδα τοῖς Αἰγυπτίοισι ἴσα χρόνια. τὰ, ἐγὼ πλεῖστα ὄπωπα. τὸ, μὲ δὲ Ἡρακλέα τὸν ἐν Τύρῳ, καὶ τοῦτο δὲ Ἡρακλέα, τὰ, Ἑλλήνων ἀείδεται, ἄλλα τὰ, ἐγὼ λέγω, πολλῷ ἀρχαιότερα, καὶ Τύριοι ἤρα ἐσί. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, τὸ Σιδόνιοι ἔχουσι. ὡς μὲ αὐτοὶ λέγουσι, [1] Ἀστάρτης ἐσί. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω Σελήναίαν ὀνομάσθαι. ὡς δέ μοί τις τῶν ἱρέων ἀπηγήσατο, Εὐρώπης ἐσὶ τῆς Κάδμου ἀδελφεῆς. ταύτην δ' ἔφασαν Ἀγήνορος βασιλῆος θυγατέρα, ἐπειδή τε ἀφανὴς ἐγένετο, οἱ Φοίνικες τὸν ἦπειρον μηκυνθῆναι, καὶ λόγῳ ἱερῷ ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐόσαν καλὴ, Ζεὺς ἐπόθεε. καὶ τὸ εἶδος ἐς ταῦρον ἀμειψάμενον, ἥρπασε. καί μιν ἐς Κρήτην φέρων, ἀπίκετο. τάδε μὲ ἔτι τὰ ἄλλα Φοινίκων ἤκουσε. καὶ τὸ νόμισμα, τὸ, Σιδόνιοι χρέωντο, τῷ Εὐρώπην ἐφερζομένῳ ἐπὶ τῷ ταύρῳ τὸν Δία. τὰ δὲ νῦν, ὅτι ὀμολογέουσι Εὐρώπης ἔμβλημα. ἔχουσι δὲ ἄλλα Φοίνικες ἱερὰ, οὐκ Ἀσσύρεια, ἀλλ' Αἰγύπτια. τὸ, ἐς Ἡλιουπόλιν ἐς τὴν Φοινίκην ἀπίκε-

dicuntur & Deorum notitiam accepisse, & templa constituisse, & lucos, ac celebritates edidisse. Primi autem & nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt. Deinde non multo tempore pòst, Assyrii ab Ægyptiis doctrinam de Diis acceperunt, sacra & templa erexerunt, in quibus simulachra posuerunt, & statuas dedicarunt. Porrò antiquitus apud Ægyptios templa statuis caruerunt. In Syria quoque sunt templa, non multo Ægyptiis tempore posteriora, quorum plurima ego vidi. Herculis quidem illud quod est Tyri, non hujus Herculis, quem Græci decantant: sed quem ego dico, multò vetustior est, & Tyrius heros. Est & aliud templum in Phœnicia, quod Sidonii tenent, Astartæ ut ipsi quidem dicunt: Astarten autem Lunam esse puto. Vtque mihi aliquis ex sacerdotibus narravit, Europæ illud est, Cadmi sororis: quam, cùm esset Agenoris regis filia, nec amplius appareret, Phœnices templo honorarunt: & sacrum de ipsa sermonem evulgarunt, Nimirum Iovem ejus amore captum quòd esset pulchra, forma in taurum mutata, eam rapuisse, & in Cretam deportasse. Atque hæc quidem etiam à cæteris Phœnicibus audivi: & nummus quo Sidonii uruntur, habet Europam, tauro, Iovi videlicet insidentem: sed ædem Europæ esse non confitentur. Habent & aliud templum Phœnices non Assyrium, sed Ægyptium, quod ex Heliopoli in Phœniciam pervenit: id quidem non

1 Ἀστάρτης] Leg. Scaliger ad Varron. 4. Ling. Latin. Achill. Tat. l. 1 Tertullian. Apolog. cap. 24. *unicuique etiam provinciæ & civitati suus Deus est, ut Syriæ Astartes.* Hiphilin. Quidam lunonem esse contendunt, alii Venerem. *Bourd.*

τo. ἐγὼ μὲν οὖν ὄπωπα. μέγα ἦ τόδε, ἐ ἀρχαῖόν ἐστι. εἶδον ἔ ἐ τὸ Βύβλῳ μέγα ἱερὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης. τὸ τοῦ, καὶ τὰ ὄρεα ἐς Ἄδωνιν ἐπιτελέουσι. ἐδάην ἔ ἐ τὰ ὄρεα. λέγουσι γὰρ δὴ αὐτὸ ἔργον τὸ ἐς Ἄδωνιν τοῦτο ἔ συὸς, τὸ τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι. καὶ μνήμην ἔ πάσχω, τύπτονταί τε ἐκάστου ἔτεος, ἐ θρηνέουσι, ἐ τὰ ὄρεα ἐπιτελέουσι. καὶ σφισι μεγάλα πένθεα ἀνὰ πᾶσαν χώρην ἵστανται. ἐπειὰν ἔ κοπτόμενοι παύσωνταί τε, καὶ ἀποκλαύσωνται, πρῶτα μὲ κηδεύουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως δόξει τέκνοι. μιῇ ἔ, τῇ ἑπτῇ ἡμέρῃ, ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, ἐ ἐς τὸ πῦρ πέμπουσι, ἐ τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι, ἀποθανόντος Ἄπιος. γυναικῶν ἔ, ὁκόσαι σὺν ἐλέῃσι ξυρέονται, τοιήνδε ζημίην ὑπέχουσι. τὸ μιῇ ἡμέρῃ, ἐπὶ πρήσσει τὸ ὥρεος ἴσασι. ἡ ἔ ἀγορὴ, μύοισι ξείνοισι πωλέεται. καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὴν Ἀφροδίτην, θυσίη γίνεται. εἰσὶ ἔ ἔνιοι Βυβλίων, οἳ λέγουσι πεφθαι τὸν Ὀσιριν τὸν Αἰγύπτιον. καὶ τὰ πένθεα, ἐ τὰ ὄρεα, σὺν ἐς τὸν Ἄδωνιν, ἀλλ' ἐς τὸν Ὀσιριν πάντα πρήσσεται. ἐρέω ἔ ὀκόσην ἐ τάδε πίστιν δοκέουσι. κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀποπλέουσα, πλώσασα τὸν μεταξὺ πλόον, ἑπτὰ ἡμερέων. καί μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείῃ ναυτιλίῃ. τρέπεται ἔ ἐς Δόκμας, ἀλλ' ἐς μὲν τὴν Βύβλον ἀποπλέει. καὶ ἔστι τὸ σύμπαν, θαῦμα. καὶ τῦτο ἑκάστου ἔτεος γίνεται, τὸ, ἐ ἐμοῦ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο. καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθησάμην Βυβλίνην. ἔνι ἔ ἐ ἄλλο θῶμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίῃ. ποταμὸς ἐκ ἔ Λιβάνου ἔ ὄρεος, ἐς τὴν ἅλα ἐκδιδοῖ. ὄνομα τῷ ποταμῷ Ἄδωνις

non vidi, ſed & hoc magnum eſt, & vetuſtum. Vidi etiam *Bybli*, magnum Bybliæ Veneris templum, in quo ritus quoſdam ſacros in Adonidem peragunt: quos ego novi. Nam quod aper in Adonim egit, hoc in ſuo ſolo factum eſſe dicunt: atque in rei memoriam, ſingulis annis verberantur, & lamentantur, rituſque ſacros peragunt, magnique luctus per regionem ipſis *indi*cuntur. Et poſtquam verberandi, & plorandi finis factus eſt, primùm quidem Adonidi tanquam defuncto inferias agunt. Poſtea verò altero die eum vivere fabulantur, & in aërem mittunt, & capita detondent, ut Ægyptii, quum mortuus eſt Apis. Quæcunque autem mulieres tonderi nolunt, talem pœnam exolvunt. Diem unum ad quæſtum corpore faciendum proſtant. Forum autem illud ſolis peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in ſacrificium datur. Sunt autem ex Bybliis nonnulli, qui dicunt apud ſe humatum eſſe Oſirim Ægyptium: luctuſque & ritus hoſce, non Adonidi, ſed Oſiridi omnes fieri: cujus rei dicam unde fidem faciant. Caput unoquoque anno ex Ægypto Byblum defertur, ſeptem diebus, quantum ſpatii ex illa in hanc eſt, enatans: ipſumque venti divina quadam navigatione ferunt: nec uſquam aliò vertitur, ſed ſolam Byblum perfertur: totaque res ea eſt admiranda. Atque id fit quotannis, cumque Bybli eſſem, factum eſt: caputque vidi papyraceum. Porrò etiam alia res admiranda eſt in terra Bybliorum. Fluvius quidam ex Libano monte in mare defertur: fluvio nomen

eſt

ἐπικέας). ὁ δ' ποταμὸς, ἐκ τῶν ὀρέων ἔτος αἱμάσσεται καὶ τὴν χροιὴν ἀλίσκας, ἐσπίπτει εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ φοινίσσει τὸ πολλὸν καὶ πελάγεος, καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθεα. μυδίοντων δ' ὅπ ταυτησὶ τῆσι ἡμέρῃσι, ὁ Ἄδωνις ἀνὰ τὸ Λίβανον πτῴσκει). καὶ τὸ αἷμα εἰς τὸ ὕδωρ ἐρχόμενον, ἀλλάσσει τὸ ποταμὸν, καὶ τῷ ῥόῳ τὴν ἐπωνυμίλν δίδωι. ταῦτα μὲ οἱ πολλοὶ λέγουσι. ἐμοὶ δέ τις ἀνὴρ Βύβλιος, ἀληθέα δοκέων λέγειν, ἐτέρην ἀπηγήσιν δ' πάθεος αὐτίκα. ἔλεγε δ' ὧδε. ὁ Ἄδωνις ὁ ποταμὸς ὦ ξεῖνε, ἀφ' ὅ Λιβάνου ἔρχεται). ὁ δ' Λίβανος, κάρτα ξανθόχρως ἐστι. ἄνεμοι ὧν τηνικαῦτα σκέπτα τὰ ἡμέτερα ἰσταμένοι, τὴν γῆν τῷ ποταμῷ ἐπιφέρουσι, ἐς ὃν ἐς τὰ μάλιστα μιλτώδεα. ἡ δ' γῆ μιν, αἱμώδεα πέφυκε. καὶ τῶδε δ' πάθεος αὐτὸ τὸ αἷμα, τὸ, λέγουσι, ἀλλ' ἡ χώρη αἰτίη. ὁ μὲν μοι Βύβλιος, τοσαῦτα ἀπηγήσατο. εἰ δ' ἀτρεκέως ταῦτα ἔλεγε, ἐμοὶ μὲ δοκεῖ κάρτα θεία ἡ ξύμπασα ἀνέμου ἡ συμπνοίη. ἀνέβαν δ' ἐς τὸ Λίβανον ὡς Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἱρὸν ἀρχαῖον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ, Κινύρης εἴσατο. καὶ εἶδον τὸ ἱερὸν, καὶ ἀρχαῖον ἐὸν. τάδε μὲν ἐστι τὰ ἐν τῇ Συρίῃ ἀρχαῖα, καὶ μεγάλα ἱερά. τοσαῦτα δ' ἐόντα, ἐμοὶ δοκέειν, οὐδὲν τὸ ἐν τῇ ἱερῇ πόλει μεῖζον ἔμμεναι, οὐδὲ νηὸς ἄλλου ἀκρότερον, οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱερωτέρη. ἔνι δ' ἔτερα ἐν αὐτῇ πολυτελέα, καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα, καὶ πολλὰ θώματα, καὶ ξόανα Θεοπρεπέα. καὶ Θεοὶ δ' κάρτα αὐτοῖσι ἐμφανέες. [1]ἱδρῶτι γὰρ δὴ ὧν παρὰ σφίσι τὰ ξόανα, καὶ

est Adonis. Hic quotannis cruore inficitur, amissoque colore in mare delabitur: magnamque pelagi partem cruentat, tempusque lugendi Bybliis indicat. Fabulantur autem Adonim hisce diebus in Libano sauciari, unde in aquam delatus sanguis: fluvii colorem mutet, eidemque nomen det. Atque hæc quidem vulgo dictitant. Sed vir quidam Byblius, mihi vera dicere visus, aliam hujus rei causam narravit. His verbis. Fluvius hic Adonis, ô hospes, per Libanum defertur, cujus terra est admodum flava: quam minio simillimam, venti vehementes diebus illis exorientes, in fluvium deferunt: eaque facit ut cruentus videatur: ita non sanguis, quem ajunt, sed terra hujusce rei causa est. Ac Byblius quidem hæc mihi narravit. Quæ si vera sunt, divinus admodum hic venti ortus mihi videtur. Cæterùm ex Byblo in Libanum ascendi, confecto diei unius itinere, cùm audivissem ibi esse antiquum Veneris templum, quod Cinyras dedicarat. Quod templum vidi pervetustum. Atque hæc quidem in Syria sunt antiqua & magna templa. Quæ cùm multa sint, nullum tamen, quantum mihi videtur, majus eo est, quod in sacra civitate habetur, neque etiam ædes alia sanctior, nec terra magis sacra. In eo autem sunt, & pretiosa opera, & antiqua donaria, & mirabilia multa, Deorumque statuæ, Diique ipsis admodum conspicui. Nam statuæ sudant, moventur, & oracula edunt,

1 Ἱδρῶτι γὰρ] De his imaginum sudoribus Ioseph. Scaliger ad Tibullum lib. 2. & Dan. Heins. ad Sil. Ital. *Bourd.*

κινέεται, ἐς ἱερὸν μεγαρέα. καὶ βοὴ
ἦν πολλάκις ἐγκύεσθαι ἐν τῷ νηῷ, κλει-
θέντων τῶν ἱρῶν. καὶ πολλοὶ ἤκου-
σαν. ναὶ μὴν ἐς ὅλβον πέρι, ἐν τοῖ-
σι ἐγὼ οἶδα, πρῶτόν ἐστι. πολλὰ γὰρ
αὐτόθι ἀπικνέεται χρήματα, ἔκ τε
Ἀραβίης, ἐκ Φοινίκων, ἐκ Βαβυλω-
νίων. καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης.
τὰ δὲ, καὶ Κίλικες φέρουσι. τὰ δὲ,
Ἀσσύριοι. εἶδον δ' ἐγὼ ἐκ τὰ, ἐν τῷ
νηῷ λάθρῃ ἀποκείεται, ἐσθῆτα πολ-
λήν, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐς ἄργυρον, ἢ ἐς
χρυσὸν ἀσκίκεα. ἐορτὴν μὲν γὰρ, καὶ πανηγύρεις, οὐδα-
μοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσαύτας ἀπο-
δεδέχαται. ἱστορίην δέ μοι ἐπέων
πέρι, ὁκόσα τῷ ἱρῷ ἐστι, καὶ τῷ
Θεῷ αὐτῷ, ἢν τινα δύνωσι, πολ-
λοὶ λόγοι ἐλέγοντο. τοῖ, οἱ μὲν, ἐρεῖ.
οἱ δὲ, ἐμφανέες. οἱ δὲ, κάρτα μυ-
θώδεες. καὶ ἄλλοι, βάρβαροι. οἱ μὲν
δὴ, τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες.
τὴν, ἐγὼ παύρους μὲν ἐρέω, δύκημον
δὲ ὀδαμῶς. οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ, Δευ-
καλίωνα τὸν Σκύθην τὸν ἱρὸν ἐσκαλ-
λέγουσι. τοῦτον Δευκαλίωνα, ἐπὶ τοῦ,
τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐχύθη. Δευκαλίω-
να δὲ πέρι, λόγοι οἵδε Ἕλλησι ἤκου-
σα, τὸν, Ἕλληνες ἐκ αὐτοῦ λέγουσι.
ὁ δὲ μῦθος, ὧδε ἔχει. ὅδε ὁ χθὼν,
οἱ νῦν ἄνθρωποι, ἐκ τοιοῦτοι ἐγένοντο.
ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ χθὼν, πάντες
ὤλοντο. ἕτοι δὲ, χθὼν δευτέρη
εἰσί. τὸ, αὖτε, ὑπὸ Δευκαλίωνος ἐς
πλῆθὼν ἀπίκετο. ἐκείνων δὲ πέρι τῶν
ἀνθρώπων, τάδε μυθέονται. ὑβρίσαι
κάρτα ἐόντας, ἀθεμίστοισι ἔργοισι χρᾶσασθαι. ὅτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον, ὅτε
ξείνους ἐδέκαντο, ὅτε ἱκετέων ἠνείχοντο, ἀντ' ὧν σφίσι ἡ μεγάλη συμ-
φορὴ ἀπίκετο. αὐλὴκις ἡ γῆ πολλὸν
ὕδωρ ἐκδιδοῖ, καὶ ὄμβροι μεγάλοι
ἐγένοντο, καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν
μέζονες, καὶ ἡ θάλασσα ἐπὶ πολ-

edunt, & clauſo templo clamor in æde ſæpenumero eſt coortus, quem audivêre multi. Quinetiam in iis quæ novi, præcipuæ ſunt opes. Nam multæ res ipſis afferuntur, ex Arabia, Phœnicibus, & Babyloniis: item aliæ ex Cappadocia, aliaſque Cilices afferunt, alias Aſſyrii. Præterea vidi quæ in æde ſecretò repoſita ſunt, veſtes videlicet multas, & quæcunque in argentum, aurum-ve ſunt converſa. Nam feſta, celebritateſque nullibi gentium tot receperunt. Porrò mihi de annis inquirenti, quot jam ſtetiſſet templum, quamque ipſi Deam eſſe putarent, multa dicebantur: quorum alia erant ſacra, alia manifeſta, alia admodum fabuloſa, alia barbara, alia cum Græcis conſentientia, quæ referam quanquam ea nullatenus probo. Complures igitur Scytham illum Deucalionem, eum puta Deucalionem, cujus temporibus aquarum diluvium fuit, templum hoc conſecraſſe tradunt. Apud Græcos autem, quod illi de Deucalione dicunt, audivi: ſicque ſe habet fabula. Hanc hominum generationem quæ nunc eſt, ab initio nequaquam fuiſſe, ſed eam quæ tum fuit totam interiiſſe. Hos autem homines qui nunc ſunt, ſecundi generis eſſe, quod rurſus à Deucalione in multitudinem excrevit. De illis autem hominibus hæc tradunt: eos cum eſſent admodum contumelioſi: nefaria perpetraſſe juramentum non obſervando, hoſpites non recipiendo, ſupplices non ferendo. Quam ob cauſam in magnam calamitatem incidiſſent: quum terra protinus aquam multam effudit, imbres magni ingruerunt, fluvii majores decurrerunt, atque in tan-

λὸν ἀείδη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐχθίονα, καὶ πάντας ὄλοιθ. Δευκαλίων δ', μοῦνος ἀνθρώπων ἐλείπθ ἐς γενεὴν δευτέρην, δίκαιός τ', καὶ θεοσεβὴς εἶναι. ἡ δὲ οἱ σωτηρίη, ἥδε ἐγένθ. λάρνακα μεγάλην, τὴν, αὐτὸς ἔχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τ, καὶ γυναῖκας ἑωυτῦ, ἐσέβη. ἐσβαίνοντι δέ οἱ, ἀπίκοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γένεα, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται πάντα ἐς ζεῦγεα. ὧδε, πάντα ἐδέκετο. καί μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλὰ σφισι μεγάλη διόθεν φιλίη ἐχύθη. καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλωσαν, ἔστ τὸ ὕδωρ ἐπεκράτησε. τὰ, μὲν Δευκαλίωνος πέρι, Ἕλληνες ἱστορέουσι. τὰ δ' ἐπὶ τούτῳ, λέγεται λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ μεγάλως ἀξιοῦσθαι, ὅτι ἐν τῇ σφετέρῃ χώρῃ, χάσμα μέγα ἐχθίστο, καὶ τὸ συμπαν ὕδωρ κατεδέξατο. Δευκαλίωνι δ', ἐπὶ τούδε ἐχθίστο, βωμὸς τε ἕζετο, καὶ νεὼν ἐπὶ τῷ χάσματι Ἥρης ἄρσιον ἐδείματο. ἐγὼ δ', καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστ ὑπὸ τῷ νηῷ, κάρτα μικρόν. εἰ μὲν ὧν πάλαι ὦ μέγα ἦν, νεῶν τοιοῦδε ἐχθίστο, οὐκ οἶδα. τὸ δ' ἐγὼ εἶδον, μικρόν ἐστ. σῆμα δ' τ' ἐσοδείης, τόδε πρήσσουσι. δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νεὼν ἀφικνέεται. φέρουσι δὲ οὐκ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συρίη, καὶ Ἀραβίη. καὶ πέρηθεν δ' Εὐφρήτεω, πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται, καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι, τὸ, πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι. μετὰ δ', ἐς τὸ χάσμα καταρχονται, καὶ δέκεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν, ὕδατος πολλοῦ. τὰ, δὲ ποιέοντες, Δευκαλίωνα ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θεσθαι λέγουσι, συμφορῆς τε, καὶ δύερ-

tantum intumuit mare, ut omnia essent aqua, & omnes perierint. Deucalion autem solus hominum relictus est in secundam generationem, prudentiæ, & pietatis gratia. Servatus autem fuit hoc pacto. Magnam quandam arcam, quam ipse habebat, liberis & uxore in eam impositis, conscendit. Ingredientem sequuti sunt apri, equi, leones, serpentes, & alia quæcunque in terra pascuntur, bina cuncta. Quæ omnia excepit: nec ipsum lædebant: sed magna inter eos divinitus erat concordia: unaque in arca omnes navigarunt, quandiu aqua superavit. Atque hæc quidem de Deucalione Græci tradunt. De iis autem quæ deinceps sequuta sunt, quiddam ab incolis Sacræ civitatis refertur, magna dignum admiratione, nimirum sua in regione factum ingentem hiatum, qui universam aquam absorbuit. Tum Deucalionem aras fecisse, suprague hiatum ædem Iunoni sacram erexisse. Ego verò hiatum illum vidi, qui sub æde admodum est exiguus: verùm nescio fuerit-ne olim magnus nunc verò ejusmodi factus. Is utique quem vidi parvus est. Signum autem quo historiæ huic fidem faciant, hoc peragunt. Bis quotannis ex mari aqua in ædem defertur: quam non sacerdotes modò ferunt, sed tota Syria, & Arabia, & qui trans Euphratem habitant, multi homines ad mare veniunt, indeque omnes aquam afferunt, quam in æde primùm effundunt: deinde ea in hiatum delabitur, ab eo quanvis parvo, ingens aquæ copia recipitur. Qui hæc faciunt, Deucalionem eo in templo legem hanc tulisse dicunt, in calamita-

γατίης μνῆμα ἔμμβραγ. ὁ μὲ ὧν ἀρχαῖ@ αὐτοῖς λόγ@ ἀμφὶ Ϝ ἱρῆ, τοιόσδε ἐστί. ἄλλοι ϑ, Σεμίραμιν τὴν Βαϐυλωνίλν, τ, δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτλν Ϙ τόδε τὸ ἔδος ἱσσαῦ νομίζυσι. οὐκ Ἥ̈ρῃ ϑ ἱσσαῦ, ἀλλὰ μητρὶ ἑωυτῆς. [1]τ, Δερκετὼ ὄνομα. Δερκετὼς ϑ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐϑηησάμλν, ϑέημα ξεῖνον. ἡμισέη μέ, γυνή. τὸ ϑ ὀκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρας πόδας, ἰχθύ@ ὑρὴ ἀπετείνε ϑ. ἡ ϑ ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ, πᾶσα γυνή ἐστι. πίσιες ϑ Ϝ λόγ@ αὐτοῖσι, ὑ κάρτα ἐμφαινίες. [2]ἰχθύας, χρῆμα ἱρὸν νομίζυσι, κὴ ὅκοτε ἰχθύων ψαύυσι. κὴ ὄρνιϑας τὰς μὲ ἄλλας, σιτέονται, ὡσαύτως ϑ μιῆλν, ὑ σιτέονται, ἀλλὰ σρίσι ἤδε ἱρή. τὰ δὲ γινόμενα, δοκέῃ αὐτοῖς ποιέειν, Δερκετῦς, κὴ Σεμιράμι@ εἵνεκεν. τὸ μὲ, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύ@ ἔχ. τὸ δὲ, ὅτι τὸ Σεμιράμι@ τέλ@, ἐς ὡσαύτως ἀπίκεϱ. ἀλλ' ἐγὼ τὸ μὲ νηὸν, ὅτι Σεμιράμι@ ἔργὸν ἐστὶ, πάχα κε δέχμλν. Δερκετῦς δὲ τὸ ἱρὸν ἔμμβραγ, ἰδέσϑαι παρέϑρμλν, ἐπεὶ Ϙ παρ' Αἰγυπτίλν ἔνιοί εἰσι, οἳ ἰχθύας ὑ σιτέονται, κὴ τάδε ὑ Δερκετοῖ χαρίζονται. ἔστι δὲ Ϙ ἄλλος λόγ@ ἱρὸς, τ, ἐγὼ σοφῦ ἀνδρὸς ἤκυσα. ὅτι ἡ μὴ Θεὴ, Ῥ'ίη ἐστί. τὸ δὲ ἱρὸν, Ἄτ̈ηος ποίημα. Ἄτ̈ης δὲ ἡλύος λυδὸς μὴ ἦν, πρῶ@ δὲ τὰ ὄργια τὰ ἐς Ῥ'ίην ἐδιδάξατο. κὴ τὰ, Φρύγες, κὴ Λυδοὶ, κὴ

tis & beneficii monumentum. Quare antiqua apud illos fama de templo, eſt hujuſmodi. Alii autem Babyloniam illam Semiramidem, cujus multa per Aſiam extant opera, hoc templum conſecraſſe putant, non Iunoni, ſed matri ſuæ, cui Derceto fuit nomen. Dercetûs autem imaginem in Phœnicia vidi, ſpectaculum inſolitum. Erat dimidia parte mulier: & quantum à femoribus ad pedes imos protenditur, in piſcis caudam deſinebat. Sed quæ eſt in Sacra civitate, tota eſt mulier. Porrò argumenta quibus huic narrationi fidem faciant, clara non habent. Piſces ſacros putant, nec piſces attingunt unquam. Ex avibus, alias quidem edunt, ſed ſolam columbam non edunt, quæ ſacra ipſis eſt. Et quòd hæc ita fiunt, placet ipſis Dercetûs & Semiramidis gratia fieri: hoc quidem, quia Derceto piſcis formam habet: illud quia Semiramis ad poſtremum in columbam verſa eſt. At ego ipſam quidem ædem Semiramidis opus eſſe, forſan admiſerim. Sed Dercetûs ſacram eſſe nequaquam credo: quando & apud Ægyptios nonnulli ſunt, qui piſcibus non veſcuntur, neque id Dercetûs in gratiam faciunt. Fertur autem & alius ſermo ſacer, quem ego à ſapiente viro accepi: ſcilicet Rheam eſſe, Deam illam: templum autem Attæ opus. Porrò Attes genere fuit Lydius, primuſque ſacra in Rheæ honorem, tradidit. Ac quibus Phryges, Lydi,

1 Τῆς Δερκετῶ] Leg. Scal. ad Varr. locum cit. *Bourd.*

2 Ἰχθύας, χρῆμα ἱρὸν νομίζυσι] Et hac de cauſâ piſcator Heliodorus cum fruſtra multoties rete jeciſſet, huic Deæ ſuſpendit lib. 6. Anth.

Δαίμονι τῇ Συρίῃ μάτην τρίς ποτ' Ἡλιόδωρ@
Δίκτυον, ἐκ πολλῶν δ' ἴχθυν ἔφυγε σφυδρός. Idem.

1 Ἄτ̈ης

Σαμοθρᾷκες ἐπιπλέουσι, Ἄττεω πάντα ἔμαθον. ὡς γάρ μιν ἡ Ῥέη ἔπαυε, βίην μὲν ἀνδρηίην ἀπεπαύσατο, μορφὴν δὲ θηλέην ἠμείψατο, καὶ ἐσθῆτα γυναικηίην ἐνεδύσατο. καὶ ἰς πᾶσαν γῆν φοιτέων, ὅρκιά τε ἐπετέλεε, καὶ τὰ, ἔπαθε ἀπηγέετο, καὶ Ῥέῃ ἤειδε. ἐν τοῖσι, καὶ ἐς Συρίην ἀπίκετο. ὡς δὲ οἱ πόρῳ Εὐφρήτεω ἄνθρωποι, ἔστι αὐτοῦ, ἄτε ἔρημα ἐδέκοντο, ἐν τῷ δὲ τῷ χώρῳ τὸ ἱρὸν ἐποιήσατο. σημήια δὲ καὶ Θεὸς τὰ πολλὰ ἐς Ῥέην ἀπικέεται. λέοντες γάρ μιν φέρουσι, καὶ τύμπανον ἔχει, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πυργοφορέει, οἰκηίην Ῥέῃ Λυδὴ ποιέουσι. ἔλεγε δὲ Γάλλων πέρι, οἳ εἰσὶ ἐν τῷ ἱρῷ, ὅτι Γάλλοι Ηρῃ μὲν οὐδαμῇ, Ῥέῃ δὲ πέμποντες, καὶ Ἄττεα μιμέονται τὰ, δή μοι ἐύπρεπέα μὲν δοκέει ἔμμεναι, ἀληθέα δέ, οὐ. ἐπὶ δὲ τοῖσι τοῖσιν, ἄλλην αἰτίην ἤκουσε πολλὸν πιστοτέρην. ἀνδανέει δέ μοι τὰ, λέγουσι δὲ ἱρὰ πέρι, τοῖσι Ἕλλησι τὰ πολλὰ ὁμολογέοντες. τῷ μὲν Θεὸν, Ἥρην δοκέοντες, τὸ οἱ ἔργον, Διονύσου δὲ Σεμέλης παῖδα. καὶ γὰρ δὴ Διόνυσος ἐς Συρίην ἀπίκετο, κείνην ὁδὸν, τῷ, ἦλθε ἐπ' Αἰθιοπίην. καὶ ἔστι πολλὰ ἐν τῷ ἱρῷ Διονύσου παντοίου σήματα. ἐν τοῖσι, καὶ ἐσθῆτες βάρβαροι, καὶ λίθοι Ἰνδοὶ, καὶ ἐλεφάντων κέρεα, τὰ Διόνυσος ἐξ Αἰθιόπων ἤνεικε. καὶ φαλλοὶ δέ οἱ ἑστᾶσι ἐν τοῖσι προπυλαίοισι δύο κάρτα μεγάλοι. ἐπὶ τοῖσι, ἐπίγραμμα τοιόνδε ἐπιγέγραπται, Τόσδε φαλλὸς Διονύσου, Ἥρη μητρυιὴ ἀνέθηκε ἐμοὶ μὲν ὤν, καὶ τάδε δρήσᾳ. ἐρέω δὲ ἄλλο, τί ἐστι ἐν τῷ νηῷ Διονύσου ὄρχον. Φαλλὰς Ἕλληνες, Διονύσῳ ἐγείρουσι. ἐπὶ τοῖσι, καὶ τοιόνδε ἐπίγραμμα ἐπιγέγραπται, Τόνδε Σάτυροι καὶ Βάκχαι ἀνέθεσαν Διωνύσῳ, Ἥρης ἐκ μανίης ἐκφυγόντα πόδας. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ἐπιγράμματα ἐν τῷ ἱρῷ, ἐπὶ τοῖσι καὶ τοιόνδε τι ἐπιγέγραπται, Ἥρη μ' ἔτευξε, Ζηνὸς ἀλοχὸς ἀγανοῦ, Ἄττεος ἀντὶ βροτοῦ, καὶ Διωνύσου τροφόν. ἐν τοῖσι, καὶ τοιόνδε τι ἐπιγέγραπται, Ἄττεος ἀντὶ βροτοῦ, καὶ Διωνύσου τροφόν. ἐν τοῖσι, καὶ τοιόνδε τι ἐπιγέγραπται, Ἄττεος ἀντὶ βροτοῦ, καὶ Διωνύσου τροφόν. ἐν τοῖσι, καὶ τοιόνδε τι ἐπιγέγραπται, Ἄττεος ἀντὶ βροτοῦ, καὶ Διωνύσου τροφόν.

di, Samothraces utuntur, ea omnia ab Atte didicerunt. Postquam enim ipsum castravit Rhea, vitam quidem virilem agere desiit, formam autem fœmininam assumpsit, vestemque muliebrem induit. Atque ita per omnem terram obambulans, sacra passim peragebat, quæque passus esset, narrabat: Rheamque celebrabat. Inter quæ & in Syriam venit: & cùm qui trans Euphratem habitant, neque ipsum, neque sacra reciperent: hoc in solo templum constituit: multaque adsunt signa Deæ, quæ faciunt ut Rhea videatur. Leones enim ipsam ferunt, habetque tympanum, & super capite turrim gestat qualem Rheam Lydi fingunt. Dicebat autem & de Gallis idem, qui in templo sunt Gallos non Iunoni, sed Rheæ castrari, & Atten imitari. Hæc mihi decora quidem videntur, at non vera: siquidem castrationis causam aliam multò fide digniorem audivi. Placent verò mihi hæc quæ de templo dicunt, in quibus cum Græcis consentiunt: Deam quidem Iunonem putantes esse, ipsum autem opus Bacchi Semeles filii. Etenim Bacchus in Syriam venit, eo itinere quo in Æthiopiam est profectus. Multaque in templo sunt indicia, quæ Bacchum authorem comprobant. Inter quæ & vestes barbaræ, & lapilli Indici, & elephantorum cornua, quæ Bacchus attulit ex Æthiopia. Etiam priapi stant in vestibulis, duo admodum magni, quibus inscriptum est hoc epigramma. Hos posui Bacchus tibi Iuno noverca priapos. Ac mihi quidem vel ista sufficiunt. Cæterum aliud quoque dicam, quis sacrorum sit ritus in æde Bacchi. Græci priapos Baccho erigunt: in quibus & tale quiddam portant,

φέρουσι, [1] ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. καλέεται δὲ τάδε, νευρόσπαστα. ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ ἱρῷ. ἐν δεξιῇ τοῦ νηοῦ, κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ χάλκεος, ἔχων αἰδοῖον μέγα. τοσάδε μὲν ἀμφὶ τῶν οἰκιστέων τοῦ ἱροῦ μυθολογέουσι. ἤδη δὲ ἐρέω καὶ τοῦ νηοῦ πέρι, θέσιός τε ὅκως ἐγένετο, καὶ ὅστις μιν ἐποιήσατο. λέγουσι τὸν νηὸν τὸν πρὶν ἐόντα, μὴ ἔμμεναι τὸν τὴν ἀρχὴν γεγενημένον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν, κατενεχθῆναι χρόνῳ ὕστερον. τὸν δὲ νῦν ἐόντα, Στρατονίκης ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τοῦ Ἀσσυρίων βασιλῆος. δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη ἔμμεναι, τῆς, ὁ πρόγονος ἠράσατο. τὸν, ἤλεγξε τοῦ ἰητροῦ ἐπίνοιη. ὡς γάρ μιν ἡ συμφορὴ κατέλαβε, ἀμηχανέων τῷ κακῷ, αἰσχρῷ δοκέοντι, κατ' ἡσυχίην ἐνόσεε. ἔκειτο δὲ ἀλγέων οὐδέν. καί οἱ ἥ τε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο, καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. ὁ δὲ ἰητρὸς, ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἀρρωστέοντα, ἔγνω τὴν νοῦσον ἔρωτα ἔμμεναι. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ δάκρυα. μαθὼν δὲ ταῦτα, ἐποίεε. χειρὶ μὲν τῇ δεξιῇ εἶχε τοῦ νεηνίσκου τὴν καρδίην, ἐκάλεε δὲ τοὺς ἀνὰ τὴν οἰκίην πάντας. ὁ δὲ, τῶν μὲν ἄλλων ἐσιόντων πάντων, ἐν ἠρεμίῃ μεγάλῃ ἦν. ὡς δὲ ἡ μητρυιὴ ἀπίκετο, τήν τε χροιὴν ἠλλάξατο, καὶ ἱδρώειν ἄρξατο, καὶ τρόμῳ εἴχετο. καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο. τὰ δὲ γινό-

pusillos viros ligneos, magna pudenda habentes. Vocantur autem Neurospasta hæc. Est igitur & hoc in templo illo. In dextra ædis, sedet pusillus vir æneus pudendum magnum habens: ac tantum de illo, quod ad templi conditores attinet, tradunt. Iam verò & de æde dicam, & de situ ejus, deque ejus conditore. Dicunt ædem illam quæ principio fuit, non esse eam quæ nunc est, sed antiquiorem illam successu temporis collapsam esse: hanc autem quæ nunc est, esse Stratonices opus, uxoris Assyriorum regis. Videtur autem mihi Stratonice illa esse, quam privignus amavit, cujus amorem medici industria deprehendit. Cùm enim hæc ægritudo ipsum invasisset, animi dubius ob malum quod turpe videbatur, silentio premens ægrotabat. Iacebat autem nihil dolens: verùm color ejus omnino immutabatur, & corpus in dies marcescebat. Medicus autem ut vidit ipsum morbi nullum præ se ferre manifestum indicium, cognovit eum amore laborare. Amoris autem occulti multa sunt signa, oculi languentes, vox, color, & lachrymæ. Quibus animadversis hoc fecit. Manu dextra tenebat cor adolescentis, eos verò qui in domo erant, omnes vocabat. Ille ingredientibus cæteris omnibus, erat maximè quietus: at noverca veniente, tum demum & colorem mutare, & sudorem emittere incipiebat, & tremore corripiebatur, eique cor subsultabat. Quæ cùm ita fierent, manifesta amo-

1 Ἄνδρας μικροὺς] Phalli sive Priapi pingebantur nanorum specie, ut monui ad Petron. sequitur mox, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας, & paulò post ἔχων αἰδοῖον μέγα. sic apud Hesych. νάνος ἐπὶ τῶν μικρῶν, ὡς νάνον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα μέγα, οἱ γοῦν νάνοι μεγάλα ἔχουσιν αἰδοῖα. Talis erat pictura Dei hortorum cujus meminit Tzetzes ad Lycophronem vocans eum δυσειδῆ καὶ βαθυαίδοιον lege βατυαίδοιον. Bourd.

1 Ἠλα-

ἄμφω ἐμφανίσαι τῷ ἰητρῷ, τὸν ἔρωτα ἐποίει. καί μιν ὧδε ἰήσατο. καλέσας δὲ νεηνίσκου τὸν πατέρα, καὶ τὰ ὀρῳδέοντα, ἤδη ἡ νοῦσος ἦν, τὸν παῖδα ὀδὸν ἀρρωστέειν, ἀ νοῦσος ἔστι, ἀλλὰ ἀδικίη. οὐδὲ γάρτοι ἀλγέει μιν οὐδέν, ἔρως δέ μιν, καὶ φρενοβλαβείη ἔχει. ἐπιθυμέει δὲ, τὸ, ἡδυπαθέειν τοὔξεστιν, φιλέων γυναῖκα ἐμὴν, τὴν, ἐγὼ ὑπ μετήσομαι. ὁ μὲν, ὧν τοιῇδε σοφίῃ ἐψεύδετο. ὁδὲ, αὐτίκα ἐλίσσετο, ὡς τὴν σοφίης, καὶ ἰητρικῆς, μή μοι παῖδα ὀλέσῃς. ἀ γὰρ ἤπιστα ταύτῃ συμφορῇ ἔχετο, ἀλλά οἱ ἡ νοῦσος ἀεικείη. τὺ, σὺ μηδαμᾷ ζηλοτυπίῃσι, πάνυ ἔχαιρε πάσῃ βασιλείῃ. μὴ ἦ ἰητρὸς ἐὼν, φόνου ὠφελείης ἰητρικῆς. ὁμῶς, ὧδε ἀγνὼς ἐὼν, ἐδέετο. οὐδὲ, μιν αὖτις ἀμείβετο, ἀνόσια ἀνδρὶ δρήσεις, γάμου ἐμοῦ ἀπαιρεόμενος. ἦδὲ ἰητρὸν ἄνδρα βιώμενος. σὺ δ', πῶς ἂν αὐτὸς ἔπρηξας, εἴ τοι τὴν γυναῖκα ἐπῆρτε ἐμεῦ τάδε δεόμενος; ὁ δὲ, ὡς τάδε ἔλεγε, ὡς οὐκ αὐτὸς ἂν κοτε γυναικὸς ἐφείσατο, ἦδὲ παιδὶ σωτηρίης ἐφθόνεε, εἰ καίτοι μητρυιῆς ἐπῆν μέοι. ἀ γὰρ ὁμοίως συμφορὴν ἔμμεναι, γαμέσσειν, ἢ παῖδα ὀλέσαι. ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, τί τοι ἔφη ἐμὲ λίσσεαι; καὶ χάρτοι τὴν γυναῖκα ποιέω. τὰ, δ' ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔλω ψεύδεα. πείθεται μὲ τυτέοισι. καὶ τῷ μὲ παιδὶ, λέγει ἐς γυναῖκα, καὶ βασιλήιον. αὐτὸς δ' ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην ἀπίκετο, καὶ πόλιν ἐπὶ τῇ Εὐφρήτῃ ἐπώνυμον ἑωυτῷ ἐποιήσατο. ἐνθά οἱ ἐς ἡ τελευτὴ ἐγένετο. ὧδε μὲν ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε, καὶ ἰήσατο. ἦδὲ δὴ ὧν ἡ Στρατονίκη, ἔτι τῷ πρώτῳ ἀνδρὶ συνοικέουσα, ὄναρ τοιόνδε

amoris indicia medico præbebant. Atque ipsum hoc pacto sanavit. Advocato adolescentis patre, qui de filio valdè sollicitus erat: hic morbus, inquit, morbus non est, sed scelus. Nam hic quidem dolore vacat: sed ipsum amor, & vecordia tenet: eaque expetit quæ neutiquam consequetur, siquidem amat uxorem meam, quam ipsi non sum concessurus. Itaque is ifiusmodi prudentia mentiebatur: at pater illico supplicavit, per prudentiam, & medicinam tuam, filium mihi ne perdas. Non enim sua sponte hoc malo tenetur: sed hic morbus invito illi accidit. Quare tu ne per zelotypiam toti regno luctum excites: neque medicus cùm sis, arti medicæ sis author cædis. Ita ignarus ille, precabatur. Sed medicus, denuo respondit, nefaria moliris, quum mihi conjugem adimere, & medico vim inferre vis. Tu verò quid faceres, siquis uxoris tuæ desiderio teneretur, quando hæc à me postulas? Tum ille ad hæc respondit, fore ut neque conjugi parceret, neque filio salutem inviderit, etiamsi novercam expeteret. Neque enim parem esse jacturam, uxorem, aut filium amittere. Quibus auditis medicus, quid me rogas? inquit. Etenim tuam uxorem expetit: & quæ tibi dicebam modò, falsa erant omnia. His itaque pater adducitur, ac filio conjugem relinquit, & regnum. Ipse verò in Babylonicam regionem se contulit, urbemque supra Euphratem sibi cognominem condidit, ubi diem obiit. Hoc pacto Medicus amorem cognovit, & curavit. Stratonice verò hæc cum adhuc priori marito cohabitaret, somnium tale vidit. Visa est ei

ἐθηήσατο, ὡς μιν ἡ Ἥρη σὺν ἀλάλκοι, ἐλαῦναί οἱ τὸ σὺν τῇ ἱρῇ πόλῃ νηόν. εἰ δ' ἀπειθέοι, πολλά οἱ, καὶ κακὰ ἀπειλέε. ἠδὲ, τὰ μὲ πρῶτα, ὀδὶ μάλα ἔρηι ἐποιέετο. μετὰ δ', ὡς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ τῷδε ὄψιν ἀπηγήσατο, καὶ τῷδε Ἥρηι ἀλάσκετο, καὶ φάσκειν τὸν νηὸν ὑπεδέξαλο. καὶ αὐτίκα ὑγιὴς ἐγεγόνει, ὁ ἀνὴρ ἐς τὸν ἱρὴν πόλιν ἔπεμπε. σπεύδε δὲ οἱ, καὶ χρήματα, καὶ στρατιὴν πολλήν. τοὺς μὲ, οἰκοδομέειν. τοὺς δ', καὶ ἐς ἀσφάλειαν εἵνεκα. καλέσας δὲ τινα τῶν ἑωυτοῦ φίλων νεηνίην, κάρτα καλὸν, τῷ, ὄνομα ἦν Κομβάβῳ. ἐγώ τοι ἔφη ὦ Κομβάβε, ἐθέλον εἶναι, φιλέω τὰ μάλιστα φίλων ἐμῶν, καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε, καὶ εὐνοίης τῆς ἐς ἡμέας, τῶν δὴ ἐπιδέξαο. νῦν δέ μοι χρεὼ μεγάλης πίστιος. τῷ, σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἐπόρθμιον, ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι, καὶ ἱρὰ τελέσαι, καὶ στρατιῆς ἐπικρατέειν. σοὶ δ' ἀπικομένῳ, ἐξ ἡμέων τιμὴ μεγάλη ἔσται. ὡδὶς δ' τάδε, ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίσσετο, πολλὰ λιταρέων μή μιν ἐκπέμπειν, μὴ δ' πεσσύειν οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτῷ μέζονα χρήματα, καὶ γυναῖκα, καὶ ἔργον ἐργάσαι. τὰ, δ' ὀρρώδεε, μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τὸν Στρατονίκην ἔρριστο, τῷ, μὴν ἀπάξειν ἐμελλε. ὡς δ' ὐδαμᾷ ἐπείθετο, ὀδὲ, ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται, δοῦναί οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων. μετὰ δὲ, λαθιπάλαι μιν πλέσασθαί τι τῶν, μάλιστα ἐδέετο. τυχὼν δὲ ῥηιδίως, ἐς τ' ἑωυτοῦ οἶκον ἀπικνέεται. καὶ πεσὼν χαμάζε, τοιάδε ὠδύρετο. ὦ δείλαιος, τί μοι ταῦτης τ' πίστιος; τί δέ μοι ὁδῷ, τ' πλοῦ ἤδη δέρκομαι; νέος μὲν ἐγὼ, καὶ

navigationem exercui: atque ita exercui ut nihil illa gravius, nihil periclitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri potest, si angebat me utique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas juvenis etiam sustinebam nauticas fatigationes meas: quarum experientia jam edoctus sciebam probè pari malo tuo condolere. *Cha.* Frustra propter me dolebas, Palinure, tam nihil molesta mihi est ars mea. *Pal.* Quid ais? *Cha.* Aio gratum me habere & jucundam artem meam. Vides ut cruda viridisque senectus est mihi? nemini haud unquam ab ipsa, qua jam omnium annos supero, longæva ætate mea pertæsum me esse laboris mei, qui quotidie insto alacrior atque valentior: sed intelligo cur tu aliter tibi persuadeas. Est enim communis hic morbus mortalium, ut sortis suæ quemque distædeat, vivatque contentus nemo studiis suis, laudent verò longè, ac beatiores existiment omnes, qui diversas à se artes atque actiones sequuntur, verùm falluntur maximè opinione sua. Nam si rectè intueri velint, cognoscent perspicuè nullum esse in vita eorum statum qui non magnis scateat miseriis, quem non magnæ graveseque perturbent undique molestiæ & vexationes. Et si detur aliquando ut alter in alterius studia transferatur, quàm videas tunc sua cuique levia videri, quæ priùs præ gravitate accusabat, contraque ea graviora quæ priùs levia videbantur. Itaque si benè consideres, Palinure, non est ita gravis mea conditio, ut censes, neque propterea quòd nauclerus sim, sum eo mirabilior. Sed tu (ut video) sequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, judiciique veri lucem secutus, dego contentus ac lætus sorte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quòd desudem quotidie navigando & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum, qui mecum simul ultimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos judices Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate, non ipsum Ditem: quanquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt nanque & illi sui labores suæque molestiæ, & majores fortè, quo & majore regiminis sarcina premuntur. *Pal.* Potes de te tibi Charon persuadere, ut libet, mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine ulla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat. Quod liquidò tibi probarem, nisi quòd vereor tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. *Cha.* Imò summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & navigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre solent hujusmodi confabulationes. *Pal.* Quando igitur non est tibi injucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, ut intelligamus, non esse duriorem ullam, quàm nautarum sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animadvertas, quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habita-

bitationem eorum instar carceris supellectilem, vel nullam vel so didissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insc mnes, & sub divo semper, & inquietas. taceo perpetuum alioqu quoddam eorum exilium. Quos patriæ eorum exteros profugos, va gos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil est in vit dulcius) conjugis soboliſque fructu ac jucunditate: quis non abjectiſ simos, longeque omnium mortalium miserrimos esse judicabit ? Prætereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta navigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ usque descrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis, quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam navigantem invasit, tam sæva atque horrens, ut horrori sit adhuc mihi ejus recordatio. Non possum certè (ut par est) explicare tibi acerbitatem illius tempestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè conjecturam facere potes, quòd Æneam ducem, cujus summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contremen tem graviter atque ingementem, extentisque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos, quibus ad Trojam oppetere contigisset, lamentantemque pari ab eorum morte ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse, crudelem equidem diem illuxisse omnibus ultimum, neque ex numero nostro quenquam putavi evasurum. Non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandævumve Aletem, quorum naves longè disjectas, ad summumque penè exitium adductas, nescio quæ vis illa, nisi divina liberavit. *Cha.* Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa die rescivi. *Pal.* Quo id modo? *Cha.* Quo id modo rogas? Antacrem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis, isquidem tunc submersus concessit ad me, illico exponens mihi ex ordine omnia, quæ tu disseruisti, implorans deinde opem, rogitansque multum, ut se ulteriore in ripa sisterem, quòd nunquam passus fui, quum inter fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore jactaretur. Nunc agit se se circum hæc stagna mœstus, atque errabundus: vidisti illum? *Pal.* Et tum vidi, & unicum meorum solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, paricum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi ejus interitu retulisti, cujus adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortumque ter eum atque circumactum, horrendum, à fluctu rapidus tandem æquore vorter absorpsit. Sanè quod ad me pertinet, nihil edisseram: qui licèt eam evaserim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excussus & ipse, pariter atque jactatus inter undas (quod deerat) insuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tàm mihi timui, quàm Æneæ, meo, ne tantis undis surgentibus, spe-

ſpoliata magiſtro navis deficeret: hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas, ſic illis vivitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia, & artes, contendeque, ſi libet, majorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, uxorumque ac filiorum ſocietate beati quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, veſtiuntur cultè, convivantur lætè, cubant molliter, jucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi vendicant autoritatem, habenturque ſummo in precio atque honore, qui jus dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtreſque ſunt. Quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. *Cha.* Falleris longè Palinure, nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negaverim ſortem ſubjectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubjectam, ne comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minùs certè miſera judicanda ſit. Quid enim triſtius (ut ad tuos veniam) qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quàm domi ſuæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quàm circundari urbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui domos, tremefieri & concuti? quemque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, ſpoliari templa, dirumpi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conviciis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, ſtuprari gnatas. Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? *Pal.* Quàm vera narras, ô Charon, quàm nunc vel audiens illa perhorreſco. Venit enim mihi in mentem, gravis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Trojæ inquam, tam præpotentis olim atque prædivitis, cujus everſione nihil credo referri poſſe crudelius, aut lachrymabilius, tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longè plura etiam atque triſtiora quàm tu ſuprà memoraveris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, ut rem certiùs agnoſcas, explicabo. *Cha.* Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciarunt, ut quæque adventabant animæ, ex illo bello profectæ. Nihil certè, ut nunc tu dixiſti, pervenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. *Pal.* Faxo ut jubeas, ſed advertas Charon, graviſſima licèt hæc ſint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum, quæ ſuprà expoſui. *Cha.* Referam ergo alia frequentiora, & ex iſis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade oro, & per civitatem, plateas porticuſque diſcurre, quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, inſimulationes

peſtilentiſſimas; optimi cujuſque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modò greſſum, & artificum, mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quàm ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptioneſque manifeſtas. Transfer dehinc te in fora publica, ſedeſque judiciarias: quid aliud audis, quàm undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia, & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum prævaricationes, judicum corruptiones, præſidum ambitiones ac rapinæ? *Quos ibi alios* obviam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altiùs oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quæſtorum improbitatem: *quam non* potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? *Pal.* Gravia hæc nimis ac miſerabilia. *Cha.* At reſtant alia, quæ non minùs tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. *Pal.* Perge. *Cha.* Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis *Pal.* Fare. *Cha.* Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longoſque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæterarumque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtricta habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel fatidia, laſſitudines, vigilias, ſollicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citiùs navigatio noſtra quàm oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent, qui gubernationi præſunt rei familiaris. Cujus ſi ita ut navalis expertus, facilè quicquid dicatur uſus ſum, me etiam tacente, & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugæ, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, ediacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam: nemo eſt qui non videat magnam afferre his, qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios quorum amore mihi dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes, vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes

gemere, suspirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immensaque adeò cura aluerunt, vel parum sibi audientes, vel rebelles ac infestos, postea habere contingat, quæ dolenter eos ferre arbitraris, dum insani & vecordes sunt, dum hebetis & crassi ingenii, dum effœminati & molles, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nullo bono operi & studio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt suam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus insolentes, forma suspectas, deformitas reddit invisas? Quarum lingua nihil pernicioſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis semper & contentionibus obtundunt viros, quæ semper conqueruntur, semper exprobrant, semper insidiantur. Quibus quum desint cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus, & suspiria: quæ cæca sua, qua tantum ardent ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæstus, in dira scelera. Non refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam, ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo satis unquam, meo judicio, enarrare posset, sed magnum doloris argumentum præstant, & gravissimas cædes, & ingentia, quæ sæpè propter corruptas uxores, bella exarserunt. *Pal.* Hoc plus, quàm vellem, scio: nam arduum illud, quod ego vidi, Græcorum & Trojanorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excrevit rabiem, quam nulla mundi regio ignoravit. *Cha.* Quæ toti mundo manifesta sunt, ea tantùm nosti Palinure, at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, ut stupescens, etiam præ miseratione conjugalem vitam lachrymares. *Pal.* Hui quid narras? *Cha.* Narro quæ quotidie video, & pertracto. *Pal.* Ergo conjugia putas polluta & coinquinata? *Cha.* Minimè, id nunquam dixerim. *Pal.* Atqui multas memini me vidisse ea præditas honestate, ea religione ac vitæ integritate, ut divinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. *Cha.* Et multas utique ejuscemodi esse confiteor, sed eas quidem, quæ optimis honestissimisque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis sobrios & castos mores: quæ sanctis parentum suorum exemplis educatæ vitam instituerunt, peccare castigatæ, sapienter ad mansuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compositumque regimen rei familiaris. Quæ se à thiasis, saltibus, jocis: quæ se à spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra sanctitatem, quæ malis institutis, perversisque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, assuefactæ deliciis, atque turpi otio, quæ nihil nisi saltare, canere, fidem pulsare didicerunt, quæ præterea oculis suis auxerunt matrum præsertim obscœnitates & immunditias. Hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla, inde rarior etiam, quàm reris, est hy-

hymenalis honestas: quò qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto invitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Volque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quam quod res habet de eis judico, nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera, exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum maleque actum est, hîc *fronte coram* ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita ut prædixi, transveho umbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur. Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hyphocrisim, quot aliorum obscenos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes. At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas uxores. Laudant inter cœtus & prædicant, quasi pudicitiæ principes. Statuunt mausolea, plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi, & pronunciari curant in laudem ac memoriam castitatis fidei que earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes, Pali nure? Et ad comparationem ullam habere putas, cum his nautarum — quæ ea severitate & acrimonia recensuisti, ut cætera læta, fausta — deliciarumque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent. *Pal.* Hæ ud *equidem* tanta in civitatibus privatisque domibus, quanta modò enumerasti mala regnare credidissem. *Cha.* Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum usum atque experientiam habent. *Pal.* Ita fit. *Cha.* Quid si animadvertas labores quos præferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam hujusmodi res duræ assiduo quodam usu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur, quas verò ego memoravi, cùm animum magis affligunt, non ita usus & assuefactio mitigare atque edomare potest. *Pal.* Consentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illustrante pervenisse, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam, quàm nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam, nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. *Cha.* Cur? *Pal.* Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. *Cha.* Quibus? *Pal.* Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. *Cha.* Hisce? *Pal.* Hisce & multò pluribus. *Cha.* Erras. *Pal.* Errorem hunc optassem in vita mihi. *Cha.* Deliras. *Pal.* Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia semper.

pere. *Cha.* Quid, si nihil illis miserius? *Pal.* Quid, si nihil beatius? *Cha.* Haud unquam hoc mihi demonstrabis. *Pal.* Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arva, equi, canes: quibus tot sunt servi, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, adsurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? *Cha.* Non est tam magna, ut existimas Palinure, eorum beatitudo. Non parit certè fastidium tanta bonorum continuatio, tantaque affluentia: neque sapit tantũ, quæ non *aliquando* intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu beatos judicare potes, qui tantis opibus atque deliciis suis nunquã fruuntur cum jucunditate, nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, sollicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multò optabilior videtur privatorum conditio, quorum & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendes, majores sunt? Quos summa semper condit hilaritas, mulcet festivitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem communis, quæ cum uxoribus & filiis vita exigitur. Dum cubant tutè, vescuntur lætè, jocantur modeste? Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & æqualium parem vitam, domesticum usum, frequentem conventum? Quid eorum amore suavius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum convivia, ludi, cantus, solationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis, cujus nec *stillam* principum aliquis degustavit? *Pal.* Haud intelligo Charon, hanc quam refers, regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantùm, blanditias, jocosque versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. *Cha.* Etiam ut video judicas Palinure, quæ oculis tantum patent, quo errore decepti mortales, plurimùm seduci solent: sed quod certum afferre possunt judicium, exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quàm Proteus species mentiri, atque in plures mutare queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si pervidere ita ut frontem, posses, proh dolor quantam ibi malorum turbam: quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? quot angores, sollicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes?

quanta aperirentur ulcera, quot plagæ & cædes, quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera, quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque lætos esse permittant. *Pal.* Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala, sed cur illis contingant tanta, non capio. *Cha.* Contingunt tanta propter graves inimicitias acerbaque odia, quæ continuè cum finitimis civitatibus, cum subditis sibi populis, cum sibimetipsis etiam gerunt: quo fit ut ingravescentibus odiis, increscentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, suspicari omnia possunt, extimere muscas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, tristitia & mœrore detineri semper. *Pal.* Adducis me facilè, ut credam, suspectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua, quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur. Cum suis verò quibus imperant populis, nihil accipere possum, nisi amatorem & dulcissimam pacem? Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ: si oriantur bella, ac demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captivantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se lætitia, atque erga principes fides & amor crescit. *Cha.* At tantùm narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentibus accidunt adversa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis dejici, sed majora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustinent, comperies longè majore damno quàm lucro partas eorum victorias constare, discussâque ratione decessisse plus illis quàm accessisse. His adjicias ut populorum etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella, & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum præparatione, quæ quum magno & inæstimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent reditus, necesse est novis vectigalibus vexare populos, novas inducere præstationes, novas angarias, augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradi marsupia, imò viscera pauperum, parvos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum invisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectari omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari & ad veniam moveri posse putet: proinde magis insurgitur, graviores itur in injurias, hunc proscribunt, illum carcere inclu-

dunt,

dunt, quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut strangulari jubent, voluntate pro ratione utuntur: eorum quoque quos tantis læserunt malis cognatos, affines, amicos, socios, servos, quasi fidei suæ diffidentes persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acuuntque ipsi non minùs odia. Nam non minùs rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova concilia molitur. Mox eò deveniunt, ut hæc intelligentes videant, quantæ ruinæ quantoque præcipitio subjaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expavere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia, quæ prima est pœnarum omnium, timere hostium insidias, civium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quòd vi ac ferro teneantur. Propterea non credunt se tutò cuiquam, non ministris, non necessariis, non germanis, quorum majorum etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant, arcent se ab aspectu & præsentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres, custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis ut obsidere eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum: dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit solitudo, timent colloquia, timent salutationes, timent dona, suspecti illis aditus, suspectæ sellæ suspecti cibus & potus: qui nec etiam nisi prægustati sumuntur, suspecti pellicum & item uxorum thori. Quibus mirum est, cur sine cujusquam prægustatione congrediantur: ipsos verò, quorum se custodiæ commiserunt non minùs extimescunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos præsidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectissimos quosque sibi deligunt, eosque frequentiùs comitantur, dejiciunt sæpius ac exterminant, quò saluti suæ (& si non alia, at saltem hac via) consulere possint. Quid fœdius & ignavius dici queat, quàm hominibus immanibus, flagitiosis se committere: suos verò, prudentes, sobrios, justos spernere atque devitare. Quanta ista tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens semper angore afficit metus, quo non modò animi graviter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur. Quantæ istæ eorum deliciæ, quanta gaudia: qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis, aut hostibus concesserunt, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni. Quænam ubertas ista bonorum, quæ distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent unquam. Quanta ista imperii bona? quæ quum ipsi videre & attrectare non possunt, committant necesse est aliorum curæ & gubernationi, ignari rerum suarum, nescii omnium fermè, quæ sub

se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt, quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos pœnis afficiunt? Quodque gravius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque lædunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant. Quid mirum, si exardescunt postea populorum odia, si labefactatur postea eorum status atque desolatur? quanta ista, quamque optanda imperia, cum quibus & servitutem pessimam degant, subjecti tantis perturbationibus, tantis insidiis, subjecti ipsis etiam, quos sibi subjecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicujus criminis rei: coarctati instar ferarum, excluſi ab omni, quæ foris capitur recreatione, privati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cujus privatione, quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? *Pal.* Non credis Charon bonos aliquos mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos esse? *Cha.* Imò multos credo, sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, ut quos semel invaserit, sint summa quanvis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illicienſque depravet, ut vita potiùs quàm imperio, quod jam occupaverunt, carere possint, vel ad conservandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus dentibusque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui conservationis, amplificationisque suæ gratia multis non magnas inferre injurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimas ut pati anxietates contingat. *Pal.* Miror cur tantis in malis, quæ planè ita, ut narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ. Quid nimirum tam præstans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò expositisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facilè intelligi potest, quantum & his quòque mortalium mentes capiantur. *Cha.* Quæ tantum capere potest, Tyrannos ullius honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò invisos omnibus esse sciunt. A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incurvetur, intelligunt palàm vel assentationis, vel timoris causſa id fieri. Quare non est ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ exterſio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est, qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur, propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem, quo & divina numina capiantur. *Pal.* Nullam ergo video causſam, cur tantopere imperia desi-

de-

derentur, desideratque conserventur: nisi quòd habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, acquirere possit, nullo parcit labori, quantumvis magno & intolerabili. Neque ullus tam amarus labor, quin propter quæstum & majorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes & beatiores videntur, licet cætera eis tristia sint atque peracerba. *Cha.* Neque istud quidem affert ullam beatitudinem, nam in primis non efficit divitem major abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus est, id tantùm cupit, quod necessitati vitæ sufficiat: Is abundè est locuples, propter honestum: quod facilius implere potest desiderium, quod quum & impleverit, liberatus est ab omni, qua alii rapiuntur, habendi anxietate. Qui verò, quantum libet, dives plura concupiscit, pluribus indiget, quia perseverante acquirendi insatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas, neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est judicandus quisque, vel locuples multitudine, vel pauper paucitate divitiarum: sed vel rerum magis implemento vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi dives, qui minùs habet, quàm necesse esset: quare quum necessitatem sæpius magnam patiantur, qui tantam imperii molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt privatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltem suis vel pares, vel superiores. Taceamus graves, quas quotidie expiationes vel rapinas perferunt à quæstoribus suis, & ab his maximè, quorum fidei magis credunt: qui, quo majora etiam nacti sunt imperia, eo majora utique furta, majoremque proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, à quibus privatos saltem homines liberos esse constat. Qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores, quos in administrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem pervidendam atque distribuendam, plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta, cùm hostium tum populorum suorum, quæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cujus est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parum audeat polliceri? Cujus est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseverans? quin tam multis tamque continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc ultima loca colimus, loquamur. Verùm putas, Palinure, beatiorem esse vel me, qui pauperrimus

rimus ſum omnium, qui nihil præter hanc, quam cernis, puſillam lintrem poſſideo: vel Plutonem tam lati, tamque immenſi regni tyrannum: intelligo, etſi taceas, quale de hoc ſis judicium prolaturus, crede mihi, minimè meum cùm ſuo ſtatu commutarem. *Pal.* Quare? *Cha.* Quia lætus ago, & ſumma cum quiete. Non ullius rei ullam gero, niſi transſvehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſervandi incolumem hunc faſelum meum, ſolicitudinem. In qua dicam tibi quicquid eſt, quod me gravet. Quum enim propter vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet, ut reſtituatur integritati ſuæ. Quare eum conſuo ſæpius, & obſtruo, ſi quid rimarum eſt: hæc omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto, cum tantis divitiis ſuis, ac regno tanto nunquam lætatur, nunquam quieſcit, tot curis carpitur, quot replætur hic umbris locus, implicatum ſemper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris, huic mandat, illum terret, alios acciri jubet, metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret averna atque labefactet: quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, injectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circuire terras, perveſtigare quodcunque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, at maximè ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre cœlo, injecêre ſuperi ejus corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & gravatus, conatur ſæpe ſe attollere, impoſitaque ſibi rejicere. Proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut hæc loca noſtra concutiat graviter, & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda ſit ſors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus, quem tot oporteat præcavere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſe gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende rogo, & vel ex hoc uno collige ejus felicitatem. Nam ſi me deficere contingeret, huic naviculario miniſterio, quod ita neceſſarium eſt, ut vides, neceſſe eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo malè ſuccederet. *Pal.* Hoc profectò non modò verum eſſe video, ſed manibus etiam ipſis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte, quâ aliàs ſomno gravatus è puppi in mare excuſſus fui, id continuo ſenſit Æneas meus, qui errantem ſine magiſtro navem intelligens, gubernavit eam tota ipſa nocte, non indignatus, quòd quæ ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarent. *Cha.* De magno ejus germano nihil loquor: non me latet, quantos & ille labores ac curas ſuſtinet: ſed id præcipuè ſcio, quum

quum temeritate Phaëtontis totus penè orbis conflagraſſet: quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari poſſent, ſed præſertim quæ ſub illa quoque Phaëtontea conflagratione ad ſummum penè uſque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. *Pal.* De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium: vidi equidem tempore illius, quem ſuprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis commotum graviter Neptunum, & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyus omnia atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum præſtat mihi evidens, plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quòd omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. *Cha.* Dic oro Palinure, putas-ne jam beatam eſſe tyrannorum vitam? *Pal.* Minimè. *Cha.* Optares-ne vivens eorum ſortem? *Pal.* Vtquid optarem, in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſtè intelligo? *Cha.* Ergo certo eos arbitraris miſeros? *Pal.* Non miſeros modò, ſed omnium etiam miſerrimos. *Cha.* Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. *Pal.* Quid mirum, ſi cæcus laudet tenebras, quas poſtea luci reſtitutus damnet? *Cha.* Vis ut & alia eorum mala tibi referam? *Pal.* Reſtant item alia? *Cha.* Et alia & graviora. *Pal.* Quid audio graviora? haud unquam iſtud credam, poſſe his, quæ modò dixiſti, gravius aliquid addi. *Cha.* Credes, quum audieris. *Pal.* Dic ergo. *Cha.* Vides ut appropinquamus jam ripæ, non poſſum longiora tecum jam facere verba. *Pal.* Rogo te mi Charon, ne fallas avidiſſimam expectationem meam. *Cha.* An cæterarum umbrarum quas in littore reliqui avidiſſimam etiam expectationem vis ut fallam? *Pal.* Non diu morabeˢris, perge ô mi Charon. *Cha.* Imò diutius, quàm ſoleo, demoratus ſum: ſed lentus etiam navigavi propter te, cujus fabulatione delectabar. *Pal.* Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua ſunt dicenda, proſequi poſſis. *Cha.* Ea tandem tanta eſt tibi audiendi cupiditas? *Pal.* Tanta. *Cha.* Morem tibi geram: qua in re illud te ſcire velim, quod plurimum miſeram reddit mortalium vitam, inſtabilitas ſcilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quiſque ſibi polliceri queat. Quomodo is beatus cenſebitur, cujus ſummam quantumvis & plenam beatitudinem minima omnis diſturbatio violare & auferre poteſt? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia ſint: nulla tamen infirmior ſors eſt, atque mutabilior quàm tyrannorum, quorum etiam quum major ſit exaltatio, & ſublimata magis ſtatus altitudo, magis eſt proinde (quum mutari eos contingit) caſus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, everſiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaſerit, qui non vel regno depulſus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & peſſima morte cæſus

vel

vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optabit qui pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam *tristi* postea, tamque amaro fine consumatur? Horret animus dicere, nam ne credas iis tantùm mortales subjectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita sit civitas tam firma & præpotens, atque omnibus undique præsidiis circunsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetravit, perfregit fores, invasit regem, exterruit reginam, quam & antè socii ejus rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctumque eum catena, tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipsos judices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumque graviter in mediam paludem exturbavit: timui equidem tunc desolatum ira baratrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem advenisse regni sui: neque minùs illum cum conjuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humaniùs cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est, neque tamen ita consultum est, quin tricipiti custode suo, qui tam perneccessarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionē meam, quæ communis erat, fata coæquassent: tunc cernere fuisset, utrum beatior vel meus vel Plutonis, tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuissem hac navicula: hoc enim habeo tantùm, quod adimi mihi possit, privatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, proculdubio invenissem, qui ministerio meo indigentes, servitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri fecissem, quòd pro vetusta & attrita, qualem hanc intueris, novam mihi & magis solidam lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset? quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego, vel meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego, vel meliorem dominum invenisset. Excedo jam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantoque timore percussus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector. Cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ supra dixi, malorum confirmationem. *Pal.* Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui majora quàm ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano rege majus, quid opibus suis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius, & quid demum exitu tantorum bonorum tristius, quid crudelius, quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum suorum. Vidit eversam funditus & incensam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivatas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipse quoque, quod ultimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus, & crudelissima morte consumptus est. *Cha.* Quis meliùs me

hæc

hæc novit, qui cunctos hac scapha transvexi. A quibus & omnem calamitatem suam certatim perdidici. Notus est abundè mihi Priamus, cujus cognito acerbo casu, non potui non dolere. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles, qui illo bello perierunt, Trojani pariter & Graii duces. Nota est infinita, quæ tunc occidit, populorum manus. Nullo meminì tempore longiorem interfectorum multitudinem huc descendisse, quàm illo, quo ita lassatus fui, ut præ multitudine omnibus transvehendis minimè hæc cymba sufficeret planè. Quid opus est tibi monitore, ad aperiendas eorum miserias, quas tu subjectas oculis tuis habuisti? Quòd si pro angustia temporis liceret (jam enim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus crescret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum, quod certo scio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidisse unquam tyrannorum huc descendentium (descendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem, vel magnas ulcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicujus mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. *Pal.* Quis nunc se tantis in malis tyrannum unquam esse optabit? quis imperia assequi quæret, quæ jam certiùs certo cognosco, magis fugienda etiam, quàm Medusæum caput. *Cha.* Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hìc apud inferos graviora etiam illis parantur, perhorresceres & longè magis eorum sortem. *Pal.* Ergo & alia hìc tyrannis parantur. *Cha.* Credis Palinure, scelera quæ patrant mortales hìc aliquando impunita esse? *Pal.* Hoc modò animadvertebam. *Cha.* Animadvertendum est igitur tibi quodcunque in vita peccatur, pari demum post mortem & respondente peccatis pœna puniri. Nam ut capias quod dico: si tu Palinure, artem tuam navicularìam vivens malè exercueris: si in dominum tuum mali quicquam vel cogitaveris vel commiseris: si inaudiens dicto suo extiteris, invenies hìc tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas. *Pal.* Nihil profectò Charon, scio, quod malè egerim vel in dominum meum peccaverim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè, quàm debeam, me gessi. Nam magno in periculo navim simul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior meliùs sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. *Cha.* Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è navi te dimisero, ad severos judices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, scrutabunturque crimina tua. Videor verò videre, quali te judicabunt pœnæ subjiciendum. *Pal.* Quali? *Cha.* Parem peccato tuo tibi pœnam statuent. Nam quum somno peccaveris, æterno etiam te somno damnabunt. *Pal.* Dormiam ergo in æternum? *Cha.* Ità puto: nisi gravius sit aliud peccatum tibi.

Pal.

Pal. Sic mites habeam judices, ut non sit gravius aliud mihi. *Cha.* Nullam ergo nisi somni pœnam patieris. *Pal.* Non hæc gravis pœna mihi videtur. *Cha.* Neque asinis etiam & bobus, at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris gravissima existimatur. *Pal.* Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? *Cha.* Audis tot clamantes & lamentantes voces, tot horrificos planctus, tantum stridorem ferri, tot tractus catenarum? *Pal.* Delectabat me adeò sermocinatio tua, ut his minimè animum intenderem: sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ sustinere non possunt? *Cha.* Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quenquam incluserint, spoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis judicibus, ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, cæsi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. *Pal.* Dic etiam mihi Charon, an his pœnis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt? *Cha.* Prorsus iisdem. Nam suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua. *Pal.* An & in vita illi beati? *Cha.* Non secus ac tyranni, quibus assistunt, nam iisdem quoque malis subjecti sunt, eadem enim sunt in eos populorum odia, majora etiam inter se, eædem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, dejiciuntur sæpe à tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. *Pal.* Tanta est ergo, tamque generalis omnium calamitas. Vllam verò prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? *Cha.* Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. *Pal.* Quos perraros? *Cha.* Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona. Quin se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conservantes, extulerunt animum altiùs ad gustandam divinam excellentiam, humana quasi sordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis, tamque jucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est ejus possessio, ut summa quadam uberitate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter Dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum prædulcia sibi bona stabilia perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora filo, inaniora filla, jejuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abjicit, conculcat. Contentusque seipso, ac honestissimis suavissimisque studiis suis totum nihil mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & jucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamque stultas, & ultrò sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes cu-

curas: nemini nocet, nemini moleſtus eſt. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, benevolentia complectuntur, favore proſequuntur: quàm verè hic beatus eſt, qui conſcientiæ ſuæ innocentia & integritate fruitur? Quod primum eſt & dulcius omnibus, bonus ſecuruſque ſui, nullo timore angitur, nulla anguſtia torquetur, non timet largas (quibus caret, quaſque nihili facit) divitias ſibi à potentioribus eripi. Non timet à quocunque ſe lædi, qui nec quenquam ſe læſiſſe certò intelligat: quàm verè hic felix eſt, qui tot tantiſque ſe motus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, ſibi ſemper aliiſque jucundus, lætetur ſemper, & omnibus quotquot ſunt mundi honeſtis, & his etiam, quæ cœlibum communes ſunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus ſanctioribuſque deditus ſtudiis, contemnat omnia, contemnenſque omnia poſſideat. Nam is poſſidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, ſed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiſcit. Concupiſcens autem nihil, contemnit omnia, contemnenſque ita id aſſequitur, quod deſiderat. Deſiderio verò ſuo frui, ea demum vera & ſola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo eſt. *Pal.* Hi ergo quum nihil mali egerint, pœnarum & nihil patiuntur. *Cha.* Nihil prorſus: imò propter tranſactam bene vitam, meritum magnum aſſequuntur. *Pal.* Quod? *Cha.* Vel cœli fiunt incolæ, communicantque æternùm illis cœleſtibus bonis. Vel ſi huc deſcendunt, mittuntur in Elyſium: qui locus eſt quietis ac delitiarum, ubi ſedes fortunatæ, campi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. *Pal.* O ſi mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm magna poſſem voce, admonerem pro ſuo quemque officio & dignitate, accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones perverſaque judicia, ſed quàm maximè increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno, vel imperio cæteros antecedunt, oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam? ſed te docente nunc intelligo, mala eorum graviſſima, dictu horribilia: revocarem omnes à vitiis, ab inferendis injuriis: ad meliorem victum, à ſuperflua agendarum rerum cura: incenderem deſiderio virtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, graviter, caſtigateque vivendum, ad ſe cognoſcendum, ad contemnendum tot caduca, & ſomni cujuſdam vel umbræ magis ſimilia mundi bona, invitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemplationem divinæ bonitatis. *Cha.* Et rectè ſanè: ſed vides & ripam attigiſſe, egredere jam. *Pal.* Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo, placidam opto tibi ſemper navigationem: ſalve ô Charon, & vale. *Cha.* Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper judices: ſalve ô Palinure, & vale.

VIR-

VIRTVS DEA.

Interlocutores, VIRTVS. MERCVRIVS.

Mercurius.

VIrtus Dea per epistolas oravit modò, ut ad se irem. Eo ut perconter quidnam me velit, illico ad Iovem redibo. *Vir.* Salve Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus despecta ab omni cœtu Deorum sim. *Mer.* Expecto quid narres: tu modò perbreves narrationes facito: nam edixit ut confestim ad se redirem Iupiter. *Vir.* Etiam-ne tecum nobis non licebit nostras ærumnas exponere? Quos igitur habebo ultores injuriarum, si non modò apud ipsum maximum Iovem, verùm & apud te quem semper in fratris locum habui, colui, observavi, condolendi facultas negatur? O me miseram, ad quos confugiam? Vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita despiciar, malo esse truncum aliquem, quàm deam. *Mer.* Tandem effare, dum præbeo operam. *Vir.* Viden, quàm sim nuda & fœda? Hoc ita ut sim, efficit fortunæ dea impietas atque injuria. Aderam sanè ornata apud Elysios campos inter veteres illos amicos: Platonem scilicet, Socratem, Demosthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & ejusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piissimè atque religiosissimè coluêre. Interea loci cùm jam non pauci salutatum ad nos advolassent, è vestigio fortuna dea insolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba consepta atque stipata, properans ad nos, jactabunda. En, inquit, plebeja, tu ne majoribus diis adventantibus non ultrò cedis? dolui injuriam nobis immeritis eo pacto fieri. Ac nonnihil ira concitata, inquam, neque tu maxima Dea his verbis me plebeiam efficies, neque si majoribus cedendum est, tibi turpiter cedendum censeo. Illa verò illico in convitium sese effert adversum me. Prætereo hìc quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philosophus cœpit contra nonnulla de deorum officiis disputare: Illa excandescens, apagite hinc verbosi, inquit, Non enim decet servos deorum causam suscipere; cœperat & Cicero orator plura velle suadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri. Antonius præpotens latera illa sua digladiatoria ostendens, gravissimumque pugnum in os Ciceronis injecit: hinc cæteri mei amici repulsi metu, fuga sibi propere consuluere, neque enim Polycletes poplites periculo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes horoscopo, aut cæteri inermes adversus audacissimos armatos eosque prædis atque homicidiis suetos bello ad sese tuendos valebant, ergo me infelicissimam ab ipsis diis omnibus qui tum aderant atque hominibus de-

desertam, pugnis ac calcibus totam confregêre, vestes meas diripuere, in lutum prostratam reliquere, demum abire ovantes. Ego verò ita confecta, cum primùm licuit conscendi huc, ut I. O. M. his de rebus facerem certiorem, jam quidem mihi ut intromittat expectanti mensis elapsus est, dumque id ut impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, novas semper aliquas excusationes audio. Aut enim deos ajunt vacare, ut in tempore cucurbitæ floreſcant. Aut curare ut papilionibus alæ perpulchræ pictæ adsint. Quid? igitur-ne verò aliquid semper habebunt negocii, quo nos exclusas teneant ac flocci pendant? Tum etiam & villicus suscepit curam dudum, ne cucurbitæ siti pereant. Nos tamen neque diis neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atque iterum precor, obtestorque Mercuri, qui semper apud deos ipsos interpres extitisti, & ut causam hanc meam justissimam atque piissimam suscipias. Ad te confugio, te supplex oro, in te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quæso, operam, ne dum à vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, ubi homunculi me tametsi infirmam deam flocci pendant. *Mer.* Audivi: doleo verùm pro vetere nostra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem causam te adversus fortunam suscepisse. Nam & Iupiter ipse, ut cæteros omittam Deos, cum & ob accepta beneficia nimium fortunæ debere sentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad cœlum diis ascensum præstitit: atque ubi velit, valens sua armatorum manu ejiciet. Qua de re, si sapis, inter plebeios deos ignota, quoad fortunæ odium extinctum sit, latebis. *Vir.* Æternùm latitandum est, ego & nuda & despecta abeo.

IOANNIS GEORGII GRAEVII
Notae ad tom. II. LVCIANI.

AD EIKONES.

Pag. 9. Ἀρετῇ (sc. κεκοσμημένῃ) καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις ταῦτα ὅροις ἴσιν. Vertunt: *Virtute* (sit ornata) *temperantia, aequitate, humanitate, atque aliis, quaecunque his terminis comprehenduntur*, quam male, imo quam ridicule hunc locum verterint, quis tam tyro est, qui non videat! Quid enim ultima verba hic denotant, *quaecunque his terminis comprehenduntur*? aut, si possent hic aliquid significare, quomodo ex Graecis ista colligas aut exprimas? In editione Florentina: καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα τούτοις ὅροις ἐστίν. Verissime. & *aliis ornamentis, quae sunt in tali* sc. foemina *perfectissima*. quae possunt in foemina omnibus numeris absoluta esse perfectissima & absolutissima. Dudum observavit magnus Casaubonus ad Athenaeum ὅρος & πέρας alicujus rei dici quod volumus intelligi summum esse. Sic πέρας φιλίας, ὅρος πενίας esse *summam amicitiam, summam paupertatem*. His potes hoc exemplum adscribere, quod non ceperunt interpretes. Mallem tamen legere ὁπόσα τούτων ὅρῳ ἐστίν. & *quae alia sunt talium ornamentorum perfectissima*. Et sic Lucianum scripsisse persuasum habeo.

In eadem pagina, Καὶ τὸ γλυκὺ μέλι ὃ ἀπὸ τῆς γλώσσης ᾧδεί αὐτῆς μᾶλλον, ἢ ἐκ τῆς πυλίδος μόγις ὃ ἐκείνα ὁ Ὅμηρος ἀνέῤῥηκεν. Sic Mss. Vulgo καὶ τὸ, γλυκὺ μέλι, quod tamen non damno. Statim idem codex, καὶ πάσας ἐναδύεται εἰς τὸν ἀκοὴν, & sic legisse videtur interpres, qui bene vertit, *inque aurem blande se insinuans*. est enim ἐναδύεσθαι *blande & latenter subire, se insinuare*. pro quo mox ἀναδύεται p. 10. καὶ ἡ κηρὸς ἐπιφράξει τὰ ὦτα, καὶ ἀφ' ἧς κηρὸς ἀναδύσεται σοι τὸ μέλος. *Quin etiam auribus cera obturatis, per ceram etiam cantus penetrabit.* ἐναδύομαι, quod in editis extat hic est ἀπροσδόκητον.

Pag. 11. Obscura & insulsa est versio horum verborum; ἦτον δὲ τοῦτο, ἢ χαριεντίσασθαι, καὶ ἓν τοσοῦτον, ἢ πολυειδὲς πᾶν πολλῶν ἀπεργάσασθαι αὐτὸ αὑτῷ ἀνομοιόμορφον, *Hoc enim perexile esset, & more graphico absolutum, tot formas, & multiforme quiddam, sibi ipsi adversans, ex multis perficere*. Haec Latina quis sanus intelligat? Quid est *more graphico*. verte totum locum: *Hoc enim perxile esset, & more pictorum factum*; (scilicet unam rem pulchram ex variis rebus compositam, uti in καλλιφωνίᾳ erat factum, nec aliter possunt pictores pulchritudinem ostendere) *Tanta pulchra, & multiforme quiddam, quod secum ipse certat* (utrum scilicet alte-

ro

ro pulchrius sit) *ex multis perficere* scilicet decrevi. Totus locus sic est interpungendus: Σκόπει δὲι δὴ κἀμὲ τὸις ἄλλοις. ὁ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ὀκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδέιξαι διέγνωκα, ἦτοι γὰρ τοῦτο, κἀγὼ γραφικῶς συντελεσθεὶν, κἀκεῖνα τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ὀκ πολλῶν ἀπαπλεῖν αὐτὸ αὖτῳ ἀνταμιλλόμενον. ista verba quasi in parenthesi posita sunt, ἦτοι γὰρ τοῦτο καὶ γραφικῶς συντελεσθεὶν. Γράφειν est, pingere, γραφεῖς pictores, γραφικῶς more pictorum. quoties in hoc ipso dialogo leguntur. Sic & Latinis scribere est *pingere*. Plin. in ep. *imagines exscribendas pingendasque*. Martialis: *scriptum testudine sigma*. hoc est pictum, sed ἀνταμιλλᾶσθαι, est certare cum adversario, & si de pluribus, dicitur inter se certare. ἀνταμιλλᾶται est aemulus, qui cum aliquo certat. Mſ. hic non audio, qui pro ἀνταμιλλώμενον scribit ἀνταμιμώμενον.

Pag. 12. Ὀλυμπιᾶ est Pericles. Diodorus Siculus. lib. 12. Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε λαβὼν τὴν δεινότητα καὶ λόγε. διὸ καὶ αἰτίαν ἀνομάσθη Ὀλύμπιος. Plin. xxxv, 8. *Olympiumque ab eo pictum*, sic pulcherrime hunc locum ex Mſſ. emendavit sagacissimus Fridericus Gronovius, cum in iis legeretur *Olympium Iovem*, in editis ineptius *Clypeumque Athenis*. Sic & Val. Max. v. 10. *Non sine causſa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit*, ut erudite hunc locum restituit Christophorus Colerus, ejecto vocabulo *Iovis*. Non longe post Mſ. Ἀτθικωτέρως legitur in Mſ. ὁ γὰρ ἴσον ὁ ἐγγὺς ἀθηναίων ἢ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παρὸσα τῶν Ρωμαίων δύναμις. *Neque enim aequales sunt, nec quidem proximo intervallo distant* (sed longe scilicet) *Athenienſium respublica, & ista praesens Romanorum potentia*. Edit. ὁ γὰρ ἴσος, non male. sed illud magis redolet Athenas. ἴσον nimirum χεῖρον. ὁ δὲ ἐγγὺς est idiotismus Graecus, *ne prope quidem ad illum accedit, longis parasangis ab illa distat*. Vtitur & in sequente dialogo: μὴ γὰρ εἶναι τηλικοῦτον ἄξιον, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλο τινα γυναῖκα γε ὄσαν. *Non enim talibus se dignam esse, ne quidem propius ab illis abesse, neque ullam aliam foeminam*. Sic enim Latinis usurpatur *propius abesse*. Cic. in Catone: *quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius absum*.

Pag. 25. Ἀλλ' ὡς πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τι ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινόμενον. *Si quod laudatur ad excellentius, quoad fieri poterit extulerit*. Nec Graeca nec Latina verba reprehendo. Efficacius tamen vetus codex πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τι προβιβάζῃ. ut apud Latinos *provehens*.

Pag. 27. Miratur Marcilius quos Lucianus sit secutus auctores, cum scribit in dialogo pro imaginibus, Croesi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum scribat Herodotus illum fuisse mutum; non surdum. sed ego miror Marcilium hic haerere. Quis ignorat mutos esse quoque surdos: Imo surditatem esse causſam mutae linguae. Qui surdus natus est, loqui non potest. Vnde enim sonos vocum litterarumque percipiat. Fuerunt tamen nostro seculo cum in

Germania, tum in Anglia, qui surdos docuerunt motu oris litteras nosse & pronunciare. de quo extat elegans dissertatio Georgi Morhofii, viri eruditissimi, & nostri studiosissimi. Quin & surdi fuerunt his interris, non nati, sed morbo casuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a se remotos, & mussitantes intelligere, ac si articulatim singulas voces auribus percepissent. Hi videbant sonum, non audiebant.

Pag. 38. In Toxaride: Ἀ χίλλεως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὸν Θήσεως καὶ Πειρίθου, καὶ τὸν ἄλλον ἑπτερέα. In his verbis καὶ τὸν ἄλλον non agnoscit Ms. sunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac si legisset τῶν ἄλλων, quia in τὸν ἄλλον nulla sententia suberat.

Pag. 39. Turbatus est ordo colloquentium, qui sic constituendus est. Μνη. Οὐ λέγεις. καὶ ἀφίσωσιν ὑπόσυ ἐκαναί. πίνε ἔμοιγε δεξιῆ ἐκαπέρα. Το. καμοὶ δοκεῖ. ὥσπερ δὲ λέγε. &c. dein post οὐχ ὅπου ἀπιστεῖν. Μνη. ὁμόμοιθε, εἴ τι καὶ ὄρκος δεῖν νομίζεις; τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ φιλίω; ut haec ultima omnia Mnesippo tribuantur. Nam cum Mnesippus prior narrare incipiat, non possunt illa verba ὥσπερ λέγε Mnesippo convenire.

Pag. 43. Ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν χαυχρύσων, ἐλήφθ. *Alium quendam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est.* χαύχρυσος est ad auri colorem accedens, subaureus, ut sic dicam. ut paullo inferius χαύχρως subpallidus, non convenit pecunioso juveni hoc verbum. Videtur litteris transpositis scripsisse Lucianus τῶν πολυχρύσων.

Pag. 48. Leve mendum in omnibus editionibus conspicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἐγὼ δὲ Δάμιδα πόλυ μᾶλλον ἐθαύμασα ἢ Δάρυας. scribendum Σώδαμίδαν. Est enim ab Σώδαμίδας. In eadem pagina paullo ante fine sensu legitur, οἱ κληρονόμοι δὲ οἷς ταῦτα κατελίλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον Σώδις Ἀφαιτοῦντες τὰ ὑπὸ τῶν Ἀφθονέων. Vertunt: *At haeredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num Ἀφαιτᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀπαιτοῦντες τὰ ὑπὸ τῶν Ἀφθονέων, *petentes quae in testamento illis erant legata.* Nam Ἀφαιτέω non memini apud quenquam inveniri. sed ἀπαιτέω Luciano est familiare.

Pag. 49. De Menecratis filia deformi, λῶ δὲ μὴ πάσης τῆς οὐσίας ἢ πατρὸς, ἵνα μὴ τῆς κακοδαίμονος ἐπέκτησθε, ἀφίωσιν ἂν τις τῶν γε ὑπαρχόντων κ πένητα ῥᾳδίως εὐδαίμονα εἶναι, ὅστις κακοδαίμων ἔσται τὸν ὄψιν. *Quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante mulctam possederat, dignatus fuisset, quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma esset tam infelici.* Sic Erasmus vertit. Non est mirum nullum τῶν ὑπαρχόντων hoc spinturnicium voluisse ducere. Omnino scribendum ex Ms. τῶν ἀγαθῶν. *obscurorum, ex ima plebe.*

Pag. 54. Narrat cum quidam victorum in carcere Aegyptiaco limam esset nactus, qua λάπῃ τι τῶν ἄλυσιν, ἢ ἐδέδοτο ἐξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὸν διειρομένων, καὶ λάθρᾳ ἄπαγε. Erasmus cum in-

interpolatore Salmurienſi : *Catenam infecuit, qua ordine adſtringebantur, cyphonibus in hanc inſertis, ſolvitque omnes.* In Graecis verbis primum non intelligo quid ſit τ' κλοιῶν εἰς αὐτὼ διειρομένων, multo minus verſionem Eraſmi *cyphonibus in eam inſertis.* διείρομαι eſt *quaero, interrogo.* ſed legendum ex Mſ. διειρυμένων. vinculis, quibus ſinguli ſeparatim ligati erant, eos dirimentibus. ὁ κλοιὸς eſt vincultum, quo vinciebantur rei in carcere, ut ſuperius ad tomum primum oſtendit. Cur *cyphones* verterit Eraſmus, ego equidem ignoro, multo minus cur in verbis, quae modo haec praeceſſerunt, interpretatus ſit, *trabem*, τοῦτο γὰρ μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸ δεσμοφύλακα ἐξεμοχλεύσθη παρὰ αὐτῷ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ, καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδῆσθαι. *Nam hoc multis precibus a cuſtode carceris vix obtinuerat, ut proxime Antiphilo eademque in trabe vinciretur.* imo *eadem catena.* ſolebant vincti interdum duo treſve eadem catena vinciri. Sic apud Romanos in carcerem conjectus, & miles, qui cuſtos ei apponebatur, eadem vinciebantur catena, ut patet ex Senecae ep. 5. *Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat.* iſta vincula ſingularum cuſtodiarum, quibus eorum manus pedeſque conſtricti erant, alligata erant majori catenae, quam dixit Lucianus ἅλυσιν. Sic igitur in Latinam linguam vertendus hic locus : *Catenam diſſecuit, qua ordine alligabantur, vinculis in eam* (ſc. inſertis) *dirimentibus* (ſc. catenatos,) *ſolvitque omnes.* Omnes aut ſaltem paria catenatorum erant vincta compedibus, qui omnes compedes adſtringebantur catenae majori.

Paullo poſt pag. 56. rectius Mſ. καὶ αὐτὰς ἂν σοι τὰς λόγους διεξῆλθον πολλὰς, καὶ ἀκριβεῖς *ipſas tibi orationes exponerem multas, & egregias,* αὐλὸς quod in editionibus eſt hic valde friget. Mox idem codex pro vulgato φαῦλος ῥήτωρ γαύρως & *ſis malus orator*, pro vulgato φαῦλος ῥήτωρ φαυόμενος. & paullo ante illae membranae pro διηγησάμενόν σοι ἀγαθὰς καὶ βεβαίας φίλας, ſcriptum oſtendunt ἀγαθὰς καὶ γναίας φίλας. *tam bonos & generoſos amicos.* nec ſpernendum quod ſequente pagina in hoc codice legitur, εἰ ἀληθὴς ὁ κυβερνήτης ἐσί. *verus ne quis gubernator ſit.* in editis eſt ἀγαθός.

Pag. 58. Valde quoque probo ſcripturam veteris libri, καὶ ἐφέπεται δὲ τὸ μέγιστον ἄρρεν τριῶν εἰς τὰς συνήκας συνίεναι, *licet autem ſummum tres in foedus tale coire*, pro communi εἰς τὰς συνήκας εἰσίναι, non quod hanc lectionem non poſſimus tueri, ſed quod illa ſit efficacior. Eſt enim σύνειμι vox propria qua utuntur de familiaritate, quam amici ineunt & colunt, uti notum eſt.

Pag. 59. Delenda eſt diſtinctio in his verbis : καὶ πὰς ἁμάξας καταλαμβάνουσι, αὐτάνδρους τὰς πολείσας ἁλισκομένας. Pertinet αὐτάνδρους ad ἁμάξας, Αὐτάνδροι ἁμάξαι ſunt currus cum hominibus, quibus uxores & liberos ſuos imponebant Scythae Hamaxobii. Vertendum igitur : *Et curribus potiebantur, quos capiebant cum*

ipsis hominibus, non *cum viris*, ut Erasmus. Viri enim in castris versabantur.

Pag. 67. Ὁ ὁμόσκευος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλάνοις ὤν. Erasmus: *eodem cultu, eademque cum Alanis lingua.* Sed ὁμόσκευος est, qui eodem genere armorum utitur, ut apud Thucydidem. Ὅμηροι τῶν Σκύθαις ὁμόσκευοι, *iisdem armis utuntur, quibus Scythae.* Σκεύη Graecis saepe sunt arma.

Pag. 73. Καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποπηγεὶς τὸν ἰγνύλον. *adunco gladio vulneratus in poplite.* Sed legendum τὸν ἰγνύαν, aut τὸν ἰγνύν. dicitur enim ἰγνύα & ἰγνύς.

Pag. 77. In asino Καὶ ὅτι ἀργύρεον ἡνιὸν ἔχει. Cur ἔχει, & non ἔχοι, ut τρέφει, quod sequitur. Non monuissem, nisi omnes editiones etiam Florentinam consentire in hoc vitio tolerando vidissem.

Pag. 78. In κλινοπάλῃ nihili est τὸ ἅμα in his verbis τότ' ἤδη ἐπιβὰς, ἅμα κατ' ἰξύν δήσας σύνεχε, Bene Mf. ἄμμα κατ' ἰξύν δήσας, *vincula ad ilia alligans.*

Pag. 86. Ὦ τῆς ἀκαίρου ταύτης περιεργασίας. *O intempestivam hanc curiositatem.* Περιεργασία non memini alibi apud Graecum melioris notae scriptorem occurrere, quamvis περιεργάζομαι legatur. Repone igitur ex Mf. Περιεργίας.

Pag. 88. Os dicit asino fuisse vinculo occlusum ne tempus, quod viae impendendum erat, pabulo impenderet, & tardius procederet. ὥστε ἔστην τότε, καὶ ἔμεινα ὄνος. *Iamque tunc steti, asinusque mansi.* Quomodo stetit, cum tantopere properaret. lege: ὥστε ἐβάδιζον τότε. *Tum sic obdurato ore procedebam.*

Pag. 112. Ἡ δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς. Scribe: κατεχρήσατό μου δεινῶς.

Pag. 114. In Iove Confutato, elegantius in vetiri codice scribitur: Δοκεῖ δή μοι δικαιότερον ἂν ἡ κλωθὼ μεγαλαυχήσασθαι, ὡς καὶ αὐτὸν σε ἀνάγκασεν αἰωρῆσαι σὺν ᾧ ἀτρέκτῳ, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς σὺν ᾧ καλάμῳ τὰ ἰχθύδια. *Mihi videtur longe justiorem causam gloriandi Clotho habere, quae te ipsum attractum suspendet ex fuso, sicut piscatores in arundine pisces.* Vulgati ἠωρῆσα, quod quidem ferri potest. sed Mf. lectio facile prae hac Graece doctis se probabit.

Pag. 120. Γ' ἡνιὸν δὲ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς ἐπὶ μηδενὶ χρησίμῳ γίνεσθαι τὰς θυσίας, χρηστότητί γέ τινι, τοῦ ἀνθρώπων πρώτου τὸ βέλτιον. *Hoc satis est, si etiam dicis nullius utilitatis caussa sacra fieri: verum bonitate quadam hominum quod praestantius est, colentium.* Sic recte interpres *colentium* sc. Deos. Nihil hic monerem, nisi Mf. juberet me non praeterire, quod in illo legitur εὐγνωμοσύνῃ, pro χρηστότητι hoc minime damno, alterum tamen est efficacius, declarat enim memorem, gratum & benevolum animum propter accepta beneficia. Sic pag. 123, idem codex pro τὸν πρώτις μεμαίροντες, scribit θυσίας χαιρόντες.

Pag.

Pag. 128. In Iove Tragoedo, scribe ut in Mſ. habetur ὦ χρ᾽ δί σε εἶλε παρειάς. Est ex Iliad γ. v. 35. ubi est μιν quod omnium est casuum. mox scribe ex Euripidis Oreste, ἦς σὺ ἂν ἄρχοις᾽ ἄχθος, dein idem codex: πῶς χρεὼν γὰ οἰκεῖον ἰρεῖς. Mox ὡς τοι τὸν δραμοτραγέα exponit vetus scholion ineditum ὑποτραγῳδεῖν. quod est versibus tragicis respondere, & quasi secundas agere. Neutrum horum verborum Lexici annotarunt. Iupiter ἐπιτραγῳδεῖ, illi vero non poterant ὑποτραγῳδεῖν.

Pag. 133. Colossus Rhodius propter ingentes sumtus in se factos sibi ἀποθεώσεως inter deos vult vindicare, Consulit de hac re Mercurius Iovem: πῶ ὦ Ζεῦ χρὴ πιεῖν; δύσκριτον γὰ ἐμοὶ γοῦν τὸ τοῦτο. εἰ μὲν γὰ ἐς τὸν ὕλαν κατελεύσομαι, χαλκοῦς ἐσῖν. εἰ δ᾽ λογιζοίμην ἀφ᾽ ὁπόσων ταλάντων κεχάλκευται, ὑπὲρ τοὺς πεντακοσιομεδίμνους κὴ τὸν ἱππάδα ἂν εἴη. Hic locus imperitissime vertitur: *Quid facto opus Iupiter? Nam hoc iudicare difficile est. Nam si materiam respexero, aeneus est. Verum si supputem, quot in eo fabricando impensae fuerint talenta, plures quam quingentos modios, & censum equestrem inveniam.* Oedipus sit, qui ultima Latina verba explicet. Quid enim quingenti medimni & equestris census faciunt ad impensas, quas consumserunt in Rhodio Colosso erigendo? non plus sane, quam tenuis & despectus rivulus ad Aegaeum mare. Paullo ante Mercurius, cum Venus quia ab Homero appelletur χρυσῆ, dixisset, sibi quoque inter primi subsellii deos locum deberi, respondit, illam visuram quoque multi auri possessorem Apollinem ὡ τοῖς ζυγίοις καθήμενον, inter zygitas sedentem, hoc est tertiae classis Deos, quia ipsius templum sit compilatum, ideoque Veneri cogitandum, non male secum agi, μὴ πάνυ ὦ θηλυκὰ ἐκκλησιάζωμεν. Si non inter imi subsellii Deos collocetur, in Deorum conventu. Haec loquendi genera sunt ex republica Athenienſi petita, in qua Solon secundum censum divisit in quatuor classes cives. Tertia classis erat τῶ ζυγιτῶν, qui ducentos medimnos aridorum & liquidorum pendebant reipublicae, & minas decem. Quarta erant θητῶν. Θῆτες ad nullum magistratum poterant adspirare, sed nullum quoque pendebant tributum, ut Romae *proletarii & capite censi.* Eandem translationem retinet in sequentibus, & affirmat si sumtus sint respiciendi in colossum impensi, eum super πεντακοσιομεδίμνους κὴ τὸν ἱππάδα ἂν εἴη, hoc est eum ante primi & secundi ordinis Deos sedere debere. Πεντακοσιομέδιμνοι erant ex Solonis descriptione primae classis cives, qui ex suis possessionibus capiebant fructus quingentorum modiorum, aridorum simul & liquidorum, & qui aerario pendebant talentum. κὴ τὸν ἱππάδα sc. τελοῦντες, hoc est quod tributum equestrem penderent, hoc est equitem cogerentur alere in usum reipublicae. quorum facultates erant modii trecenti, tributum semitalentum. Hi erant secundae classis cives. Hanc distinctionem civium Atticorum lepide Lucianus transtulit ad Deos. Vide Polluc.

VIII, 10. Plutarch. in vita Solonis, & Aristidis, & Meursium in Solone Aristotelis sententiam refellentem.

Pag. 136. Cum Iupiter conquestus esset, de sordibus Mnesithei, qui ex naufragio servatus cum diis promisisset hecatombam, solvit tantum gallum senio confectum, & quatuor grana thuris, ὡς αὐτῷ ἀποδειδηγμένῳ, τῷ ἄνθρακι, μὴ δὲ ὅσον ἄκρα τῇ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι ἢ κάπνου ἀναχόντων, *ut in pruna statim extinguerentur, & vix summas nares feriret fumus ex illis natus.* Mf. ὀσφῆσθαι. Sed. Lege ὀσφέσθαι. Idem quidem est quod ὀσφραίνεσθαι, Sed Grammatici observarunt malle Atticos ὀσφρέσθαι, quam ὀσφραίνεσθαι.

Ibid. Narrat Iupiter se venisse in Poecilem, & ibi varios homines invenisse, alios sub dio, alios valde clamentes, ἐπὶ τῶν ἑδρῶν καθημένους. *in cathedris sedentes.* Sed Mf. ἑδρῶν, & quidem rectius. Nam ἕδρων est Poëticum, quo Homerus aliique sunt usi, sed ἕδρας est scriptoribus pedestribus proprium, & notat sellam, confessum, quamvis illud quoque inveniatur apud Aristophanem.

Pag. 140. Momus ad Iovem: εἶτ' οὐ βραχεῖ ὄψει καθαλῶντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους, καὶ Δαμοίδας, κρατουμένους ἅμα, καὶ ἀποσφαττομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους συνεχῶς. Benedictus: *Deinde brevi videbis irridentes Epicuros, Metrodoros, & Damidas, victosque & jugulatos ab ipsis patronos hosce nostros.* Apud Latinos sane *jugulare adversarium* legitur, pro ad incitas redigere. Sed Graecos ad ista has voces σφάττειν & ἀποσφάττειν non existimo transtulisse: sane nullum exemplum memoriae succurrit. Emenda sine mora ex Mf. καὶ ἀποφραττομένους ὑπ' αὐτῶν. *Patronos hosce nostros victos, & os eis obstructum esse.* Nam ἀποφράττειν est os obturare adversario, ut ne hiscere possit. Pollux VIII, 15. ἀποῤῥίφειν τὴν γλῶτταν, ἀποφράττειν τὸ στόμα ἄμεινον. Aliud est inferius pag. 153. cum Momo intempestiva interpellatione obtudente Deos, Iupiter respondisset, Σὺ ἡμᾶς ἀποσφάττεις ὦ Μῶμε. quod non est, *tu macias nos Mome*, ut interpretes. sed Latini dicunt: *Enecas nos, Mome*, ut Terentius in Andria IV, 1. *Cur me enecas?* aut *occidis nos*, ut Horat. *occidis saepe rogando.* Sed in hoc ipso dialogo pag. 157, hoc verbum ex Mf. reponendum est, ἤδη γάρ σε τούτῳ ὀσφάξω ἀποφάξω, *ego te hac testa interficiam.* Vulgo frigidius, ἀποῤῥαίσω. Paucis versibus ante: τὸ δ' ἄλλα κῦ ῥᾴστα φέριτα, ὡς ἂν τύχοι ἕκαστον παρασυρόμενα. Melius Mf. διασυρόμενον. *ut quaevis forte trahitur* a vi fluminis scilicet. διασυρόμενον pertinet ad ἕκαστον. sed in iis quae modo praecesserunt, non probo ejusdem libri scripturam, quae pro τὰς ἀποδοὺς πέμπειν, prae se fert τὰς πομπὰς πέμπειν. Nam quamvis pompae & ludi in Deorum honorem instituerentur, tamen πομπὰς πέμπειν, nemo dixerit. Ibidem statim & sic Mf. legendum ὥστε ὑμέτερον ἂν εἴη, *quare vestrarum esse partium*, non ἡμέτερον, sequentia indicant verba, in quibus non damno, τὰς θυσίας καρπωμένων, quod in editionibus extat. non possum tamen non indicare, in vetere libro haberi τὰς θυσίας μόνον ἐστεμένον. *vobis solis*

solis sacrificia in epulis comedentibus. cum nunc partem sibi vindicent sacerdotes, partem qui sacrificant. & id magis arridet, genioque Luciani est convenientius.

Pag. 141. Ex Mſ. legendum, ἤτοι κηρωνὸς, ἢ ἄλλη τινὶ μηχανῇ. non ut editiones praeferunt, ἤτοι κεραυνὸς τινι, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ.

Pag. 147. Μᾶλλον δὲ ὁ σὸς ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ ἐς τὴν τῶ Ποικίλου. πίτλης γὰρ ἀναπίμπλησιν, ὁσημέραι ἐμφορτόμενον τὸ ἀνδριαντοποιῶν. Sic ſcribitur in antiquo codice, pro quo in vulgatis habetur ἀναπλατόμενον, quod quidem & ipſum idem notat, ſed alterius eſt interpretatio, Tritius ſcilicet ſubſtitutum eſt minus vulgato. Hoc modo vero verte: *Tuus eſt ſane, Mercuri, frater, forenſis ille, qui ad Poecilen eſt. Itaque pice eſt refertus, cum quotidie a ſtatuariis exprimatur,* ſc. ejus forma, propter excellentiam. Dicebatur Ἑρμῆς Ἀγοραῖος *forenſis*, quia illa porticus erat in foro, & Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι, *Mercurius ad portulam* cujus crebra apud veteres mentio. Vide Harpocrationem, & quae ad illum notat Valleſius, nec non Meurſii Athenas Atticas lib. 1. cap. 5. Verba mox ſequentia, ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ἐκπιτλούμενον, στέρνόν τε καὶ μετάφρενον. ἐῴκει δὲ μοι γάλοις ἀμφὶ σώματι πλαδαθεὶς παχυμερὴς μυελῇ τῇ τέχνῃ. σφαιρίδα χαλκῆ πᾶσαν ἐπιτυπούμενον. Vertunt; *cum ad porticum jam fabricarer aeneus, ac perque dorſum, perque pectus ungerer, factuſque inepte thorax corpori meo adpenderet, nec arte diſpari foret, ex aere totus mihi additur baltheus.* Illepide ſane & imperite. Hoc enim dicit Lucianus: *Cum fabri aerarii picem illeviſſent pectori & tergo, ridiculuſque thorax corpori imitatrice arte fictus eſſet appenſus, omni aeris figura impreſſa.* Figura nimirum aerei thoracis, quae illi pici imprimebatur. Sunt verſus alicujus Tragici, quamvis in reſponſione Iovis pro παῦε ὦ Ἑρμαγόρα βάλπε τραγῳδῶν legatur in Mſ. ἐμοὶ ζῶν. Μιμητὴ τέχνη, eſt ars quae imitatur, aut ſimulat, qualis eſt pictorum, & fictorum. Ἑρμῆς autem ἀγοραῖος appellatur a Iove voce una ex duabus conflata Ἑρμαγόρας.

Pag. 149 Dicit Deos ſaepius ad Aethiopas epulatum ire καὶ ἀντιπαγγάλτας *etiam invocatos.* Sed Mſ. αὐτιπαγγάλτας, quod elegans eſt vocabulum, *qui ſe ipſos invitant, qui condicunt.* Hoc enim Latinis eſt *condicere alicui*, ut apud Cic. 1. ad fam. 9; alicui ſignificare, ſe apud eum coenaturum. Eadem quidem vis eſt vocis ἀντιπάγγαλος, ſed illud tamen exquiſitius.

Ibid. Manifeſtum mendum eſt in his verbis Epicurei Philoſophi, quibus dixerat Stoicos ipſos τάξιν vocare, ἀσύγκλιτον. εἶτα δηλαδὴ ἀγανακτήσεις, εἴ τίς σε μὴ ἀκολουθοίη, τὰ μυρόμενα ἅμα, ὁποῖά ἐστι, καὶ ἐλεεμένα καὶ ἐπαινούντα, οἰομένου τὸ δείκνυσθαι ταῦτα εἶναι, καὶ σοφίαν ἀμάρτητον αὐτῶν ἔσεσθαι. Interpretes: *Deinde ſcilicet indignaberis, ſi quis te non ſequetur, cum ea quae fiunt, qualia ſunt enumeres & laudes, & putes hiſce demonſtraſſe, horum unum-*

quodque immutari providentia. Atqui non permutantur, ſed eundem ſervant ordinem illi ſyderum motus, temporum vices, & quae enumeravit alia. ſcribendum ſine dubio, ut eſt in Mſ. Διατάττεσθαι, regi, adminiſtrari providentia. Sic paullo ante Timocles quaerebat, ὑπ' ἀνθρώπου τινὸς ἢ θεοῦ τάττεται ἢ τὰ ὅλων ἐπιμέλεται. *Hoc igitur univerſum nulla ne providentia regitur?*

Pag. 151. Ἐπὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπισαγόμενος τῆς χρείας τῷ δράματι, τὰ δοκοῦντα οἱ λέγῃ, ἄκυσον αὐτὸ τότε παῤῥησιαζόμενον. Sic lege & interpunge. ἄκυσον pro vulgato ἀκύσῃ, quod tamen cum in hac, tum in Salmurienſi editione typographorum vitio eſt omiſſum, & τότε ex Mſ. repoſui. *Cum ex ſua ſententia Euripides, nulla neceſſitate fabularum compulſus, quae ipſi videntur profert, audi tunc libere loquentem.*

Pag. 152. In verſu Euripidis pro ὑγραῖς ἐν ἀγκύλαις Mſ. θερμαῖς ἐν ἀγκύλαις. Mox in alio verſu ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς verte *quicunque Iupiter ſit.*

Pag. 153. Τυπὸ πόδιον ἡμῖν τὸ ἅμαξον κακὸν ἐπηχεῖ. Mſ. τυπὸ πόδιον ἡμῖν τὸ ἅμαξον κακὸν ἐπῆλθεν.

Pag. 154. Ἀλυσπέλες ἦ, ὑδὲ ἄλογον ὑδὲν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὁ μὴ χρήσιμον πάντως καὶ ἀναγκαῖον ἦν εἰς τὴν ναυτιλίαν αὐτοῖς. *quod non utile omnino & neceſſarium ſit ipſis ad navigationem.*

Pag. 159. In Gallo ἦν γὰρ περὶ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον μίαν κρηπῖδα ἐρράσατο. Mſ. ἦν γὰρ περὶ ἀνίχειν τὸν ἥλιον μίαν πρηπῖδα ἐρράσατο. leg. ἀνίχειν. ſed perinde eſt ſive ſequaris editos, ſive Mſ. Sic & inferius idem codex pag. 160. Ὁπότε ἀνίχοι ὁ ἥλιος, pro φαίνοι.

Pag. 163. Ἢ Πυθαγόρα ὅτι Δαμονομηκίαν καὶ τὸ ἴσον ἠσεβηκίαν κυάμους φαγόντα, ὡς ἂν εἰ τῶν κεφαλῶν ἢ πατρὸς ἐδηδόκεις. *Aut ſi Pythagoras peccaſſe, & aeque impium fuiſſe, ſi fabas ediſti, ac ſi patrio caput comediſſes.* Nimirum, quia Pythagoraei a fabis abſtinebant, quod illorum magiſter eas parentum capitibus eſſe ſimiles docebat. Superius in dialogo Menippi & Aeaci, cum Menippus dixiſſet in pera ſua non niſi fabas eſſe, quas nolit edere Pythagoras, reſpondet hic: Δὸς μόνον, ἄλλα δὲ νεκροῖς δόγματα ἔμφυτον ἔχει, ὡς οὐδὲν ἧσσον κύαμοι, ἢ κεφαλαὶ τοκήων σὺ δέ. *Da modo. Apud inferos aliae ſunt opiniones. Didici enim hic fabas & caput parentum nihil habere ſimilitudinis.* ubi neſcio cur interpretes vertant κεφαλαὶ teſticulos. quamvis non ignorem alios hanc quoque tradere cauſſam cur Pythagoras fabis abſtinuerit, quia virides fabae ſimiles ſint ἀνθρώποις μορίοις, ut loquitur Lucianus in βίων πράσει. Sed de capite parentis Clem. Alexand. 3 Strom.

Οὐδὲ μὲν ὅτι ἀνθρώπου κεφαλῇ ἀπαίσιον κύαμον κεῖ τὸ ἐπίλυσιν,
Γεύσιν τοι κυάμου τρώγειν, κεφαλάς τε τοκήων.

Fabas inquit prohibuiſſe Pythagoram, quod ſit legumen flatus excitans,

tans, *non quod parentis capiti sit simile, ut velit ille versus. Idem est fabas atque caput patris edere.*

Pag. 164. Καὶ μέταλλα ὅλα χρυσίου κεκρικέναι μοι δοκεῖς. Interpres: & *solidas auri venas mihi videris adduxisse.* Μέταλλα ὅτου χρύσια. *totas auri fodinas*, aut *auraria metalla.* Metalla Latinis & Graecis scriptoribus sunt loca, unde metalla effodiuntur. Justinus de Philippo VIII, 2: *Auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat.* Sic *damnari ad metalla.*

Pag. 165. Κωλύει γὰρ ἀδὲν αὖθίς σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα τὸ δεῖπνον σὺνινα ἀφανίζουσα, καὶ ἀναμιγνυμένου τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα. Latinus interpres: *Nihil enim prohibet quo minus denuo coenes, si velut illius coenae somnium reducas, & quae tum ederis, rursum commemoratione quasi rumines.* Προάγειν num est *reducere*? imo id est *educere, producere.* Non potest haec vox hic locum habere. Legendum, ut legitur in optimo codice, ἀναπλάττουσα. *si velut coenae illius somnium, imagineris, animo concipias.* Nam ἀναπλάττειν est φαντάζεσθαι, *imaginari, animo deformare.*

Pag. 166. Σωτὴς ἐπισκοπῶν, ὁπόσον ἦν τὸ σκιάριον εἴη. *Subinde respiciens, quot pedum esset solarii umbra.* Recte sic Salmuriensis interpolator. Alii inceptissime. Veteres enim tempus metiebantur pedibus ad proprii corporis umbram. Pollux lib. VI, c. 8. τῇ σκιᾷ δ' ἐπεκμαίουν τὸ κατιὸν τὸ ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδὸν, ὧν καὶ σκιάριον ἐκάλουν. καὶ ἔδει σπεύδειν, εἰ δεκάπουν τὸ σκιάριον εἴη. *Umbra vero tempus ad coenam eundi indicebant; quam & σκιάριον vocabant. Et σκιάριον decem pedum existente libandum erat.* Legendum autem ἔδει σπεύδειν *properandum erat* ad coenam cum umbra decem pedum esset quia tum erat legitimum coenae tempus. Sic mensurabant tempus diei ante horologiorum inventionem, de quo multis disputat maximus virorum Salmasius in Exercitationibus Plinianis. Aristophanes in Ἐκκλησιαζούσαις:

Σοὶ δὲ μελήσει
Ὅταν ἡ δεκάπουν τὸ σκιάριον λιπαρᾶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον.
Tibi vero curae erit, cum duodecim pedum umbra erit ad laute prandendum ire.

Ibid. Ἀπέρχομαι κοσμίως μάλα ἐγκαμπισμένῳ, ἀνατρέψας τὸ τελαμῶνιον, ὡς ἐπὶ τῷ καθαρτῆρι γένοιτο ἡ ἀναβολή. *Abeo nitide admodum cultus, sic obverso pallio, ut qua esset parte purissimum ea videretur* sic interpres. nec reprehendo, nec hic audio veterem codicem, qui pro ἀναβολὴ legit μεταβολὴ. sed ἀναβολὴ est ipsum pallium. Glossae ἀναβολὴ *amictus, amiculum.* Inferius in Timone: τὸ σχῆμα σύσταλὲς καὶ κόσμιος, τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τῷ ἀναβολῷ. *Cultu decorus, atque ornatus, incessu ac pallio modeste compositus.* Sic alibi eidem ἀναβεβλημένῳ σύσταλῶς est qui incedit pallio decore composito.

Pag. 168. Εἶτα μηδενὸς ἀντεχομένου πλησίον καπακείας αὐτῷ, ἐμὲ καπακλίνουσι φέροντες, ὡς ὀμφαξάπεζοι ἔοικεν. in Mſ. κατακαπακλίνουσι. quod

quod minime damnandum. *Cum, inquit, nemo vellet accumbere juxta eum, me ibi collocarunt infra ipsum, ut in eodem lecto jaceremus.* sic hic locus interpretandus. Ὁμοτραπέζοι, sunt qui in eodem lecto triclinari cubant. In singulis lectis tres accumbere solitos nemo humanior paullo nescire potest.

Ibid. scribendum, ἄκρως ἤδη καὶ τὸ εὐώνυμον. sic Mss.

Pag. 169. Parvae sunt duae labes, quae videntur a typographis profectae, sed quae tamen omnes inquinant editiones, in quibus scribitur χαείπσιν ὄμβιαι, pro χαείποσιν ὄμβιαι. & ὅπ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωθε, pro ὀσφήκωθε. Sic enim apud Homerum Il. ε. v. 51. cujus sunt, ut liquet, verba.

Pag. 170. Ὅτι τὸ ἔτιον ἤψεν τοῖς Κρονίοις, δύο τόμους ἐ ἀλλάντος ἐμβαλών. *Cum duobus extorum frustis injectis legumen coqueret saturnalibus.* ἤψω quidem mutuatur sua tempora ab ἰψέω, sed quod dudum repudiarant Atticorum aures, ut οἱ γραμματικῶν παῖδες docuerunt. Itaque pro ἤψεν malebam olim ἥψει, sed postea Mss. mihi ostendit legendum esse ἤψησε, & pro τόμους, πομφὴν. sed ἀλλᾶντες, sunt *botuli*, *farcimina*, non intestina.

Pag. 171. Ἐπεὶ ἡ ἀπίδωσε πρώλω, ἅπαντα ἐκεῖνα κῆ τοὺς νόμους, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον ἐξελείχων, ἅσμενος ἐξελαύνῃ, ἄλλοσε καὶ ὑσγινοβαφῆ ἀμπεχόμενος. Et quae sequuntur. Hic aliquid excidit. Sententia enim hiat, nec est unde pendeant ἅπαντα ἐκεῖνα κῆ τοὺς νόμους. Salmuriensis quidem interpres multa infarcit, alia omittit, & cetera misere vertit: *Postquam vero pridie mortuus fuisset, omnes illas pecunias juxta leges, Simon ille gaudens effert, purpurea hysginoque tincta veste indutus.* Πῶ κεῖνται in Graecis Simon *ille gaudens effert?* Nam ἅσμενος ἐξελαύνες aliud est ut statim videbimus. Cur omisit τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον ἐξελείχων. Poteratne flagitiosius in hoc loco interpretando quisquam versari? Nec melius Erasmus: *At simul ac mortuus est nuper, universis illis opibus juxta leges Simon ille, qui coria patria, quia patellam circum lingebat, gaudens purpura ostroque circumtectus.* In his nulla est sententia. Ad prima autem verba ἅπαντα ἐκεῖνα κῆ τοὺς νόμους addendum εἶλε, quod vitio librariorum intercidit, aut simile quidem. In sequentibus quoque aliquid periit ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ nihil habent unde pendeant, & nihil significant, sed ex Mss. haec jactura egregie sarcitur, qui in prioribus unum aut plura verba periisse luce meridiana clarius ostendit, quamvis & ipsa συνέχεια & ratio satis indicet. Sic autem in vetere codice hic locus scribitur: Ἐπεὶ ἡ ἀπίδωσε πρώλω, ἅπαντα ἐκεῖνα κῆ τοὺς νόμους, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια ἐξειελιγμένα τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον ἐξελείχων, &c. Pulchre sane & vere. Sic igitur locum totum scribe & verte: ἐπεὶ ἡ ἀπίδωσε πρώλω, ἅπαντα ἐκεῖνα κῆ τοὺς νόμους * ... Σίμων. Καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια ἐξειελιγμένα πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον ἐξελείχων ἅσμενος ἐξελαύνῃ ἄλλοσε καὶ ὑσγινοβαφῆ ἀμπεχόμενος. *Postquam vero pridie mortuus*

* εἶλε.

est,

est, *omnia illa secundum leges* cepit *Simon*. Et *nunc ille qui pannis sordidis indutus erat*, *qui catinum lingebat*, *hilaris equo vehitur*, *purpurea*, & *coccinea veste amictus*. ἅρμῳ ἐξελαύνῃ est laeto & alacri animo equo vehi, ἐλαύνειν est subaudito ἵππον, *equitare*. ut apud Latinos *vehere* sc. se equo, pro *vehi* frequenter legitur, sic & ἐξελαύνειν, & ἐπεξελαύνειν. Herodot. ἐξήλασε ἐς ἤθεα τὰ ἑωυτοῦ. *equitavit ad suam domum*. ἐξελαύνειν proprie Germanis & Belgis est uitrijden. Hysginus quidem color differt a coccineo, cum sit medius inter purpuram Tyriam & coccinum, potest tamen *coccineus* verti. Hysginus enim color conficiebatur ex purpura, quae coccino superinducebatur, ut dudum docuere viri doctissimi. Vide Salmas. exercitat. Plinian.

Ibidem. Non reprehendo vulgatam, αἱ δ' ἀπειλῶσιν ἀνελεῖν αὐτὰς· sed magis tamen probo libri veteris scripturam, in qua αἱ δ' ἀπειλῶσιν ἀνηρτῆσιν αὐτὰς. *Minantur se ipsas suspensuras*. Hae sunt & minae & facinora mulierum perdite amantium. In hoc ipso Luciano non unum est exemplum.

Pag. 172. Εἶτα ἄκνιον ὁ κακοδαίμων ὀλίγον τῶν ψηγμάτων ἤκειν ἐς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνου ἐπισπασάμῳ. Salmuriensis: *Itane neglexi infelix vel pauca frusta in vitam importare*, *cum illo essem alitus*. Sed ἤκειν ψήγμασιν ἐς βίον significat ne *frusta importare in vitam*? In editione Basileensi Graeca 1555 legitur, ὀλίγων τῶν ψηγμάτων ἤκειν. Constat sane ἤκειν construi cum secundo casu, ut apud Herodotum οὗ ἥκω χρημάτων, *sum pecuniosus*, *dives*. οὗ ἥκω φρενῶν apud eundem *sum prudens*. Sed dum semper οὗ aut πόρρω, adjunctum habet. Quod concise dicunt οὗ ἥκειν τῶν χρημάτων, integrum est, οὗ ἥκειν ἐπὶ πολὺ τῶν χρημάτων. Sed hic habere locum non potest, ne nunc dicam ὀλίγον legi in Mss. Florentina, Aldina, ceterisque editionibus. In Florentina vero editione scribitur ἤκων pro ἤκειν. Inde mihi persuasi excidisse & hic verbum φέρειν. Et legendum ἤκειν φέρειν. *Omisi ferre invitam*. Est loquendi genus, ut multa hujus generis alia, Graecis peculiare, ἥκω φέρων est *fero*. Isaeus: ὑ γενομένας ἀληθήκας ἥκω φέρων. *non adfert factas testamenti tabulas*. Apud Poëtas vero, imprimis apud Homerum, infinita talium locutionum sunt exempla.

Pag. 173. Scribe: ἐγὼ δ' ποιῶ σοι φημὶ ὑπερφυὲς μηδὲν γένεσθαι τόπῳ. Et sic legit interpres Latinus, quamvis omnes editiones Graecae μηδὲ.

Ibid. Καὶ αὖθις ὡς Ἰταλίαν ἐπλώσας ὥστε διέθηκα τὰς κατ' ἐκεῖνα ἴδηνας, ὥστε ἦδον ἥδιστ' με. Interpolator: *Et cum in Italiam rursum vela fecissem*, *eo affectu Graecos ejus temporis imbui*, *ut me Deum praedicarent*. Palmerius cum vidisset in ultimis verbis labem haerere, censebat legendum esse, ὥστε ὡς ἦδον ἰδεῖν με. Sed una immutata litterula vidi puer fere scribendum esse, ὥστε ἦδον ἤγον με. *ut me pro Deo ducerent*, seu *haberent*. & vere me vidisse Mss. postea declaravit qui eandem servavit scripturam.

Pag.

Pag. 175. Mſ. Μακρὸν δ' ἂν χένοιο χαῖρε εἰθμεῖσθαι ἕκαστα.

Pag. 177. Οὔτε πρᾶγμα ἔχεις λογιζόμενος, ἢ ἀπαιτῶν, ἢ πὶς παρὰ τοῖς οἰκονόμοις Διαπυκτεύων, ἢ πρὸς τὰς φροντίδας λογιζόμενος. Vertunt: *neque ſupputandis, aut repetendis pecuniis occuparis, neque cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictaris, neque curis diſtraheris.* Sed cui perſuadebit πρὸς φροντίδας λογίζεσθαι eſſe *curis diſtrahi*? ne dicam τὸ λογιζόμενος eſſe in eadem πρᾶξιν repetitum inſcite, & in ultimis verbis eſſe ἀπροσδιόνυσον. Optime Mſ. καὶ πρὸς τὰς φροντίδας μεριζόμενος. *& talibus curis diſtractus, talibus curis preſſus μεριζεσθαι* πρὸς τι eſt *alicujus rei participem fieri.* Obvia ſunt exempla.

Ibid. Ἑσπερεῖς πρὶ δειλιὸ ὀψιάν, λυσιμελὴς λοῦ δεκῆ. Vertunt: *Sero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit, lavaris.* Praeſtat *ſera veſpera.* Duplex enim erat veſpera prior, & ſerior, Veſpera prior ſtatim erat a prandio, poſterior cum ſol occideret, Atticis, δείλη, πρωία, καὶ ὀψία. Suidas: Δείλη ὀψία ἡ πρὶ δύσιν ἡλίου. δείλη πρωία, ἡ πρὸ ὥρας ἕως, ἡ μὴ τὸ ἄριστον. *Sera veſpera circa ſolis occaſum: Veſpera prior, a quae eſt a prandio.* Nam verba ἡ πρὸ ὥρας ἕως, ſunt tanquam inſulſa delenda. Heſych. δείλη πρωΐα, ἡ μετ' ἄριστον ὥρα. δείλη ὀψία, ἡ πρὶ δύσιν ἡλίου. *Veſpera prior eſt tempus a prandio, Veſpera ſerior, quod eſt circa ſolis occaſum.* Hinc & *ſerus veſper* Latinis. Varro: *Neſcis quid ſerus veſper vehat.*

Pag. 178. Ἡ Διονύσιος καθαιρεθεὶς τ τυραννίδος, ὁ Κορίνθου γραμματικὸς διδάσκ. Salmuriensis: *Aut cum Dionyſius tyrannide abdicatus Corinthi litteras docet.* Latinis *abdicare magiſtratum* dicitur is, qui ſponte illum deponit, & exuit ſe ipſe dignitate: *Abrogatur* vero magiſtratus ei, qui illo ab alio exuitur. Mallem igitur: *abrogata tyrannide*, aut *exutus tyrannide.* Sed Mſ. non inſcite. ἡ Διονύσιος καθαίρεσις τ τυραννίδος ὁ Κορίνθου γραμματικὸς διδάσκ, μὴ πλείστων παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. *Aut Dionyſius, poſtquam extincta eſt tyrannis Corinthi Grammatiſta docet, poſt tantum imperium pueros ſyllabas connectere cogens.* γραμματικὴ enim dicebantur, qui pueros docebant prima elementa Grammatices, Grammatici vero, qui Poëtas & alios ſcriptores interpretabantur. pro ἀναγκάζων idem codex διδάσκων, quod non probo, quia modo id vocabulum praeceſſit. Sed mox rectius in illo exaratur: ποίς ποτε ἐπιεφθης ἐκείνῳ βίῳ, quam in vulgatis ποίς τινος ἐπιεφθης ἐκείνῳ βίῳ, *quale illud vitae genus eſſe olim expertus es.* Nam τινος ἐκείνῳ non bene junguntur.

Pag. 179. Cum recenſuiſſet regiarum divitiarum affluentiam, ſubjicit, καὶ ἡ ἄλλη τ δεσποτείας πᾶσα ἐξ ὑπερβολῆς ἐξωγκωμένη, Vertunt: *reliquaque omnis tragoedia principatus, ſupra quam credi queat, ingens.* Quid ſit *tragoedia principatus ingens*, quaerant, quibus libet λυρεῖν, & tempus perdere. Vertendum *reliquuſque regius omnis apparatus, ſupra modum ingens: τραγῳδία* δεσποτείας eſt *regii faſtus choragium*, omnia, quibus reges ſuperbiunt, & ſuam oſten-

oſtentant potentiam. Amat hoc vocabulum Lucianus ut ſuperius notavimus.

Ibid. Alios conſcenſis tectis aedium magni aeſtimaſſe, ſi illis liceret videre τὰς προπεμπομένους, τὰς ἑπομένας, *anteambulones, & a tergo ſequentes.* Optime Mſ. τὰς προπεμπαζούσας qui ante me ibant, pompam quaſi regiam ducentes. Nam προπέμπουσι, eſt *praemittentes.*

Ibid. Hoc quoque vitioſum eſt in verbis mox ſequentibus, ἢ Ζεὺς ἐκ πάγκαλον χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνηρμοσμένην, *Aut Iupiter omnibus partibus decorus, auro & ebore compactus.* Sed unde pendet χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. Mſ. ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. quis dubitet ſic ſcribendum?

Ibid. Sequitur pervenuſta comparatio tyrannorum cum Coloſſis & ſtatuis affabre factis a praeſtantiſſimis artificibus, ſed in quibus intus nihil videatur, niſi vectes, clavos, ſtipites, καὶ πίτταν ἰνδόπηλον, hoc eſt, ſi fides interpretibus, *picemque ſublitam.* ſed Mſ. καὶ πίτταν, καὶ πηλὸν, *& picem, & lutum.* ἰνδόπηλος eſt vocabulum nihili, quod nuſquam legitur. Dicendum fuiſſet πήλινος. ſed quid moramur vera lectione inventa? Sic ſe ſcripſiſſe paulo poſt oſtendit quoque ubi Micyllus dicit, ὐδέπω ἔφην ἐπάλυσα τὸν πηλὸν, καὶ τοὺς γόμφους, καὶ μοχλούς, οἵπερ εἶεν τῶν ῥιζῶν. *Nondum oſtendiſti lutum, & clavos, & vectes regni.*

Pag. 181. In his quoque verbis maculae ſunt eluendae veteris codicis ope, quae ſic eduntur: ὁ δὲ κίνδυνος ἐμοὶ μὲ εἰ παραλιοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἀμάρξει τὸν τομῆς τὸν ἐπ' ὀλίγον τι ἀμάξας δακτύλε ἐπεμόντα. Latinus interpres: *Nam mihi hoc unum periculi eſt, ut ſi paullulum aberret ſmilion, deflectatque a recta inciſione, ſummum ſecantis digitum exiguo tingat ſanguine.* Ἀμάσσειν non conſtruitur cum ſecundo caſu. ſed legendum ex Mſ. ἀμάξαι τὸς δακτύλας ἐπεμόντα ὀλίγον τι. & vertendus totus locus: *Mihi enim hoc unum periculum eſt, ſi ſcalpellum aberret, deflectatque ab inciſione recta, digitos leviter ſecando vulneret.*

Ibid. Regi ſcenico tribuit Micyllus ξίφη ἐλεφαντόκοπα, καὶ ἐπίσειον κόμαν. *eburneis capulis gladios, & comam ventilantem,* ſic interpres. Sed hoc nullus mortalium intelligit. Κόμη ἐπίσειος eſt *coma promiſſa,* quae flagellat cervices, *Coma vaga & volucris,* ut Tertullianus loquitur, quae motu corporis aut aurae facile movetur. Pollux IV, 19. ubi agit de perſonis Comiicis: τὸν δ' ἐπισείῳ φαντάτῃ ὄγκῳ, καὶ ἀλαζόνι, καὶ τῷ χρῆσθαι μίτραις, καὶ τῷ κόμῳ, ἐπισείῳ δ' αἰ τρίχες. *Militi vero, qui a coma dicebatur ἐπίσειος, & jactabundo, eſt color & coma niger, moventur* ſeu *vibrantur capilli* Philoſtratus in imaginibus deſcribit Cyclopem χαίτῃ ἀναπεπλεγμένῳ ὀρθῇ, καὶ ἀμφιλαφῆ πίτυϊ δικῶ. *jactantem rectos crines & multos inſtar quercus.* Talis ἐπίσειος κόμη mihi videtur conſpici in Alexandri Magni nummo, quem cum alii, tum Iacobus Sponius nuperius attulit in antiquitatibus Curioſis Gallice editis.

Ibid.

Ibid. De hiſtrionibus Regis perſonam gerentibus, *ἐὰν ζ οἷα πολλὰ γίνεται προσκρούσας τις αὐτῶν ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς. Quod ſi quis, qualia plerumque accidunt, ipſorum aliquis impingens, media in ſcena cadat, riſum profecto movet ſpectatoribus.* ſic interpretantur. In Mſ. pro προσκρούσας habetur *κενεμβατήσας* & pro *παρέχει*, *παρέχοι*. Vocabulum rarum eſt *κενεμβατεῖν*, *in locum vacuum venire*, ubi ſit cadendum, ut ſi quis putet ſe per ſcalas, illis ablatis, ex editiore loco deſcendere, neceſſe eſt ut cadat. Plutarchus in Flamino, cum narraſſet Graecos in ludis Iſthmiis, praeconis vocem qua liberos illo eſſe juſſerat, tanto excepiſſe plauſu, ut corvi ſupervolantes in ſtadium deciderint, cauſſam hujus rei reddit: *αἰτία ζ ἡ τοῦ ἀέρος ῥῆξις. ὅταν γὰρ ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη φέρηται, διασπάμενος ὑπ' αὐτῆς ὁ ἀὴρ περιδῇ τοῖς πετομένοις, ἀλλ' ὀλίσθημα ποιεῖ, καθάπερ κενεμβατοῦσι. Cauſſa eſt diviſio aeris: cum enim multa & elata vox mittitur, diviſus ab ea non ſuſtinet volucres, ſed facit ut decidant, ut ſolet iis evenire qui in loca vacua veniunt*, ubi nullum eſt ſolum, cui inſiſtunt, ubi eſt hiatus, ſicut in foſſis, & puteis. Non vero in ſcena plana illos hiſtriones, de quibus loquitur, cadere, ſed de altiore loco in humiliorem & depreſſiorem, oſtendunt ſequentia, ubi totum corpus gravi illorum *κενοβατήσει* lapſu vulnerari, & violari ait. Hujus vocabuli vim cum non cuperent ſcioli, ſubpoſuerunt notius & tritius *προσκρούσας*. Fuiſſe vero in theatris non unum locum, ubi hiſtriones poterant praecipites cadere in inferiora loca, liquet cum ex aliis antiquorum locis, tum ex Pollucis lib. IV, c. 19, ubi agit de theatri partibus.

Pag. 182. Dicit Alectryon: Nullam vitam humana tranquilliorem eſſe, ſi modo ſit *μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, καὶ χρείαις ἠμεμετρημέναις*, *naturalibus duntaxat cupiditatibus & uſibus circumſcripta*. Sed quis dixit *ἠμεμετρίαν*, aut ubi legitur *ἠμεμετρημένος*? Nuſquam quam in hoc loco, qui merito ſuſpectus fuit viris doctis. Mſ. noſter ſcribit *ξυμμεμετρημένος*. Optime. Thucydides lib. 2, *ὧν οἷς ξυνέβη καὶ ὁ βίος ὁμοίως καὶ τελευτῆσαι ξυμμετρήθη*. *Quorum vita ſimul & mors felicitate circumſcripta eſt*, hoc eſt qui viri & morientes fuerunt felices.

Ibid. *Καὶ μὴν τοιχωρυχῶν με σπουδαγχόσεις*; Laborare hunc locum vidit Marcilius. ſed remedium praeſentius nobis Mſ. offert, in quo legitur, *εἰμὴ καὶ τοιχωρυχῶν γε σύ με ἀναγκάσεις*. *Num tu me compelles parietes perfodere*? Praecedentia vero verba ſic diſtinguenda ſunt: *πῶς τοῦτο, κεκλεισμένων θυρῶν*; *quomodo hoc fieri poterit, clauſis foribus*?

Pag. 183. Locus eſt qui me diu torſit, praeſertim cum nihil in antiquo libro mihi eſſet praeſidii ad eum emaculandum. Nam inquinatum eſſe nullus dubitabam. Quis enim haec interpretetur, *ὁ ζ*, loquitur de Simone cerdone, qui luculentam creverat hereditatem, *ὥσθ' ὑπερῄρξεται ἀπιθάνων τὰ κατ' ὄμφακα*. Vertunt: *At ille rurſum*

coria

coria calceis affuenda obrodet, ebiberque. Serice aut Scythice si interpres locutus esset aeque intelligeretur ac nunc intelligitur. quid enim *ebibet*? quid bibere ad corii rosionem? Dein ubi in Graecis sunt coria *calceis affuenda*? κατύμματα sunt soleae, quae calceis suppinguntur, & pedibus teruntur. At pro λαπτῶν si legas, ut sine dubio legendum λαπτῶν, omnes tenebrae discutientur, quae locum hunc reddiderant inexplicabilem? ῥυπόω est sordibus inquino, maculo, λαπτόω est sordibus purgo, emaculo, Hesych. λαπτὸς, λαπυστῶν. ῥῦπος γὰρ ὁ ἕρπης. λαπτύστων est *sordibus purgatur.* ῥῦπος *enim est sordes.* Sic hunc Hesychii locum emendandum vidit olim Henricus Stephanus, cum in editis libris legatur ἀπιῦτων, & recte Stephanum legisse hic Luciani locus argumento est. Sententia igitur, Graecorum Luciani verborum haec est: *At ille rursum soleas obrodens sordibus purget.* Nam sutores etiam ore soleas crepidarum lingendo, & si quid dedecet dentibus abradendo ut magis niterent, emundasse videntur.

Pag. 184. Περὶ τὴν ἱππικὴν ἐστι καὶ πάνυ ἐπιμελὴς. Typographi vitium esse ducerem, nisi in omnibus editionibus inveniretur. Scribendum enim περὶ τὴν ἱππῶνα ἐστι καὶ πάνυ ἐπιμελὴς.

Ibid. Τὰ δ' ἐκκύδιπος εἶδε Σύσυλος. Mss. unam vocem, quam & exigit sententia, interponit, quae recipienda est. τὰ δ' ἐκκύδιπος εἶδεν, ὅμως, Σύσυλος. *At sedecim vidit, opinor, Sosylus.* Nam se dubitare, non certo scire num viderit, ex sequentibus licet cognoscere. Paullo inferius: σιώπησον ὦ Μίκυλλε μὴ κρύψωμέν σε παρόντες ἡμᾶς. Vertunt: *Tace Micylle, ne nos praesentes prodas in furto?* Quis furabatur? Atqui jam Gallus praedixerat furari non licere, nec quicquam rei alienae tangebant. Praeterea ubi in Graeco est *in furto?* Ista igitur verba dele, si Graeca recte velis intelligere.

Ibid. Σοὶ δ' ὅμοιος ἐμὲ καὶ τὰ τύβλια ὑπὸ μάλης ἔχω. Elegantius & ἀττικώτερος Mss. τὰ τύβλια ὑπὸ μάλης ἄπτιμι ἔχων. De quo loquendi genere paullo ante monui.

Pag. 185. Ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τῶν ἐπὶ φρονήσεως, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τὰς δακτύλους καταψηφίζοντα. Interpres: *Vides hunc etiam curis invigilantem, digitis contortis usuras supputantem.* Sed δακτύλους καταψηφίζεται, non est *contortis digitis*, sed *cujus digiti contabuerunt.* Sic paullo ante de Simonide: καὶ καταψηφίζεται ὅλος ὑπὸ φροντίδων. *Et totus contabuit, & extenuatus est curis.* Sic igitur verte: *Vides hunc etiam vigilare pro curis, supputare usuras, & ejus digitos contabuisse* ut solent esse hominum morbis aut curis confectorum digiti. posses etiam vertere *digitos ejus occallnisse, callo fuisse obductos*, sive *callo induruisse* assidua supputatione. & hoc malo. Mox nescio cur σίλφη Latine vertatur *silpha*, ut paullo ante σμίλιον, *smilium*, cum Latina lingua has voces ignoret, & in ea suppetunt commodae, nimirum *blatta*, & *scalpellum*.

Pag. 186. In Icaromenippo. Valde fallor, aut ſcribendum eſt non longe a principio: πάλαι γάρ σε ἐπικρεῶμαί σε ὑποκλεπτῶν ἡλίους καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ τοῦτα σταδίους τινας, καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντα. *Et enim jamdudum te ſequens audio ſoles & lunas, & ridicula illa, ſtadia quaedam & paraſangas tanquam peregrinum jactantem.* Vulgo legitur σταθμὰς manſiones. ſed σταδίους & παρασάγγας rectius junguntur quam σταθμοὺς & παρασάγγας. Si quis tamen malit vulgatam tueri, per me licet, praeſertim ſilentibus veteribus libris.

Pag. 188. Verba haec Menippi non aſſecuti ſunt Eraſmus & Salmurienſis interpres, cum καταφρονήσας αὐτῶν, καὶ τὰ πρὸς τοῦτα σπουδὴν ἀχολίαν τὴν ἀληθῆ σπουδαιοτάτων, ἀναπτῆναι ἔμελλε, καὶ ἐπὶ τὸ πᾶν ἀναβλέψαι ἐπειρώμην, interpretantur: *Contemptis his atque horum ſtudio, adjectoque animo ad ea quae ſunt vere bona, hinc emicare, & ad univerſi naturam ſuſpicere jam conatus.* ἀχολίαν τὴν ἀληθῆ σπουδαίαν τοιαύτην, non eſt *adjecto animo ad ea quae ſunt vere bona.* ſed haec ſignificant cum praecedentibus καὶ τὰ πρὸς τοῦτα σπουδὴν, *& earum rerum ſtudium abſtractionem a veris bonis eſſe ratus, ſurſum oculos tollere, & univerſum reſpicere ſtudui.* ἀχολία ſaepe eſt impedimentum, quo aliquis avocatur & abducitur a negotio & re quadam.

Pag. 191. Καὶ τὸν ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν διαλεγομένων καταγνώσεσθαι. Interpres: *eos damnantes qui de hoc veluti uno quopiam diſputarent.* αὐτῶν delendum videtur, ſi Graece loquutus eſt Lucianus, uti ſemper accurate & emendate locutus eſt. In Mſ. eſt αὐτὸν. quod nec ipſum hic locum habere poteſt.

Pag. 194. Πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀπανάσας vertit Eraſmus, *plurimum nubium emenſus.* ſed ἀπανᾶν eſt avellere, avertere. Forte legendum ἀναπτὰς hoc eſt, quod volebat Eraſmus, *cum ſupra plures nubes evolaſſem.* Inferius in hoc catalogo: Διονύσου ἐμοῦ τὸν ἀετὸν μόνον ἀναπτόμενον ἐς αἰγίοχον Διός. *me ipſum movens evolavi ad Iovis Aegiochi domum.*

Ibid. Leg. τὸν τῶν ἱππομόλων Θρηκῶν. ex Iliad. γ. v. 4. non ἱππημόλων ut editur vulgo, quibus hic nullus eſt locus.

Pag. 199. Οὐ μὴν ὅτου εἰλαπίναι. Eraſmus: *ubi erant convivia.* cum ſit, *alibi erant convivia.* Sic Ariſtoteles in Oeconomico quater uſus eſt ὅ pro *alibi.*

Pag. 201. Scribe τῆς μυρμηκιᾶς μάλιστα ἐφικόμενος. Nam μυρμηκιὰ eſt ἡ μυρμήκων ὁπὴ, & mox ἀναπτόμενον διὰμεσοῦ ἐς Αἰγίοχον Διός.

Pag. 203. Vide ineptias interpretum haec verba ὑπεπίμπλη γὰρ ἡσυχῆ τὸ παραδιδὸν μοι τὰ ἐπιδήμια. καὶ ὅσον οὐδέπω πάντας ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι προσδόκων, τὸ αὐτοῦ τρόπον ἐπτερωμένους, sic vertentium: *Non nihil enim ipſos turbabat, novus & inopinatus adventus meus, & quod nunquam futurum expectabant, ut omnes homines ad eundem morem alati venirent.* In qua verſione nihil ſani. neſcierunt

ἐσο

ἤδη ἤδη; & ἤδη ἤδη eleganti idiotismo Graecis significare *jam jam, paulo post*, quod dudum observavit magnus Budaeus. Verte: *Turbabat enim eos non nihil nec opinus meus adventus, & quod statim vel mox omnes homines ad eundem modum alatos adventuros putarent.*

Pag. 206. Non absurde Mſ. ἐπιτάττειν τοῖς ἀνέμοις καὶ ταῖς ὥραις, ἃ δεῖ ποιεῖν. Vulgati ποιεῖν. *praecepit ventis & tempestatibus, in quibus esset elaborandum.*

Pag. 207. Censeo Lucianum scripsisse πῶς τὰ Ἡσιόδου θεογονίας ἦσαν ἡμῖν. *Hesiodi Theogonias canebant.* non τὰ θεογονίαν, ut vulgo legitur.

Pag. 112. In bis accusato Mſ. pro ἀδὴν ἔσαν κτήσασθαι τὸ ὦς, φασι χολῶ ἄγαν. scribit ἀδὴν ἔσαν ἀλφάνειαι τὸ ὦς, φασιν, χολῶ ἄγαν. *Non tantum otii habens ut aurem invenias*, hoc est, *tangas*. ἀλφάνω & ἀλφαίνω est invenio.

Ibid. Ἄριστα κρίνα, τὴν χολέρας εἰς τὸ αὐτὸ ἴψωσις. Haec respiciunt Pythiae responsum, quod dedit Croesi legatis, cum id consulerent de Rege, quid tum ageret, apud Herodotum lib. 1. c. 47. Meminit etiam superius in Iove Tragoedo.

Pag. 213. Nec haec verba ceperunt interpretes, ἐγὼ μόνον κεφάλαια τούτων τὰ διοικήσεως, ὑετὸς, τὴν χαλάζας, τὴν πάμμεγα, τὴν ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομῶ καὶ ἀφιτάξας πέπαυμαι τὰ ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος. cum sic interpretantur: *Non enim solum generalibus illis meae administrationis, pluviis videlicet, grandinibus, ventis, & fulguribus administratis, ceu curarum parte sublevato, quiescere mihi licet.* αἱ ἐπὶ μέρους φροντίδες sunt *speciales curae*, quae singulis sunt impendendae, & opponuntur τοῖς κεφαλαίοις διοικήσεως, quae sunt, in quibus summa rerum vertitur. Sic autem vertes. *Non enim tantum praecipua illa mei imperii, pluvias, grandines, ventos, fulgura cum ipse vexi & gubernavi, levatus & solutus sum curis his particularibus.*

Cur pag. 114. in omnibus editionibus est μερμηρίζω? quis enim nescit μερμηρίζω Homericum esse verbum?

Pag. 216. Αὐτοχίδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων, ἢ τεκτόνων ἐξεληλυθότες. Mſ. ἐξεστεκότων. *Philosophi extemporanei ex coriariis & fabris facti aberrant.*

Pag. 218. Mſ. Αὐτὴ μὲ σκοπιὰ πού τις ἐπὶ τῇ πάγῳ κάθησον. *Tu vero hic in colle consideto:* male in editis καθῆσθαι. Nam quamvis infinitivus pro imperativo Graecis usurpatur, hic tamen collocari non potest.

Pag. 220. Καὶ μάλιστα ἐπίσκεψαι μηδὲν τὰ ἀναγκαιότερα ἐξεληλυθέναι. Vertunt, *imprimis quibus nihil rerum necessariarum curae est.* Περιεληλυθέναι est verbum quod Graecia non novit, nec nosse potest. lege. ἀναγκαιότερα περὶ ἀχολεῖ. *praecipue quos nullum negotium necessarium avocat, impedit.*

Pag. 221. Ὁ μισθὸς ἐξεπεπλήρωκας ἄκρος. *Merces pro quoque judicio*

tres oboli. Haec erat merces constituta, quae Athenis judici dabatur. Pollux Onomast. VIII, 5. τριωβόλιον ὁ τῇ δικαστῇ διδόμενον μισθός. *Tres oboli, data judici merces.* Aestimatur autem obolus Atticus octo chalcis, seu *stufero* Batavico, chalcus vero, quem Batavi *deutam* vocant. Sic & patroni cauſſarum merces erant tres oboli. Inferius in hoc ipso dialogo: πολλοί γε, οἱ κἂν ἐπὶ τριωβόλῳ ἀλφιβολαγῆσαι ἕτοιμοι. *Sunt multi, qui vel trioboli gratia diſrumpi parati ſunt.*

Pag. 222. Τὰς παλαιὰς πρότερον διαλύσωμεν, αὖτις δ' οὕτως ὕστερον διδικάσοντες. *Antiquiores*, illas, inquit interpres, *prius dirimamus; Hae autem poſtea judicabuntur.* Non rejicio hanc ſcripturam, ſed mihi tamen magis arridet Mſ. lectio, in quo παλαιὰς πρότερον διανύσωμεν. *priores prius expediamus* ſc. cauſſas.

Ibid. Πλὴν ἀλλὰ κλήρῳ ἴσδικα. Sic Mſ. *verumtamen ſortive decem.* Editi, πλὴν ἀποκλήρῳ.

Ibid. Γ' δὲ ἢ τὰς ὑστερογείους ἤδη Ἀθήνησιν ὁ Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσωμεν. ſic Mſ. Ἀττικῶς. Vulgo ὑστερογείους.

Pag. 223. Οὐθεὶς ἰθηλιάσει γε τῷ φανερῷ συναγωνιζόμενος μέθῃ. *Nemo certe velit ebrietati palam patrocinari.* Puer vidi legendum ἐν φανερῷ. Et nunc firmat Mſ. in quo. οὐθεὶς ἰθηλιάσῃ ἔγωγε τῷ φανερῷ συναγωνιούμενος μέθῃ. *Nemo volet aperte patrocinari ebrietati.*

Pag. 224. Dicitur ebrietas πρόσαρτι πάσσοφον νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα. Vertunt *praereptus cum eſſet adhuc adoleſcens tenellus.* ſed reponendum ex Mſ. προσαρπάσου νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα, *ad ſe rapiens, ſeu attrahens adoleſcentem etiam tunc & valde tenerum.* pro quo c. 26. dicit, πρὸς ἑαυτὸν προσίσπασε, & ſtatim, προσάγεται αὐτῶν τοὺς παλληκας.

Pag. 227. Πλὴν ἀλλὰ σκέψαι γε αὐτὸν ἐρωτῶν, οἵους ἂν οἴεται γένεσθαι τὴν Ἡρακλέα, καὶ τὸν ἡμέτερον Θησέα, εἰ προσθέντες τῇ ἡδονῇ ἔφυγον τοὺς πόνους. *Verumtamen illud ab ipſa quaerite, quales putet fuiſſe noſtrum Herculem & Theſeum, num voluptati indulgentes, evitarint labores.* Nihil hic reprehendo, ſed moneo tantum in prioribus verbis πρότερον inſerere Mſ. σκέψαι γε αὐτὸν πρότερον ἐρωτῶν, *haec prius illam interrogate.* dein pro προσθέντες in illo, ut & Anglicano ſcribi πεισθέντες. *num perſuaſi a voluptate*, ut alludat ad Herculem Prodicium apud Xenephontem, cui voluptas omnibus modis perſuadere conabatur, ut ſua ſequeretur caſtra.

Pag. 228. Καὶ μὰ φησι κεφάλαιον τὸ πόνων πλῆθος διδασκόμενον διαφυγεῖν λήρους οἰηθῆς, τοὺς μὲ ἀγκύλους ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθους ὁμοίους ἀπέφυγε. Vertitur: *Et quam laborum caput, felicitatem provenire dicit, nugas ratus, obliquos illos ſermones & labyrinthis ſimiles evitavit.* In Mſ. legitur καὶ μὰ φησι ἐπὶ κεφαλαίῳ, τὸ πόνων. ἐπὶ κεφαλαίῳ, ἐν κεφαλαίῳ, & apud Thucyd. ἐπὶ κεφαλαίῳ eſt *uno verbo*, quod & Latinis, *denique*, aut, ut Cicero, *quid quaeris? noli quaerere.* Idcirco ſic vertes: *Et quam ut uno verbo dicam, laborum aiſ felicitatem eſſe, pro nugis habens, ambiguos illos ſermones,*

tes, & labyrinthis similes evitavit. quamvis vulgatam non damnem, quae sic potest explicari commode, *& quam felicitatem, caput* seu *summam omnium laborum, ait esse, pronugis habens.*

Ibid. Ὥσπερ ἱκέτιν ἐπὶ τὴν τῆς ἡδονῆς καταφυγήν, sic rectius Mſ. *Cum ille supplicis instar ad voluptatem, tanquam ad misericordiae aram confugerit.* editi: φεύγειν, sed tum non confugiebat, sed ante confugerat.

Pag. 230. Τοιγαροῦν ἐρήμην αὐτὴν κατεδικασάτωσαν. Male interpretantur: *indicta igitur causſa ipsum condemnent.* Est enim, *ipsum condemnent quia non obierit vadimonium.* Sic ἐρήμην ὀφλεῖν, est *vadimonii deserti reum esse.* Pollux VIII, 8.

Ibid. Ἐρήμην λύειν, est *deserti vadimonii absolvere*, & iterum agendi facultatem dare.

Pag. 232. Αὐτὸν ἢ τὰ χρεία τὰ ἐκείνου. Mſ. αὐτὸς δὲ.

Pag. 233. Ἔνοχος τῇ κακώσεως non est *vexationis* obnoxius, ut volunt interpretes, sed *malitiosae desertionis reus.* Pollux Onom. lib. III. 3: ἀποπέμψασθαι γυναῖκα, καὶ τὸ πρᾶγμα, ἀποπομπὴ, καὶ ἀπώσασθαι, καὶ ἀποπομπῆς δίκη. καὶ κακῶν, καὶ δίκη κακώσεως. πρωικὸς, σίτου. καὶ τἀναντίον, ἀπολείψεις, καὶ δίκη ἀνδρὸς ἢ ἀνδρὸς ἀπολείψεως. & ineptissime ab interprete Latino πακῶν & κάκωσις, *affligere*, & *afflictionis poena.* Hic locus, ut plurima alia in Polluce non possunt verti Latine, quia lingua Latina caret vocabulis quibus proprietatem harum Atticarum locutionum exprimat; recte. Hoc vero vult ἀποπομπὴ & ἀπέπεμψας dici de viro, qui repudiat uxorem. κακῶ & κάκωσις de eo qui eam deserit. sicut contrario ἀπόλειψις de uxore, quae virum deserit, sive nuncio remisso, sive, ut puto, malitiose, & sine causa. De τὸ ἀπολείπειν, vide quae notavi olim ad Solocciſtam. Quamvis δίκη κακώσεως sit quoque actio malae tractationis, quae datur etiam parentibus adversus liberos, & pupillos. Vide Harpocrationis Lexicon.

Pag. 235. Ἐς ἢ τὴν Ἀκαδήμειαν, ἢ ἐς τὸ λύκειον ἐλθόντε, τῷ βελτίστῳ τούτῳ ἀβλαβῶς συμπεριπατῆν, ἠρέμα ἀβλεμόμενος. πολλὰ ἔχων. &c. Ultima sic leguntur. In Mſ. cum aliquot verborum incremento: ἠρέμα συνδιαλογιζόμενος, ἢ ἐπαινῶν καὶ ἀνομένης. πολλὰ ἔχων. *placide disputantes, laudes & plausum non desiderantes.* quae Luciani esse nemo inficiabitur.

Ibid. Dialogus dicit se ἀναβαίνοντα ὑπερῴου ἢ ὀροφῆς. sed ὑπερῷον simpliciter significat *super coelum*, vel *in coelo.* Mſ. ὑπὲρ τὴν νῆσα ἢ ὀροφῆς. *super coeli dorsum*, hoc est supra nubes, Dialogus autem hic cum de rebus sublimibus loquitur, πανυπερβαίνῃ, καὶ μετεωροβαίνῃ.

Pag. 236. Οὔτε πτηνὸς εἰμὶ, ὥστε ἐπὶ τῶν μετεώρων βαίνειν. Interpretes: *Neque pedestris, neque sublimis incedo.* ἐπὶ μετεώρων βαίνειν non est Graecae loquendi ratio. Graeci enim diceren: μετέωρον βαίνειν. Deinde num μετέωρα opponuntur πτηνοῖς? Nihil certius,

legendum esse, ut olim vidi, & nunc vere me vidisse Mſ. docet, ἐπὶ τὸ μέτρον βίβλια. neque in metris incedo, hoc est neque in prosa, nec poëtice scribor: genus meum dicendi non est quale est illorum, qui oratione soluta utuntur aut philosophi, aut oratores, aut historici, nec quale est poëtarum, sed est ex utroque mixtum. Mox τὴν ὑπὸ τῶ συνεχῶν ἐρωτήσεων κατατολμηθήσε, non est, ut interpretantur, *continuis interrogationibus praefractus*, sed exilis, exsiccatus, jejunus, macilentus, de qua voce superius non nihil notavi. Paullo ante repone particulam ἢ suo loco, ex quo excciderat, πάνυ γὰρ μᾶλλον ἂν ἥλπισεν ἢ τὸν λόγον τοιοῦτε ἐρεῖν αὐτὸν ἐμέ.

Pag. 237. Ὅπ μὴ τὰ ἰσχνὰ ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ καθήμενῳ αὐτὸς αὐτὸν σκοπεῖσθαι ἐθέλω. *quod tenuia illa & exilia cum ipso sedens argutari non soleo.* Mſ. pro τὰ ἰσχνὰ scribit τὰ γλισχρὰ & pro καθημένῳ σκοπεῖσθαι, legit, καθήμενος σκοπεῖσθαι. Digitum non verterim, utrum eligas, & vereor ne ego quoque σκοπεῖσθαι, qui haec annotem.

Pag. 242. In Parasito, definitio artis habetur: τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων αὐτός τι τέλος ἔχειν τὸ εὖ τῷ βίῳ. Sic scribe partim ex edit. Florentina, partim ex Mſ. Interpretes verterunt: *Ars est quae constat ex perceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem vitae utilem.* Vbi est in Graeco *consentientes*. Dein quid Latinis sint *coexercitatae* nemo dixerit, Verte: *Ars est corpus perceptionum, quae exercitae sunt ad quendam utilem vitae finem.* sic contra ἀσυγγύμναστοι καταλήψεις sunt perceptiones. pag. 291. quae non exercentur, aut non fuerunt exercitae vide pag. 243. ubi hanc explicat definitionem.

Pag. 245. Τέλος χρεία τοῦ ἴμματος. Sic se restituisse ait Bourdelotius. & sic Mſ. qui addit ἄκρα, τέλος χρεία τοῦ ἄκρα, sed εἶναι retinendum esse constat ex Homeri Odyss. ι. v. 5. unde haec hausta sunt, unde etiam liquet in altero mox versu legendum καθήμενοι τραπέζης, ut & extat in Florentina.

Pag. 248. Τῷ δὲ δικαίῳ ἔστι κρίνεσθαι ὑπὲρ---- ἔστι δὲ χρῆσθαι ὑπὲρ ἂν ἀπολογήσηται ἀχθεσθεῖσι, καὶ πάντα ἴσχει. *At vero parasito neque cognus est, &c. neque pecuniae quo quibus causam dicere gravetur.* Sic interpres: non bene equidem. Illi dicuntur ἀπολογεῖσθαι qui se defendunt contra impugnantem. Hic est ἄτοπον. lege ex Mſ. ὑπὲρ ἂν ἀποβυμίαν ἀχθεσθεῖσι. *neque pecunia, quae amissa crucietur.*

Ibid. Λ'πλῆ κλαῖσι, ἅπαντες πας λόγῳ τῷ διδασκάλῳ. sic recte Mſ. vulgo ἐν διδασκάλῳ.

Pag. 249. Sine dubio quoque scribendum ὁ δὲ παράσιτος ὅμως ἴσχει πλὴν τροφῆς ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς πάχνης. *At parasitus simul atque artem orsus est, victum habet.* ἅμα τῷ ἄρξασθαι est σὺν τῷ ἄρξασθαι, vel σὺν τῇ ἀρχῇ. edit. male. ἅμα τὸ ἄρξασθαι.

Pag.

Pag. 257. Ἀλλὰ τί δὴ τοῦτο εἰκάζειν, ἔχοντας αὐτῶν τὰ δεήγματα. Vnde pendet εἰκάζειν? ſcribe ex Mſ. ἀλλὰ τί δεῖ τοῦτο εἰκάζειν; ſed *quid opus eſt iſta comparare.*

Ibid. Dicit nullum Rhetorem aut Philoſophum belli tempore ſuſtinere in campum deſcendere, & extra muros prodire. εἰ δέ τις παρελθὼν, φημὶ τῶν λειψαν̃α τὴν τάξιν ὑπομίσειν. *Quod ſi quis coactus id ſuſcepit, hunc deſerta acie abſceſſiſſe dico.* Sed quid ſuſcepit? *prodire in campum?* Sed vix Graecos ſic loqui exiſtimem. Mſ. belliſſime παρεστάξθαι. *Si quis vero in acie cogetur ſtare.* Παρατάκτης eſt *inſtrues in acie.*

Pag. 259. De Socrate, cum ex proelio in palaeſtram aufugiſſet, πολὺ δὲ αὐτὸς ἀστειότερον ἐδόκει μοι παιζόμενον καὶ ἐρεθίζοντα ἀφελίζειν, καὶ συρίσκια αὐτοῖς ὑποτιθέναι τοῖς συνοῦσιν, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι. quae ſic verterunt: *Ipſi multo urbanius videbatur, cum adoleſcentulis ſedendo ſe ſe ornare, & ſecum verſantibus captiunculas proponere, quam cum Spartano viro pugnare.* Verum quis unquam audivit Socratem ſe ornaſſe, aut pueros ornari in palaeſtra, ubi nudi corpus exercebant? Vide ſequentem dialogum de gymnaſiis ubi ſe non ornaſſe in iis, ſed pulvere commaculaſſe dicuntur. Adde ἀφελίζειν non ſignificare *ſe ornare*, ut volunt interpretes. Omnia ſunt abſurdiſſima. Cogitabam olim pro ἀφελίζειν legere παίζειν, *ludere cum pueris*, nam ſic & alibi locutus eſt. ſed poſtea in Mſ. deprehendi veram ſcripturam, in quo legitur ἀορίζειν, ſed ſcribendum ἀμφίζειν, *garrire.* Eſt in hoc verbo aculeata figura, qua Socrati exprobat oblique παιδεραστίαν. Nam ἀμφίζειν proprie dicitur de colloquio amatorio, Homerus Iliad. Z.

Ὅτε ἄρ' ἔμιξε
Στρίψας' ὃν χρόα καλὸν ἑὰ ἀμφὶς γυναικί.
quando jam erat
Digreſſurus e loco ubi cum ſua colloquebatur uxore.

Et Iliad. Χ.

Τὼ ἀμφιζήμενω ἄτε παρθένω ἠϊθέω τε,
Παρθένῳ ἠϊθέῳ τ' ἀμφίζυγε ἀλλήλοισιν.
Cum hoc confabulari, cum Virgo adoleſcenſque.
Virgo & adoleſcens confabulantur inter ſe.

Hinc χρυσὸς eſt blandus mulierum ſermo, quibus capiunt animos virorum. Idem Poëta de ceſtu Veneris:

Ἔνθ' ἦν μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ἀμφασίη
Πάρφασις.
Ibi eſt quidem amor, ineſt deſiderium, inſunt blanditiae
Illicientes.

Recte enim antiquus interpres ἀμφασίη πάρφασις, conjungunt, & Erymologicum magnum exponit ὁμιλία διαπλυτική, colloquium quod praeparat, hoc eſt animum ad amandum & conſuecendum incitat. Idem: ἔοικε αἱ γυναῖκες, αἱ χαμεύναι, οἱονεὶ ὁμαιρεσίαι τινες εἶναι, διὰ τὸ ὁμοῦ ἠρτῆσθαι γάμου καὶ συνηρμόσθαι. ἐξ αὐτοῦ ἡ ἀμφί-

ζειν λίγοντες, τὸ τὰς ἄνδρας γυμνοῖν ὁμιλεῖν. vide sequentia. Significat Lucianus Socratem in palaestra non de virtute disputasse cum ephebis, sed colloquia habuisse plena amoris, ac blanditiarum.

Pag. 270. In Anacharside: σὺ δὲ οὐ πληθ' ἅπερ γε, ἀλλὰ ψάμμον τινὰ βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐς τὴν ὀρύγμαν ἐπιμίττεσθαί τι ἀλλήλοις, Sic Mſ. non ταφρεύειν, ut editur. *Sed hi non in luto sed altam arenam in fossa subjicientes se invicem illa adspergunt.* Paullo post dicit ἐπιπαττέειν τὴν κόνιν. Haphen intelligit. de qua Mart. VII. ep. 67. *Et flavescit haphe.* Sed de hac & aliis ad palaestram pertinentibus viri docti jampridem egerunt copiose, vide imprimis eruditissimum P. Fabrum in Agonistico 11, 2, & 5, & 22.

Pag. 284. Οἱ δημόσια παῖδι σχεῖσιν ἀναγράφειν μεγάλοις γράμμασιν ἅμα ἀναγραμμένοις. sc. νόμοι leges, *quae majusculis litteris scriptae omnibus publice legendae proponuntur.* Quid ἅμα hic sibi velit non video. In editione Florentina legitur: μεγάλοις γράμμασιν ἅμα γεγραμμένοις. In Mſ. vero μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοις, ut omnino scribendum est.

Pag. 289. Γ' παράλειξ τάφου. Mirum hoc manifestum vitium, quod olim Marcilius animadvertit, tolerari, cum non tantum in Florentina editione & Mſ. sed & in interpretis libro recte legatur τάφρου.

Pag. 296. Recte Mſ. μηδ' ἀπαγρεύσειν τῶν τεμνομένων, ἢ καιομένων, ἢ ἄλλῳ δυσχερεῖ. *Ne vulnerati aut fessi, aut alia molestia affecti deficiant*; sic non male interpres, sed male vulgati sensim μὴ ἢ πεσαγρεύσειν. Nam quis usus est τῷ πεσαγρεύειν, aut quid potest significare? Paullo ante ἀλγυκτιούσης μέχρι ἐκάστου ἀπαγρεύσεως. *usque ad extremam animi defectionem.* Et 297. μὴ ἐξιώσαντες ἀπαγρεῦσαι ζῶντες.

Pag. 300. De luctu. Τὸ δὲ μέγιστον ἡ Ἀχερουσία λίμνη προδέκεται. *Quodque est gravissimum praejacet Acherusia palus.* sic interpres. sed scribendum ut Mſ. περόκειται, *Acherusia palus adjacet.*

Male vertunt pag. 301. Ἐρινύες, ποιναί. *Furiae, poenae.* Cum sit, *Erinnyes, Furiae.*

Pag. 302. Ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸν ἕστηκε. *Tantalus in ipsa palude stat.* Sic interpres. Cur omisit αὐτὸς? quia nullus ei hic erat locus. Quid enim esset *Tantalus in ipsa palude ipse stat.* legendum αὖος. Ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε. *Tantalus in illa ipsa palude siccus stat*, quippe qui *mediis sitiebat in undis.* Hanc meam emendationem certissimam esse postea firmavit vetus codex.

Pag. 307. Οὐ ἢ σωφροσύνα διαστρέψει. *non pervertet concubitus*, sed rectius antiquis liber ἡ ἢ σωφροσύνα διαστρέψει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. παρεκτρέπειν est *avertere, abducere, διαστρέφειν distorquere, corrumpere.*

Pag. 308. In Rhetorum praeceptore: ἐρωτᾷς ὦ μειράκιον ὅπως ἂν ἥκιστα χλοιὸς καὶ τὸ σεμνόπαιδον τοῦτο καὶ παίδαριον ἅτοπος σαφίσεις αὐτὸς εἶναι

τὴν Ἀξηνᾶ. *Sciscitaris adolescens quo pacto Rhetor evadere, & venustissimum illud, vulgoque celebratum nomen sophista ipse censeri possis.* Sic interpres. Sed in Mf. est πάνυμον ὄνομα venerandum *illud & quod ab omnibus colitur nomen.*

Pag. 313. Εἰτά τι σε κελεύσει ζηλᾶν ἐκείνους τοὺς παλαιοὺς ἄνδρας, ὥσπερ ἀφειδήσαντας ἀφιλοθεάτους τοὺς λόγους, οἷα τὰ τῶν παλαιῶν ἔργασται ἐκεῖνα Ἡγησίου, καὶ τὸν ἀμφὶ Κράτητα, καὶ Νησιώτην. Vertunt: *Inde te priscos illos viros imitari jubebit, inutilia orationum proponens exempla, nec imitatu facilia, qualia vetustae sunt constructionis, Hegesii, Cratetis, Nesiotae.* Primum vertendum *Hegesiae.* Ἡγησίας enim Magnesius intelligitur ille orator qui ut Cicero de eo ait in Bruto de claris oratoribus, Charisii voluit similis esse, ac se ita putavit Atticum, ut viros illos prae se penes agrestes putaret. *At*, inquit Cic. *quid est tam fractum, tam exsuccum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?* in Oratore dicit, eum Lysiam voluisse imitari, sed particulas incidisse, numeros infregisse, & concidisse, non minus sententiis peccasse, quam verbis, ut non posit quaerere, quem appellet ineptum, qui illum cognorit. Strabo XIV Geograph. tradit eum principem fuisse styli Asiatici, & corrupisse receptam consuetudinem Atticorum oratorum. Fragmentum ex ejus oratione laudat idem Strabo lib. IX: Ὁρῶ τὸν Ἀκρόπολιν, καὶ τὸ ἐκεῖ τοῦ Ποσειδῶνος ἱκὲ τὸ σημεῖον. ὁρῶ τὸν ἐλαῶνα, καὶ τὰ ἱερὰν γάμμα μύσης. Ἐκεῖνο Λευκόθεον. τοῦτο Θησεῖον. ὃ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον. *Video arcem, & quod in illo est tridentis signum. Video Eleusinem, & sacrorum sum mystes. Ibi est Leocorium, hic Theseum. Non possum enarrare singula.* Dein legitur in Mf. Καὶ τὸν ἀμφὶ Κράτητα καὶ Νησιώτην. quod est verius. Fuit quidem Crates Trallianus Rhetor, cujus meminit inter decem hujus nominis claros viros Diogenes Laërtius, lib. IV. in Cratete, sed is fuit obscurus. Critias vero celebris fuit discipulus Socratis; corruptus a Thessalis, & unus ex triginta tyrannis. Cic. de claris Oratoribus, cum dixisset de Themistocle, Pericle, Cleone, *huic*, inquit, *aetati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes, quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidi scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.* vide Philostratum lib. I. de vitis Sophistarum in Critia. Per νησιώτην vero intelligit Gorgiam Leontinam ex Sicilia, quae κατ' ἐξοχὴν νῆσος dicitur, quia insularum maris mediterranei fuit maxima, is fuit Empedoclis discipulus, & principatum inter antiquissimos Sophistas tenuit. Vide Philostratum lib. I. de Sophistis, & Plutarchum in vitis Rhetorum.

Ibid. Πόνον ἢ καὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὑδροποσίας, καὶ τὸ ἀλιμπαρὲς, ἀναγκαῖα τοῦτο, καὶ ἀπαραίτητα φησί. Interpres: *Laborem autem, vigilias, aquae potum, & squalorem, haec omnia necessaria, & inevitabilia dicet.* Squalor non desideratur in studiosis eloquentiae. Mf.

λιπαρὰς aſſiduitatem. quod reponendum. ſuperius idem mendum ope codicis antiqui delevimus.

Pag. 315. Φαίη ἂν τοιγαροῦν σὺν αὐτῇ πως ἀπαγαγόμενος ὀπίσω ἔτι λοιπὸν τὴν κόμης, καὶ ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο. Vertunt: *Te igitur ita compellabit, reliquam adhuc tibi comam demulcens, & tenerum illud ac jucundum ſubridens.* Vbi eſt in Graeco *tibi*? Theod. Marcilius legit ἀποπαραμάξω, *dimota nempe a fronte in tempora*, inquit. ſed Mſ. legit ἐπιπαραμάξω, hoc eſt capillos promittens pectendo ſcilicet & comendo, non diſcipuli, ſed ſuos, ut pulchrior & comtior videretur, majoreque polleret auctoritate. Sic in Anthol. ἐπιπάλαξ γώνια dicitur, qui barbam comit & expandit. Diſcipulus non multum comae amiſerat, ſed magiſter erat calvaſter, ideoque dicit ὀπίσω ἔτι λοιπὸν ἡ κόμης. Mox pro αὐτῇ δηΐδι Mſ. αὐτὴς δηΐδι.

Pag. 316. Ἕπου μόνον ὦ Κλυτίου μίλημα οἷς ἂν ἔπω, καὶ ζήλωσόν με. Interpres inſulſe: *ſolum o gloriolae ſtudium ea, quae dico, ſequere, ac omnia imitare.* Num κλήσις eſt *gloriola*? Verte *O Clytii deliciae*, qui curae cordique eris Clytio. Sic & φιλότης amor, pro homine quem amamus tenerrime. ſic μέλημα cura, pro qui nobis curae eſt. Clytius eſt Rhetoris nomen.

Pag. 319. Τὸν ἀρραβῶνα ἢ ὠνούμην. Mſ. τὸν ἀρραβῶνα ἢ ὠνούμην. *pro arabo dicunt* ἀγοράζω. Πεπρίμην, ἐπρίμην, ὠνούμην, ὠνούμαι, eſt *mulctor*. ſed ὠνουμία ἡ, & ὠνούμενον τὸ eſt praerogativa, ut conſtat ex Suida, & Heſychio. Videtur tempore Luciani a male loquentibus acceptum eſſe pro ἀρραβών, quod tamen a politioribus improbabatur. Cum tamen τιμὴ ſit pretium, & ἐπιτιμᾶν pretium intendere, ὠνεῖσθαι pluris aeſtimare, non repudiandam duco vulgatorum librorum ſcripturam, videntur enim tum temporis non emendate loquentes ὠνούμην dixiſſe, quod penditur pro re emta ante τιμῶ, ante juſtum pretium.

Pag. 323. Μήτηρ ἡ ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφόδου τινός. Vertitur: *Mater vero ſartrice, in bivio quodam natus ſum.* Haec *natus ſum* inferciunt interpretes, ut ſententiam conficiant. In Graecis, ut vides, non habentur. Dein ἄμφοδον & ἀμφόδου eſt δίοδος, *bivium*, non ἀμφοδίτης. Sed moror. leg. ut Mſſ. ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφόδου τινός, *quae fuit ſartrix hominis venuſti.*

Pag. 328. De Coroebo in ſcholiis Mſſ. lepida legitur hiſtoria. Κόροιβος ὁ τοῦ μαντέως τὴν ἀπομνημονεύστριαν. ὡς γυναῖκα ἀγαγόμενος μὴ ἀπολαύσας συγκοιτίας τῇ ἀφ' ἧς τὸ παῖς ἐπιθυμῶν αὐτῷ φοῖτος, καὶ ὕπνου ἐχόμενον παρηνδιέτη αὐτῷ μίσχειν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἡψαρώτης τὸ ἄχθος ἀδύνῃ συνέχας. καὶ σὺν ἄλλοις ἀπολυθείσης, εἰ μὴ τοῦ μαντείου ὁ ἀνθρώπος κρεψηφίσατο, ὅτι τῷ κρανείῳ ὃ χαμαὶ χάσας. Nulla eſt cauſſa cur haec interpretemur. Apud Euſtathium in Odyſſ. κ. p. 413. edit. Baſil. eadem hiſtoria legitur, ſed tribuitur Margitae.

Ibid. Rectius Mſ. τὰς ἀγάτας ἀνθρώπους ἐκ τῆς γῆς Ἀττικῆς ἀναφῦσαι κρεῖττον τὸ λάχνωμα. *primos illos homines ex Attica terra exortum in-*

instar provenisse. Vulgo γῆς omittitur itaque vertit interpres *in Attica.* τῆς absorpserat γῆς.

Pag. 333. Ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὴν vertunt *circa forum plenum* Latine valde obscure. potius dicendum fuisset, *circa tempus fori plenum*, quo frequentissimum est forum, circa meridiem nostris mercatoribus omtrent de Beurstijdt.

Pag. 334. Ἱερωπικὸς πνε. Non possum quin adscribam hic, quae in margine veteris Codicis hic sunt adnotata ἱερωπικὸν. σία εἶπός τὰ πολεμικὰ φησι ἰκλιποῦ ἃ πρόκλου· ὑπομνηματίζῃ, οἷς ὁ πρωτόπου· ἀποφήγνυται πάνυ δεξιῶς καὶ γενναίως.

Ad pag. 339. ubi mentio fit Polycleti, miror veterem Luciani Scholiasten Mſ. notare Polycletum fuisse pictorem, non statuarium, itaque se non intelligere, qui in statuariorum numerum referatur a Luciano, nisi forte sit alius Polycletus. Verba enim sunt. Γεγράφθαι ὁ πολύκλειτος ὥσπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλμάτοποιὸς ταῦτα εἰσάγεται, θαυμάζω ἢ μᾶλλον ἕτερος τις ὁ πολύκλειτος. Verum quis nescit Polycletum Sicyonium Angeladae discipulum, & ejus Canonem, & tot statuas, quas in coelum extulerunt veteres. vide Plin. xxxiv, c. 8. & de Canone sive norma Polycleti, Galenum de Hippocratis & Platonis decretis, & in primo de temperamentis. Euphranor & pictor & fictor fuit, uti ex eodem Plinio constat vide lib. xxxv, 11. Critiae quoque Plinius meminit.

Pag. 341. Scribe Ἀγανακτῶ δὲ μὴ καὶ περὶ τῶν ἱερῶν πλείονα λιμοῦ indignatur *nisi stato tempore eximiis victimis pascatur.* Sic scribendus Mſ. volente hic locus & vertendus. Vulgo legitur ἀφ' ἱερῶν invito Graecae linguae genio. vertitur satis inepte: *nisi in tempore justorum sacrificiorum epulis excipiatur.* Ἱερὰ sunt victimae, hostiae & eorum exta, quae diis adolenrur. Τέλεια ἱερὰ sunt eximiae hostiae, quod ἱερὰ ῥέζειν Homero est, hoc Thucydidi ἱερὰ θύειν, *sacra facere, victimas caedere.* apud quem etiam legitur ἱερὰ τέλεια. dicuntur & ἱερεῖα, hostiae, inde ἱερεῖα sunt quaevis animalia, quae mactantur. Polyb. lib. 2. ὕειος ἱερεῖα caro suilla, Athen. lib. 1. περὶ δὲ νεογνῶν ἱερείων *caro tenerarum pecudum.* Sic & ἱερεύειν & θύειν non tantum est sacrificare, sed & mactare. sic & *sacrificare* apud Plinium lib. 28, 19.

Pag. 343. Ὁ δὲ πυρετὸς, οἷος, καύσων σφοδρότερος. Benedictus: *Febris, o qualis! incendio certe vehementior.* Mſ. ὁ δὲ πυρετὸς, οἷος καῦσος σφοδρότερος, θερμότερος. *Febris, tanquam incendium vehementissimum, ardentior.*

Pag 349. Ad ista verba τειλάμενοι νεκρικῶς ἐσθῆτι μελαινῇ, notat antiquus Scholiastes ineditus, veteres solitos cadavera nigrae vesti insuere. Ὅτι, inquit, τὰς νεκρὰς οἱ παλαιοὶ μελαίνας στολὰς ἀμφίεννυσαν. & ad sequentia, μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς haec adjecit ὅτι καὶ τὰς ψυχὰς θνητὰς ἔλεγον εἶναι, ὥσπερ καὶ τὰ σώματα.

Pag. 360. Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερῶν γραμματέων, θαυμάσιος τὴν σοφίαν. *Memphiticus vir, quidam ex sacris illis scribis, mirabili sa-*

ſapientia. ſic Benedictus. Meminit & alibi ſcribarum Aegyptiorum, in libello de ſacrificiis, ubi cum Prophetis eos conjungit, & Appul. Metam. 11. *Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus aſſiſtens, coetu paſtophororum, quod ſacroſanctī collegii nomen eſt, velut in concionem vocato,* ut fuerint inter ſacerdotes Aegyptios, qui reconditam illorum ſapientiam docebant, aliiſque muneribus ſacris fungebantur. Sic & in libro de Macrobiis. p. 466. recenſet inter longaevos Aegyptios ἱερογραμματεῖς. Nec repudio lectionem editam. In Florentina tamen legitur ἱερογραμματέων, ſed in Mſ. ἱερῶν γραμμάτων, quod non puto faſtidiendum eſſe, ut ſit τῶν ἱερῶν γραμμάτων σοφίαν γυμνάσιος. admirabili ſacrarum litterarum ſapientia praeditus. ſacras litteras vocabat illam myſticam Aegyptiorum ſapientiam, quae non niſi initiatis tradebatur, & circumſectis, magiam ſcilicet, & litteras Hieroglyphicas, de quibus tam multa apud Herodotum, Diodorum Siculum, Clementem Alexandrinum alioſque habentur.

Pag 352. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν οὐ δακτύλιον ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος δὲ πυθίου εἰκόνα ἐντετυπωμένην σφραγῖδος, καὶ ὅτος ὁ Ἀπόλλων φθέγξεται πρὸς ἐμὲ, οὐ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖν. Benedictus: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſigillum exprimit Apollinis Pythii imaginem, nec mecum loqui Apollinem, ne videar ad gloriam meam res incredibiles narrare.* Pro ἄπιστα Mſ. ἀπιστοῦλ ſcribit. Sic autem interpretare hunc locum: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſignum Apollinis Pythii imaginem exprimat, qui Apollo mecum loquatur, ne tibi, qui haec non credis, videar de me ipſo elate loqui, ne tibi videar me oſtentare, & jactare.*

Pag. 365. Καὶ γὰρ τὸν διφθέρων ἐνῆκε τὸν τοῦ λέοντος. *ut qui leonis exuvio ſit indutus,* bene interpres. Nec rejicio hanc ſcripturam. nam & ſic alibi loquitur Lucianus. Non fruſtra tamen in antiquo codice Mſ. legitur ἐνεῖτο. Nam ſicut apud Homerum eſt ἔῖτο *indutus eſt,* ſic & ἐνεῖτο hic accepit, ſi haec ejus manus eſt, Lucianus. Nam Poëticis verbis ſaepe, ſed ſuo loco, uti hunc ſcriptorem nemini latet.

Pag. 371. In Electro, τὸ δὲ ἐμὸν ἐρῶσι ἁδὴ ἁπλοῦν ἀπλοϊκὸν, καὶ ἄμυδρον, οὐδὲ ἐς οὐδὲν πρόσισι. *Mea vero dicendi ratio quam ſit ſimplex, & a fabulis aliena, videtis, neque ipſi inſit modulatio.* Haec eſt verſio Salmurienſis. Sed in Mſ. eſt ἄμουσος pro ἄμυδρος, quod magis probo, & verto: *mea videtis oratio quam ſit ſimplex & inerudita,* ſic ſua ipſe per modeſtiam elevat, *& quam nihil in ipſa ſit canori.* Sic enim recte verti puto οὐδὲν. Vt Craſſus apud Cic. 111. de orat. de C. Carbone: *Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum.* Et Gellius de eodem in Bruto de claris oratoribus: *L. Gellius qui ſe illi contubernalem, in conſulatu fuiſſe narrabat, canorum oratorem, & volubilem,* &c. *fuiſſe dicebat.* Vbi *volabilis* eſt, cui facile profluit oratio. Plutarchus de auditione,

tione, sic circumscribit, τὴν φωνὴν ἐμμελείας τινὰ καὶ μαλακότητα, καὶ εὐκάμπτους ἐφηδύνειν. *Vocem accuratis quibusdam sonis ac mollitie & modulationibus edulcare.* Μῦθοι pertinent ad poëtas, non ad oratores. Quonium tamen Sophistae suis orationibus adspergebant fabulas, non contendam, si quis pro Vulgata stet acrius.

Pag. 386. Perinde quidem est sive legas, ut in editis habetur καὶ ἀνελίττειν ἀεὶ, sive, ut in Mss. extat, καὶ ἀναπολίττειν ἀεὶ. Vtrumque enim significat *libros versas, evolvis*, utrumque verbum hunc apud scriptorem alibi quoque occurrit in hac notione. sed cum ἀναπολίττειν, quod hic codex vetustus prae se fert, sit verbum rarius, credibile est librarios pro eo substituisse notius & tritius. Proprie ἀναπολίττειν dicitur de voluminibus, quae evolvuntur. In sequentibus mox ineptissime vertitur, καὶ ἁλκυονίδας καὶ ἐξενόπλεις, *coagmentas, spolias*, cum vertendum sit *conglutinas, circumcidis.* Chartae enim glutine jungebantur, deinde frontes librorum circumcidebantur, capiti vero voluminis adglutinabatur membrana purpurea, cui plerumque litteris aureis index libri inscribebatur, ut erudite docuit maximus vir Isaacus Vossius ad Catullum pag. 52. vide quae ibi notavit, quae maxime faciunt huic loco illustrando.

Pag 399. De non temere credendo calumniae: ὅτι Πτολεμαῖον, ὡς ἂν καὶ τἆλλα καὶ ὑπὲρ φρενήρης τις ἂν. Salmurienfis: *Tum Ptolemaeus ut qui praeter cetera non esset admodum prudens.* In hac versione καὶ τἆλλα omittitur, inepte, etiam si φρενήρης *prudens* exponas, opponuntur καὶ τἆλλα & ὑπὲρ τινα, ineptius interponitur & fine sententia καὶ τἆλλα. Locus laborat cui suffragante Mss. sic sanitatem reddes: ὡς ἂν καὶ τἆλλα ἀλλ' ὑπέρ τινα φρενήρης τις ἂν. *qui quidem valde sed non in omnibus desipiebat.* Nam φρενήρης etiam est παράφρων, ut Suidas ostendit, frustra repugnante Stephano, quum & hic locus Suidae & Etymologici magis sententiam firmet. Nam si hic φρενήρης est prudens, quam quaeso sententiam ex Graecis verbis conficias. Quid enim est? *qui quidem summopere, & in aliis non omnino aut non valde prudens erat.* Sic neminem sanum loqui, nec sanus juret Orestes. Vides igitur recte locum inquinatissimum esse purgatum, & φρενήρης esse *imprudens.*

Pag. 400. Parum refert, utrum legas, quod editi prae se ferunt, ὅσα λέγεται μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere poenituisse eorum quae egerat*; an quod in Mss. est, ὅσα λέγεται αἰσχυνθῆναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere puduisse factorum.* nec tamen codicis antiqui scripturam testatam feciisse lectoribus poenitet.

Pag. 425. Υποκινήσων ἱλαρᾷ καὶ κωμικῇ σφόδρα μάλα ἐμπαθῆ τινα καὶ γλαυκὸν τραγῳδίαν. Salmurienfis interpolator: *plenum affectibus tragoediam in se commovet.* Quanto rectius & elegantius Philippus Melanchthon: *agitque laeta & comica facie tragoediam meram, & nihil non triste patientem.* Sed tamen ἐμπαθὴς non est *triste patiens*, sed potius cum de homine loquuntur, est graviter commotus, & affectus. Ἐμπαθὴς ἐν τοῖς ὄψεσι apud Athenaeum lib.

lib. 1. Dipnosoph. est qui obsoniis valde movetur & delectatur, obsoniorum valde avidus. ἀδεσπότης τραγῳδία est tragoedia acerba in eum, de quo agitur. ὑποκοϊζειν τραγῳδίαν, Graecis est insolens loquendi genus. Sed scribendum sine dubio & mora, ut olim conjeceram, & nunc in Mss. meam conjecturam veram esse deprehendi, ὑποκρινόμενον τραγῳδίαν *tragoediam agendam*. ὑποκρίνεις est propriam histrionum fabulam agentium in scena, unde ὑποκριτὴς est histrio. In Pseudologista pag. 442. κἀκεῖνα μέμνησαι ὡς τὸ πλῆθος, ἀ σοῦ τὸ ῥῆτορ ἐσεσιάδυε, τοῖς ὑρχησταῖς ὑποκρινόμενον, καὶ συμπαγκρατίαστὴν ἀξιῶν εἶναι. Salmuriensis: *Ea etiam meminerunt, ut est consentaneum, quae in theatro juvenis agebas, cum saltatoribus respondebas, atque una chori dux esse cupiebas.* Vltima verba non recte vertuntur. ὑποκρίνεις non est *respondere*, sed est hoc loco *secundas agere* seu *facere*. sic interpretandum, *cum histrionibus secundas faceret, & gregis dux esse cuperet.* Plautus Asin. II, 1. *Iam nunc secundas mihi facis.* Proprie autem *grex* de histrionibus. Petron.

Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Grex Romanus in antiqua inscriptione de pantomimis. Ὀρχησταὶ autem dicebantur pantomimi, ut *cantores* histriones. Nondum tamen locus est ab omni mendo purgatus? Quid enim μίμων πλέα *tragoedia*. Cujus rei erat plena. Excidit vocula. Credo Lucianum scripsisse μίμων μίαν *plenam odii*. Et sic totum locum vertendum *agentem sub persona laeta & comica tragoediam valde asperam & plenam odii. aspera tragoedia* ut apud Sueton. in Augusto: *asperrimae litterae*. sed *sub persona* ut apud Mimum Syrum:

Heredis fletus sub persona risus est.

Clarissimus Vir Iacobus Tollius, conjecit legendum esse πικρὸν μίμων. quod non improbo.

Pag. 436. In Pseudologista, ex Mss. ὁ νῦν γελάσας ὡς ὀλυμπίασι σοφὸς ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ. *Is qui tunc in Olympia nisi super supposititio Pythagora.* Vulgati ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ. sub *supposititio isto Pythagora*, inquiunt interpretes, quod quid sibi velit nemo dixerit.

Pag. 438. Εἰπὲ μάλα μοι σοὺς παιδίμους καὶ Γενετυλλίδας, καὶ κυβίβης. Benedictus: *Dic mihi per Pandemum, & Genetyllidem, & Cybiben.* absurde. Recte vidit Palmerius παίδημον esse Veneris epitheton, nimirum est quae Lucretio dicitur *Vulgivaga Venus*. Hinc & in Mss. legitur πρὸς δ' Παιδήμου, κ' Γενετυλλίδων. sic sane & Aristoph. in Θεσμοφοριαζούσαις.

Ὡς ἡδὺ μέλος ὁ πόντιος γενετυλλίδες
Καὶ ψολυθρωδὲς, καὶ καταγλωττισμένον.

Quam suavis cantilena, o venerandae Genetyllides, & effoemmata & lasciva. Sed tamen Γενετυλὶς etiam legitur apud eumdem in Nubibus:

Η' δ'

Ἡ δ' αὖ φύσις, ἀρχὴν κυβεγλαπίσεως φύσιν,
Δαπάνης, λαφυγμοῦ, κωλιάδος, γαστριμίδος sc. ὄζει.
Haec vero unguentum, crocum obscoena basia,
Et sumtus, & Graculam, & Venerem, & Gerytlidem olet. Dicuntur esse dii sive Deae praesides generationis. Vide antiqua scholia. Recte vero κυβέβη docti viri emendarunt. Non est Venus sed magna mater, Cybele, quae & Graecis & Latinis *Cybebe* dicitur. Nam & in inscriptionibus, & in antiquis membranis sic appellatur, ut apud Phaedrum in codice Remensi, ut olim mihi ostendit vir dignitate & doctrina praecellens Marquardus Gudius, qui Regi Daniae est a consiliis. Is etiam ubicunque *Cybele* legatur apud Poëtas secunda longa, aut *Cybelle* corrupte, libris antiquis auctoribus, rescribendum affirmat *Cybebe*, aut *Cubebe*, quod verissimum, & in Prudentio jam emendavit Nicolaus Heinsius. Illius autem hic meminit propter ejus amorem erga Attin, & quia lasciviissima fertur fuisse, ut ipse Lucianus in dialogis Deorum indicavit.

Pag. 440. Ὁ ἑβδόμων, *in quarto* οἱ παῖδες τὸ πρὶν ἑβδόμοις, κἀκεῖνος τὸ πρὶς ἐκκλησίαις ἐπαιζε. Interpres: *Rursus alius Hebdomam, quod perinde atque pueri septimis diebus, ille etiam in concionibus luderet.* Hae septimae dies non sunt sabbata, quorum Sueton. in Tib. meminit *Diogenes Grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat*, ut existimat vir magnus. sed septimos dies cujuscunque mensis, quos hebdomades lunae dixit Gellius XV, 2. Illi dies sacri erant Apollini, quia septima luna Thurgaliónis natus erat, ut constat ex Hesiodo in Ἔργοις καὶ ἡμέραις, v. 770. Vide ibi Proclum. Convivia tum agitabant, & pueri ludebant. Septimus quoque dies post recens natum infantem a patribus familias celebrabatur, quippe quo nomen ei imponebatur, quamvis hoc alii decima facerent. Vide Harpocrationem in ἑβδομάτιον. Sed haec septima dies huc non pertinet, sed illa septima mensis. De qua vide viros doctissimos Meursium Graecia feriata in ἑβδόμη, & Seldenum de jure naturae & gentium III, 17.

Pag. 448. Ὁ πάνυ Τίσιαν τὸν πύγχην οἶδα, ὡς τὸ Διονύσιος ἔργον αὐτὸς ἐποίησεν. Tisiae ars est Sophistice. Fuit enim Tisias inter primos Sophistas, quem Aristotel. περὶ ἐλέγχων σοφιστῶν cap. ult. cum dixisset omne omnis artis principium esse tenue ac difficile, sed illo reperto, facile postea crescere & augeri, quod & factum sit in orationibus politicis, Τισίαν μὲν γὰρ πρῶτον Θρασυμάχου δ' ὕστερον Τισίαν, Θεόδωρος δ' ὕστερον τούτων. *Tisiam quidem post primos* sc. *Sophistas, Thrasymachum autem post Tisiam, Theodorus autem post hunc.*

Pag. 467. Γ' δρομοῦν γὰρ φασι τὸ ἔθνος Mf. γένος ut paulo ante γένη ὅλα μυιοβόια. totae gentes. Sic apud Latinos *genus* frequenter pro populo. *Velox genus* apud Florum de Gallis, & alibi, quin & in-

interdum accipitur pro genere humano, ut docti viri ad Senecam Tragicum notarunt.

Pag. 469. Vti legendum cenſuerant viri doctiſſimi Ὁ ἀνὴρ βασιλεύς, ſic legitur in Mſ. ut tam foeda menda diutius non ſit tolleranda.

Pag. 482. De dipſadibus, cauſſam inextinguibilis ſitis eſſe, quae ex morſu dipſadis oriatur, ait Lucianus ex ſententia medicorum, πυρὸν τὸ ἐν ὄγκῳ, ἔπειτα δολόμενον τῇ πότῃ ἐξουσίνῃ τῷ ῥίγει, ὑγρότερον ὡς τὸ εἰκὸς κατασταθέν, καὶ ἐπὶ πλεῖον διαχόμενον. *Quod craſſum cum ſit venenum, quando poſtea potu madeſcit, celeriter movetur, humidius, ut vero ſimile eſt, redditum, & latiſſime diffuſum.* ſic interpres, nec male. Sed pro ἔπειτα δολόμενον, elegantius vetus codex, ἐπιδαψιλεύμενον πότῳ, *abundanter potu irrigatum.* Nam ἐπιδαψιλεύω eſt largiter & copioſe praebeo.

Pag. 485. Ἀλλά μοι δοκῶ, καὶ πρὸς Φειδίου μὴ δυσχερῶντι τὸν εἰκόνα θηλύθη ἔσαι, ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Benedictus: *Ac mihi videor, per Phidiam, ne hanc imaginem ferinam iniquo animo feratis, eodem modo erga vos affici.* Quid hic Phidias? Quis unquam per iſtum ſtatuarium juravit? Mſ. optime & certiſſime ἐπὶ φιλίᾳ, per Deum amicitiae & amoris praeſidem. Oſtenſurus magnitudinem ſui erga eos ſtudii per φίλιον Ζῆνα, cujus & alibi meminit, jurat, ſe illorum majore indies flagrare ſtudio, quo ſaepius eos videat, eo ſaepius videre deſideret. vide Suidam in φιλίῳ. At εἰκὼν θηλύθης eſt ſimilitudo a feris ſumpta.

Pag. 488. Palmerius conjecit legendum eſſe οὐκ ἀπορίαν πρὸς τὴν ποιητικὴν ἀπολογίαν. ſic editio Florentina: male in Mſ. & editis μυθολογίαν, ut recte doctiſſimus Palmerius vidit.

Pag. 494. In navigatione: Ὁ μὲν γὰρ ἄλλος κόσμος αἱ γραφαί, τὸ δὲ ἱστὸν παρόσιον πυρσωτόν. Salmurienſis, *Cetera enim ornamenta, picturae, veli paraſium flammeum.* Quid παρόσιον Graecis, Latinis *paraſium* ſit, quaerant quibus libet horas bonas perdere. Ego ex Florentina editione reſcribendum cenſeo τὸ ἱστὸν πρῳρίσιον πυρσωτόν. Nam πρῳρίσιον fuit ſumma pars mali, per quam funes traducuntur teſte Servio. Paullo poſt in hoc ipſo dialogo: καὶ πρὸ λαμπρὸν ἀστέρα, Διοσκόρων τὸν ἕτερον, ἐπικαθίσαι τῇ πρῳρίσῃ, *Stellam quandam ſplendidam, Dioſcurorum videlicet alterum, in carcheſio conſedisſe.* vide Polluc. l. 9. Macrob. lib. 10. *Navalis mali partem inferiorem pternam vocari. At circa mediam ferme partem τεύγλον dici, ſummam vero partem carcheſium nominari.* De τὸ πτέρνα & πρῳρίσιον idem notavit Pollux, ſed de carcheſio addit, illud aliter etiam dici ἀλαμπίτη, & θηρίκιον. Fuerant autem carcheſia picta & minio illita, ut flammei eſſent ſplendoris. Apul. xi. Metam. *Malus inſurgit, pinus rotunda, ſplendore ſublimis, inſignis, carcheſio conſpicua.* Sic edit. veteres. Sed recentiores: *ſplendore ſublimis, inſigni carcheſio conſpicua.* ſed quid ſplendor

dor facit ad ſublimitatem? Puto legendum: *ſplendore ſublimi inſignis, carcheſio conſpicua.* h. e. qui malus in ſublimitate, ſeu in cacumine ſplendet, conſpicuum carcheſium ferens. Catullus:

Lucida quæ ſplendent ſummi carcheſia mali.

Pag. 502. Dicit Adimantus, ſe, ſi ex voto diteſcat, curaturum ſibi ut in promtu ſint ſalſamenta ex Hiſpania, vinum ex Italia, oleum ex Hiſpania, μέλι δ' ἡμίπεφυ τὸ ἄπυρον, *mel vero noſtras ſine igne*, ut non male interpres, hoc eſt, mel Atticum quod ſine fumo colligebatur in argenti metallis Atticis, ut auctor eſt Strabo lib. XI, qui id vocat ἀκάπνιστον, alii ἄκαπνον, & Plin. lib. XI, 15. *Cum eximuntur mella, apes abigi fumo utiliſſimum, ne iraſcantur, aut ipſae avide vorent.* &c. *Rurſus nimio fumo inficiuntur, quarum injuriam celerrime ſentiunt mella, vel minimo contactu roris aceſcentia. Et ob id inter genera ſervatur quod acapnon dicitur.* Latini ſcriptores poſteriores appellarunt *mel ſine fumo*, ut docuit ὁ πάνυ Reineſius lib. III. Var. lect. 4. hoc vero noſtro eſt μέλι ἄπυρον.

Pag. 592. Scribendum vel puer videat, etſi Mſ. ſileret, εἰ τί τὸ ἀμαθὲς ἀπεπυραπωθήναι ἐμπεσὸν εἰς τὴν πυρήν. *quid prodeſt in pyram inſilientem conflagrare?* In vulgatis eſt contra τὴν γραμματικὴν ἐμπεσὼν.

Pag. 602. Καὶ οὐδὲν ἦν ὑ πίπηγεν ὑπὸ ℥ κρύους. Nemo non politior magis probabit editionis Florentinae ſcripturam: καὶ οὐδὲν ἦν ὃ μὴ πέπηγεν ὑπὸ ℥ κρύους. *& nihil eſt, quod non concrevit gelu.* ſed pro ἦν mallem ἐστί.

Pag. 615. Σὺν αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις βάκχοι γενέθλιοι. Non moverem huic ſcripturae controverſiam, niſi pro κυμβάλοις ſcribendum moneret Mſ. τυμπάνοις. Nam quamvis & cymbalis uſi fuerint Galli, tympana tamen propria erant Cybelae, & ejus ſacerdotibus. Hinc & ipſa Dea & illius Prophetae ſemper cum tympanis conſpiciuntur in antiquorum monumentis. Nota haec ſunt omnia.

Pag. 624. Μὴ ὁ σῖτος φθειρίζοιτο. Benedictus: *ne frumentum vermibus corrumpatur.* Nulla eſt vox apud Graecos φθειρίζω. ſed eſt diſpeſcenda, ut in Mſ. φθειρὲ ζίοιτο, hoc eſt *verme ſcateat.* ſed tamen puto legendum φθειρῶν ζίοιτο, ut alibi dixit Lucianus σκωλήκων ζίοντες, *vermibus plenus.* quamvis & φθειρὲ poſſit ferri.

Pag. 631. Γ' συδιαιτοι κρῆσιν. Syntaxis quartum caſum poſtulat. Rectius itaque Mſ. ἵνα συδιαίτωσι κρῆσιν, ὡς ἂν μὴ ℥ τὸν συδιαιτήσαντα αὐτὸν αἰτιάσασθαί τι. *eodem cibo illum excipientes, ut convictor nihil poſſit accuſare.*

Pag. 643. Καὶ τὸ ξιφίδιον ἐπιῤῥίψας πάλιν ἀφ' ἑ φυζαγωγεῖ εἰς τὸ ὕπαιθρον ἐ αὐλῆς. *gladium autem extemplo per feneſtras in aream projeciſſe.* ἐπιέπτον hic non poteſt locum habere. legendum ἀποῤῥίψαι, quod & Mſ. prae ſe fert.

Ibid. Ἐπικαλεῖσθαι τοὺς γείτονας, ὑφ' ὧν ἀκουσάντων τὸ ἠθέλον, συμῆναι αὐτόν. Benedicti interpretatio haec eſt: *vicinos advocaſſe, a*

quibus revulsa fera fuit servatus. Quid Graecis sit ἀναστῶν τὸ θηρίον & Latinis *refellere foram*, nec ego, nec quisquam norit, dixeritve. ne dicam ἀναστᾶν nusquam esse refellere. Notat quidem Bourdelotius ad hunc locum, ut apud Petronium, *tanquam cupientis exire belluae*, loquitur de Poëta Eumolpo, ut hic de tibicine. Sed haec sunt ἀνεξεδίαστα, & ad Lucianum illustrandum nihil plane faciunt. In Mſ. nihil est praesidii, in quo legitur quoque θηρίον, sed veram lectionem servavit nobis editio Florentina, in qua verissime legitur ἀναστάντων τὸ θυρίον, revulsis, effractis foribus, quas tibicen ille insanus occluserat, ut paullo ante Lucianus ostendit: τὸν δὲ παῖδα ἀναστάντα ἐπικλεῖσαί τι τῶν θύρων. *At illum statim surrexisse, & fores clausisse.* Hae fuerant a vicinis effringendae, ut posset Dionicus ex illius furiosi manibus & aedibus elabi.

Pag. 645. Ἡδὺς γὰρ ἐστι τῷ μειρακίῳ, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ σύνεστι. Benedictus vertit: *Iucundus enim est adolescenti, & cum ipso ad gratiam versatur.* inepte. verte *ad obsequium.* Sic enim Latinis dicitur per διφημισμὸν illud obsequium turpe, quo quis corporis sui copiam facit alii, ut Graecis χάρις. Plutarchus in Erotico: χάρις γὰρ, ὦ Πρωτογένης, ἡ ἐφ' ἡλικίᾳ ὄπωξις τῷ ἄρρενι πρὸς τὸ πάλαιον κίκλησκω. *Mi Protogenes, χάρις ab antiquis dicitur mulieris obsequium erga virum.* Sic & χαρίζεσθαί τινι est *consuescere cum aliquo.* Hesych. χαρίσασθαι· συγκοιμηθῆναι. λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ ὑπὸ συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι. χαρίσασθαι est *dare. Dicuntur enim mulieres χαρίζεσθαι quae ad concubitum sui copiam faciunt.* Hinc puella ἄχαρις, cujus flos virginitatis nondum est delibatus.

Pag. 658. De Dea Syria κεφαλὴ ἐκφύσα ἵππον. Id ipsum quoque docet Cyrillus lib. II. tom. II. in Esaiam, & Procopius in eundem Prophetam ad cap. 18, quippe cujus rei meminit Propheta in initio dicti capitis qui quod Lucianus vocat caput papyraceum, ajunt ollam fuisse papyraceam, cui Alexandrini injecerint epistolam scriptam ad mulieres Byblinas, qua significetur inventum esse Adonidem. Deinde obsignatam eam immisisse in mare quibusdam sacris ritibus adhibitis, &, affirmare illos qui mittant, istam ollam sponte deferri per mare Byblum, & finem luctus indicere mulieribus Bybliis. Has vero esse mulieres quas dicat Ezechiel VIII, 15. lugere *Thamuz* qui sit Adonis, uti observavit eruditissimus Seldenus de Diis Syris lib. II. cap. undecimo. vide & Bochardi Phaleg. IV, 2. tom. I.

Pag. 661. Χάσμα μέγα ἐγένετο. Similis narratio de tali voragine in templo Iovis Olympii Athenis, ut vulgo credebatur, a Deucalione extructo, in quam omnem diluvii aquam defluxisse narrabant, & in quam quotannis placentam e melle & farina projectam fuisse est apud Pausaniam in Atticis, & ex illo Octavius Falconerius, vir, doctrina & dignitate conspicuus, mihique natalibus, cum in vivis esset, peramicus, in nummi Apamensis explicatione, ubi plura de hoc diluvio habet, idque Noachicum fuisse ostendit, cui adstipulor, etsi de explicatione illius nummi aliter sentiam, de quo alias plura.

Pag.

Pag. 662. Ἄτης ἢ γάνδ᾽ λύδδ᾽ Vulgatius *Ἄτις* dicitur Luciano quoque in aliis locis. Hesychius notat Ἄτις a Lacedaemoniis vocari Ἄτλης, τὴν Ἄτταν φασὶ Λάκωνες. Pausaniae in Achaicis etiam Ἄτλης dicitur.

Pag. 663. Ἡ μισία μὲν γυνὴ] Haec culta fuit in urbe Phaenices Ioppe, alia ab Dea Syria, quae numen fuit Hierapolitanorum, mulieris formam prae se ferens, nihil piscis habens. vide magnum Salmasium in Plinianis exercitationibus.

Ibid. Καὶ ἐλεφάντων κέρατα] *Et elephantum cornua.* Vulgo *elephantum dentes* dicuntur, nimirum ebur. Id vero cornu esse non dentem contendit Pausanias in Eliacorum primo, & Aelian. IV. Hist. anim. 31. & XIV, 5. sic & in sacris litteris Apoc. XVIII, 12. cornu tribuitur elephanti, & Martialis lib. I. ep. 19, de elephante taurum interficiente:

Qui modo per totam flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas.
Occubuit tandem cornu potiore petitus
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

Sic istud epigramma legendum, vulgo sine sensu legitur, *cornuto ardore petitus.* Mss. *cornuto dore*, hinc facile videre licet scribendum esse *cornu potiore* hoc est fortiore, meliore cornu sc. elephantis, quam est cornu bovis.

Pag. 682. φυλάξαντες ἢ ἑπτὰ ἡμερῶν ἀριθμὸν. *Observato septem dierum numero,* Mf. *ἐννέα ἡμερῶν ἀριθμὸν. novem dierum numero.*

Pag. 686. Τὸν δὲ δεξιᾷ ἕστ τῷ Πτολεμαίων νεῷ. *Hunc in templo Ptolemaei ad dextram collocatum esse.* Mf τοῦτον Πτολεμαίου νεῷ. lego. Τὸν δὲ δεξιᾷ ἕστ Πτολεμαίου νεῷ, ut & legisse videntur interpretes. Ptolemaeus autem Philopator Homero templum dedicavit ut auctor est Aelianus Var. Hist. XIII, 22.

Ibid. Καὶ πέπονθε τὸ ἕστ τὸ δόλιχον νενικηκότι. Vertitur: *cui idem accidit ac illi, qui dolicho victoriam est adeptus* Cur non? *cui idem accidit ac illi, qui in stadio vicit.* Sic enim Latini loquuntur, qui ignorant vocem *dolichum.* Sic & statim καὶ σὺ δὴ μοι δοκεῖς νενικηκὼς τὸ δόλιχον τῶν ἴππων, inepte vertitur, *& tu certe mihi videris verborum dolicho devicto*, cum sit vertendum *& tu mihi videris in carminum stadio vicisse.*

Pag. 691. Μόνῳ γέ τοι τῶν ῥητόρων, ὡς ὁ Λεωσθένης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, καὶ σφυρήλατον πορεύσας τὸν λόγον. Benedictus: *Ac utique solus oratorum, ut Leosthenes dicere non dubitavit, animatam, non malleo fabricatam orationem protulit.* Quae fit *malleo fabricata oratio* doceant fabrorum filii: nobis, qui Musis operamur, ignota est utique. Σφυρήλατος λόγος laudatur non vituperatur. Plutarchus de oraculis Pythiae: ὥστε πολλὰ μὲν τὰ ἀποχρησμωδούμενα τῶν σοφῶν, τὸ γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ, μηδὲν ἄγαν ἀπὸ δελφῶν, καὶ βαυμάζειν ἐγγὺς ἥκιστα δοκῶ τὴν βραχυλογίαν, ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλατον ὄντα καὶ ὀλίγου δεόμενον ἔγκωμα, & quae sequuntur. *Sicuti praecepta sapientum*

quae proſcribuntur, noſce te ipſum, & illud, ne quid nimis, probamus & admiramur valde ob brevitatem, quod ſapientem & ſolidam complectantur ſententiam in paucis verbis, ſive ſine *verborum tumore*. Legendum itaque in Luciano, ut eſt in Mſ. ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον περὶ τὸ λόγον. *Vivam & ſolidam orationem edidit.* Vtraque vox qua laudat orationem Demoſthenis eſt tranſlata a ſtatuariorum arte. Signa enim vivere dicuntur & ſpirare, cum ſingulari artificis ingenio ſic ficta ſunt, ut videantur non ſtatuae eſſe, ſed viva animantia. Claudianus IV. Conſul. Honorii, quamvis ibi loquatur de veſtibus acu pictis:

Vivit opus, multaque ornatur jaſpide cultus,
Et variis ſpirat Nereia bacca figuris.

Σφυρήλατος, quae & dicuntur ἐλάτφυρα & ἐλατόφυρτα, ſunt ſolida, compacta, plena, non conflata. Plin. Hiſt. Nat. XXXIII, c. 4. *Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holoſphyratam, in templo Anaitidis poſita dicitur.* Eſt igitur σφυρήλατος oratio, ſolida, plena graviſſimis ſententiis, in qua nullus eſt inanis verborum ſtrepitus: cui opponitur *oratorum inanis ſententiis verborum volubilitas*, uti vocatur ab Auguſto.

Pag. 693. Γίγνεται ἡ ὑ Περικλέους. ἐκείνου μὲν γὰρ τὰς αὐτὰς ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πειθῦς, πάντες δῆθεν ἀκηκόαμεν, ἀλλ' αὐτὸν γε οὐχ ὁρῶμεν, δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φωνησίαν ἀδὴν ἔμμονον ἔχοντος, οὐδ' εἰωθότος ἐκπίπτειν πρὸς τὴν ᾠδὴν χρόνῳ βάσιμον καὶ κρίσιν. In hoc loco nihil ſani ſi attendas animum. Vertit Benedictus: *Hic ſatis erit eum cum Pericle conferre. Illius quidem fulgura, tonitrua, & ſuadelae quoddam calcar accepimus fama, ſed orationem ipſam non videmus. Vnde conſtat ejus nihil praeter opinionem ſtetiſſe, nec temporis probationem & judicium ſuſtinere potuiſſe.* Quam multa hic ſunt in Latinis infarta, ut ſententia naſcatur, quae in Graecis non habentur! quam multa male ſunt verſa! Primum ἡ Περικλέους, num eſt Pericles? Ἀπὸ κοινοῦ ex praecedentibus repetendum eſt γένεσις. *Sufficiet tibi Periclis* ſc. eloquentia, ſi conferatur cum Demoſthenis. Dein, πειθῦς κέντρον non recte vertitur *calcar eloquentiae*, ſed *aculeus*, quem infigebat animis auditorum ut recte Melanchthon. Mox, ἀλλ' αὐτὸν γε οὐχ ὁρῶμεν, *ſed ipſum non videmus?* quem nam? Periclem? non mirum ante tot ſecula placida compoſitum quiete: ſed nec de Pericle locutus erat; ſed de τῇ Περικλέους, de eloquentia Periclis; Itaque recte Mſ. & editio Florentina nec non Baſileenſis: ἀλλ' αὐτῷ γε οὐχ ὁρῶμεν. *ipſam non videmus*, ſc. eloquentiam. Nulla enim oratio ejus poſteris eſt prodita. Verba quae ſequuntur, obſcurius vertuntur: δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φωνησίαν ᾠδὴν ἔμμονον ἔχοντος. Salmurienſis: *Vnde conſtat ejus nihil praeter opinionem ſtetiſſe.* Pejus Melanchthon: *Quare conſtat eas praeter actionem, nullam habuiſſe ſolidam ac durabilem laudem*, ſc. orationes. Et ſic Latinus quoque Interpres videtur legiſſe.

ſiſſe. Num φαντασία eſt *actio*, quod Melanchthoni placuit? Pro ἰσχνὸς Mſ. ὡς ἐπὶ τῷ φαντασίαν μὲν ἴσμενον ἔχειν, ἀσθενῆ δὲν ἐξαρκοῦσαν. *quae praeter imaginationem nihil quod duret habet, quippe quae non potuit ſuſtinere temporis examen & judicium, quamvis* ἰσχνὸς ferri aeque poſſit, ac ἰσχυρὸν, hoc eſt, ex qua Periclis eloquentia nihil ad poſteros eſt tranſmiſſum, nihilque ſupereſt quam illa imaginatio, illa ſpecies, quam animo informamus, ac concipimus, de ejus fulguribus & tonitribus quibus miſcuiſſe Graeciam audimus, non legimus, non videmus, ut in Demoſthene: φαντασία, hic non eſt illa Oratorum, ὅταν ἃ λέγεις ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν. *Cum ſcilicet ea quae dicis, quaſi enthuſiaſmo & vehementiore motu correptus videris cernere, eademque auditoribus ob oculos ponere.* ut eam definit Longinus de ſublimi dicendi genere. cap. 14: ſed illa qua rem auditam cogitatione informamus, οἷον autem non pertinet ad φαντασίαν, ſed ad ῥητορικὴν.

Pag. 695. Παίσασι παῖ ζωγράφε. Veriſſime ingenioſiſſimus & amiciſſimus Menagius emendat παύσασι. Ejus emendationem, ne quid dubii ſuperſit, firmat Mſ. & editio Florentina.

Pag. 697. Οὐ Βοιωτίας, ἀλλ' ἴνδικόν τι πῦρ ἐμοῦ λαβόντος. Haec verba in Salmurienſi verſione ſic prioribus annectuntur, ac ſi Archiae eſſent, cum ſint Antipatri, quod recte vidit Philippus Melanchthon. Sed animanda ſunt interrogationis nota. *Non in Boeotia, non hic a me auro accepto?* eum ſcilicet potuiſtis capere vivum.

Pag. 698. Οὐ φυσίας καὶ πόλον ἔχοιμι. ſic quidem etiam Mſ. ſed Palmerius vidit ſcribendum eſſe πόλας, veriſſime. Sic clare Florentina, ut nihil dubii inpoſterum ſit relictum editoribus ad veram lectionem reſtituendam.

Pag. 727. Ποτὲ δ' ἄλλό τι τοιοῦτον ὑμᾶς ἀναφέρειν φαίνεται. *Interdum aliud quidpiam hujuſmodi vos auferre videtur.* Mſ. non male ἀναφέρειν δύναται. *vos auferre poteſt.* Sed illud etiam tolerari poteſt.

ADDENDA.

Pag. 379. ad indoctum. Εἰ μὲν τοῦ διαλεχθῆναι ἕνεκα καὶ παιδιᾶς αὐτὰ τεμαλίωνι, ἢ συμβάλλει τῶν οἴας νῦν τοὺς ἐξέτασιν ποιεῖσθαι; Benedictus: *Niſi inde conjicias quod arteſi ſint ac matili: tineaſque his dijudicandis in conſtitutis adhibeas?* Miror hoc vitii tolerari in omnibus editionibus. Atqui οἷς non ſunt tineae, ſed σῆτες. Nam quod non nulli ajunt οἷς quoque inveniri, ſaltem in caſibus obliquis, fallantur, & videntur hoc loco corrupto eſſe decepti. Gloſſae veteres: Σὴς, ὁ σῆψις, *haec tinea, robigo.*

Pag. 380. Κατὰ δὴ ταῦτα, ἴσχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὐτοῦ ὁ ῥήτωρ ἔγραψε. Vertunt: *ſi hoc es animo, age conquire quaecunque Demoſthenes orator propria manu ſcripſit.* Num χρὴ δὴ ταῦτα eſt Graecis *ſi hoc es animo?* Videtur ſcribendum: καὶ δὴ ταῦτα ἴσχε, *Habe ſane ipſa, conquiſitis quaecunque Demoſthenes propria manu ſcripſit.*

Pag. 380. l. 33. leg. ἐν οἷς διδασκαλίοις. Ibid. l. 35. hoc eſt, qui vivi.

IACOBI GRONOVII

Notæ ad

LVCIANI

Tomum II.

Pag. 11. Γραφικῶς συμπλεκθὶν &c.] Officio interpretum obscurissimus est hic locus, si quisquam in toto Luciano. Nam præterquam quod ille graphicus mos, quem ex Oppiano adoptat Benedictus, in Latino sermone sit nullus, vide quemadmodum hæc periodus contraria sit proxime sequenti. Quum enim nunc velint dici perexile esse tot formas & multiforme quiddam ex multis perficere (quod est una pictura diversum quiddam depingere) atque adeo id culpetur, in proxima intelligunt eum velle depingere omnium animæ virtutum unam imaginem & quidem ad archetypum, etiam, ut debet inde sequi, unum. At prorsus est adversa loquentis mens; qui quum præmisisset ἐπιδείξω δ' μίαν ἑκάστου εἰκόνα ἐκ πολλῶν συμπλέκων, pro defensione hujus suæ voluntatis interponit (*minus enim illud & ex vulgata pingendi consuetudine confectum foret, tot pulchritudines*, variarum nempe partium, *& multiformè quiddam ex multis perficere ipsum secum cerneret*, vel cujus multiformis imaginis singulæ partes ex præstantissimo sumptæ & simulatæ, de præstantia & imitationis perfectione dubium judicium facerent) pergit, quid facere velit, *sed omnes virtutes animæ, singulatim quaque imago*, (h. e. sic facta, ut integram picturam unaquæque virtus habeat.) *pingetur imitationem archetypi exprimens*. In proponendis animæ dotibus repudiat id quod pictor ille in corpore faciebat, qui ut Divam pulcherrimam exprimeret, ab hac puella sumebat exemplum hujus membri vel coloris, ab alia alterius, & sic varias pulchritudines in unam tabulam conferebat. Id in depingendis bonis animæ negat hic se sequuturum, & sic quoque illa omnia conjuncturum in una pictura, sed ex singulis separatam singulare imaginem effecturum. Καθ' ἑκάστην ἀρετὴν μίαν non debent per minorem distinctionem distrahi, sed conjungi omnes quatuor voces, sejunctæ ab præcedentibus & sequentibus, quæ apponuntur, ut in tomo primo pag. 530. dixit ξύμπαντες, ἐν τῷ μιᾷ ἑκάστῃ. Vbi vide nostra.

Pag 27. Τὸν Φοῖνα ἐξύπνου διδαχίνας Ἕ Λυγκέως] Hanc lectionem retinent omnes, etiam Latinis interpretibus offerentibus nescio quem *Iphnea*. Et cui iste talis auditus? manifeste apparet transpositas literas pro Φοίνα, ut optime adscripsit pater. Is notissimus in fa-

fabulari historia & quidem propter oculos, qui fuerunt excœcati.

Pag. 32. Ἀλλὰ καὶ σοὶς τοῖς ζῶσι ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν] Etiam in hac editione video admissum ineptissimum in versione errorem, quem ab prioribus acceperunt, *iis quæ in vita sunt*, quum & res ipsa & Græca postulent masculinum.

Pag. 41. Καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις] Erasmus: *etiamsi quis admodum leviter concupivisset*. Benedictus: *etiamsi vel minimum concupivisset*. Non agitur de levi aut minima cupiditate; agitur de pretio, quo quis noctem ejus redimeret. Itaque verte, *etiamsi vel exiguo quis vellet*, etiamsi tenuem aliquis mercedem modo dignaretur solvere. Innuit ipsam non minus oblectatam Venere, quam adolescentes, ut ideo vix aliquem repelleret, qui modo paryum quid vellet impendere.

Pag. 42. Διάβροχον ἤδη τοῦ ἔρωτος] Ridicule interpres uterque *jamque amore illaqueatum*, quasi nunc βρόχος in mentem fuerit Luciano. Verte *madefactum ac mersum amore*. Et quæso cur nunc aliter considerant, quam in Bis accusato. ὁ γὰρ πάλαι ἦν διάβροχος τῇ μέθῃ.

Pag. 43. Τίνα αὔλειον ἀπολείειν] Hic quoque, ut alibi, absurde vertunt *atrium occludi*, quum in dialogo Cochlidis & Parthenidis recte vertant ista κλῦσον ἡμῖν καὶ βοὴ καὶ ἡ αὐλὶς ἠνέῳκται, *domusque janua exterior effringitur*: sicut pessime de gymnasiis pag. 270. ἐν τῇ παλαίστρᾳ τὴν αὐλὴν reddidit Benedictus *in atrio*, quum Opsopæus accuratior *in aula area*. Sequente pagina vides minime verti Græca in illis ἦλθεν ὁ οἱ στρατιῶται παρῆσαν, *ut autem diluxit, milites aderant*, quod factum ab interpretibus, quia incredibile videbatur στρατιώτας officio lictorum functos, quum intelligendi sint prætores haud dubie accincti satellitibus & lictoribus. Stupidior ἀβλεψία est interpretis Salmuriensis in pagina vicina ναύκληρος ὁ μεγαλώνης scribentis *Chalcidensis nauclerus*, quod omnino in hac editione mutari debuit.

Pag. 45. Καὶ μετ' αὐτῆς Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα. καὶ τοῦτον ἐπαίρειν αὐτῇ] Videntur mihi enervare hunc loquendi modum, dum sic distinguunt, & vertunt, *& cum ipso Damon Chalcidensis, ejus amicus*. In his certe nulla significatio vocum καὶ τοῦτον. Distinguo & verto, καὶ μετ' αὐτῆς Δάμωνα, τὸν Χαλκιδέα καὶ τοῦτον, ἐπαίρειν αὐτῇ, *& in eis Damonem, hunc quoque Chalcidensem*, (æque ut Euthydicus) *amicum ejus*. Sic solent, quum duo in eodem conveniunt.

Pag. 48. Ἀ δὲ πολλὰν πίντε, ἀν εἶχε] Toto genere confusus & absurdus in his est interpres posterior. Ita enim videsecum vertisse, ut dicat filiam datis quinque talentis quæ habebat elocavisse. Quæ talia plane non sunt in Græcis; & si dedisset in hanc rem talenta quinque, profusus fuisset, non diligens in distribuendis hæreditariis bonis; ex quibus sic nihil reliquum supermansisset. Longe accuratior Erasmus: *& matrem alit Eudamida, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis quæ possidebat, duobus in proprie sua dotem, duobus in amici filiam erogatis*. Atque ita superat

erat talentum unum in alimenta matris Eudamidæ, ſapientiſſima ratione.

Pag. 49. Τοῦτο σοὶ τὸ ζητῆσαι ἀποδύεσθε] Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret*. Id Salmurii futiliter degeneravit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt ſpero poſteri.

Pag. 51. Ἀναπλεύσας δ' ἐς τὸ Νεῖλον ἔκτον ἤδη μῆνα] Adſumpſit ab Eraſmo Benedictus *ſextum jam menſem adverſo Nilo navigabat*. Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, qui non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum ſex menſes in iſta peregrinatione conſumpſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea cœperat navigare in Nili alveo abhinc jam ſextum menſem. Κατὰ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Iove Tragœdo ſcribens, τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται, & πως τὸ μὲ ἤδη κατὰ ῥοῦν ἐσχηκοῖ τοῦ Δάμιδι.

Pag. 60. Διηρθρώσει τὰς ἀγκύλας] Iamdudum notatus & agnitus hic locus viris doctis, a quibus moniti interpretes non debuerunt perſeverare in mala interpretatione *denſatis telis*, quod potuit quidem fieri, ſed non ſunt ad ſenſum Græcorum exprimendum. Debuerunt *ſublatis*, quum manibus levaſſent haſtas velut transfixuri, quod fieri ſic ſolet. Vtique pag. 70. Ἥλατο δὲ πολεμίοις κατὰ δηρθρώσεως non interpretantur *denſato*, ſed *ſublato gladio*. Eadem pagina non intelligo cur voces eas κατὰ τύπτει Ζίριν ἤγουν iidem reddant *idque quum temet dedideris*; quum qui ſic venit, & pronunciat Zirin, paulo ante dixerit venire quaſi ſoluturum λύτρα, non ob ſe dedendum.

Pag. 71. Ἡμεῖς μὲ οὖν κατάγωγήν τινα ἐπὶ τοῦ λιμένος ἐποιήσαμεν, καὶ ἐκ πολλοῦ ἐς αὐτὴν μεταπεμπόμενοι ἐφορτίζομεν] Ad hæc ita notavit Pater. Vertunt jam ab Eraſmo *res quaſdam importatas in portu ſpectaſſemus, in eumque è navi ſubduxiſſemus, emimus*. Immo κατάγωγήν, κρυπτόλυμα, παιδικῶν, οἴκημα, quod ſibi viderunt, conduxerunt, compararunt & eo ſarcinas depoſuerunt ipſi ἀγορεύοντες, hoc eſt, in forum urbis profecti. Heſych. ἀγορεύειν, ἐπὶ ἀγορᾶς πορεύεσθαι. Ariſtophanes Ἀναστρέφῃ pag. 860. Lugd. edit. Ἀγορεύσω τ' ἐγὼ τοῖς ἄλλοις ἰέναι Λεωγόρωνι. Thucydides lib. VI. pag. 214. Καὶ ἐπιβάντες ἠγόρευον ἐς τὸν πόλεμον, ubi Scholiaſtes perinde ut Heſychius interpretatur. Herodotus Melpomene cap. 78. ἔχων δὲ ὁ τοιοῦτος Græcam veſtem, ἀγορεύει. Et cap. 164. καὶ μιν Βαρκαῖοί τε ἄνδρες πρόξενοι ἀγορεύοντα, κλείουσι. Euterpe cap. 35. Ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγορεύουσι κατὰ κάπηλεύουσι, etſi hic vertant negotiantur.

Pag. 78. Ἡ Πάλλαντος ἄγχι με κατὰ δίκτυνά μοι κάλλιστον οἴκημα] Interpretes omnes *eſſenſaque domo pulcherrima*. Immo, ut commo-

modissime notavit pater, ἡσυχῆνα, ut præcessit, cubiculum & locum dormiendi. Sic δωμάτιον pro cubiculo etiam. Vide Casaubonum ad Theophrast. pag. 263. Et occurrit aliquoties infra. Sed notabiliter pag. 112. οἱ μὲ θεράποντες, αὐτὸ μὲ πλησίον ὡς ἓξ δωμάτια ἐκάθευδον, ubi inepte vertunt *in propinquo vestibulo*.

Pag. 79. Ἐγὼ Ἀβρέα εἰμι, εἴ πω τῆ σῆς μητρὸς φίλη ἀκούεις] Intelligunt, *ego Abræa sum, amica si qua unquam fuit tuæ matris*, quum non videantur eam adeo arcta conjunctione vincire voces Græcæ, quæ simpliciter sonant, *ego Abræa sum, si quam matris tuæ amicam* forsan *audis* vel audisti eo nomine, ut poëta, *Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures Belida nomen Palamedis.*

Pag. 80. Ἡ δὲ, ὀσφῦς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται. μακρά & ὕστις σὺ τῶν σὺ εὐβάψαθ. ἡ δ' σφόδρα γε &c.] Vertunt, *Tum illa, lumbi mei agiliter moventur.... Illa impudens & vultu grata puella, Fugerit, inquit, adolescens.* At non potest ab Luciano venisse hic ordo narrandi, ut illud ἡ δ' duas periodos se invicem sequentes inchoet, ea notatione, ut significet personam loquentis. Et quæ ista sui laudatio est? Immo etiam hæc ineptia non latuit interpretes, qui non bis vertunt *Tum illa*, quod facere debuerant attenti Græcis. Præclare has turbas sanavit ac restituit pater, ἡ δ' ὀσφῦς σὺ μ' ὑγρῶς ἐπικινεῖται. μακρά & &c. ut sint verba laudantis juvenis, dicentisque *lumbi quidem tui agiliter mov.* Sic omnia hæc plana. Verum sequentia mire administrantur illa, κὴ τ' ἀπὸ τ' θεραπείας ἀδύνης ἡδυσμένον ἀεὶ ἀνίξη, ubi Basileenses vertunt, *cujus curam haud facile sustinebis*, Benedictus *cujus curationem haud facile sustinebis*, quæ nihil faciunt ad scopum & plenam captato lusu Palæstræ enormitatem. Pater adscripsit, F. ἡδυπᾶς. Vertebat igitur, *& ab ipsa curationis voluptate irrigatus semper sustinebis.* Nisi plane oxymori speciem in vulgata lectione agnoscere velimus, & ab ipso curationis dolore irrigatum dicat, ut licet dolore plenus & miser sit, semper tamen adhuc velit: quod judico verissimum.

Pag. 81. Τὰ μὲ ἄλλα γυμνὰ καθ' αὑτὰ] Placet interpretibus vertere *alia suis peculiis exuta.* Quid igitur? an non & λελυμένα quoque sic erant? Certe: sed illis λελυμένα videntur dictæ, non colligatæ in sertum, quod mihi non probatur, & opinor hæc tria genera sic debent intelligi, *alia sic nuda ut nascebantur* atque adeo integræ, (ut Athenæus lib. 14. scribit ἀμύλας dici τὰ διάγματα τ' κεφαλῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ.) *alia soluta* foliis non amplius cohærentibus sed abruptis, *alia in serta plexa.* Sic certe procedunt Græca. Paulo post pro ἔρδοντ τὸν συμπότην pater annotavit πρὸ συμπότην; & sane sic jam habent interpretes.

Pag. 83. Πρῶτον δὲ κατὰ λόγον ὡς ἄμμα σφίγγε] Quum in Basileensi editione harum vocum versio esset prætermissa, Benedictus reddidit *primum in nodi modum, quod ajunt, constringe.* Vt laudo curam, sic quale dicterium possit esse ἄμμα σφίγγειν, quæ sunt

voces simplices, non capio, nec memini sic legisse. Sed neque τὸν λόγον ita sumitur ab Luciano, ut patet ex Icaromenippo, Κατὰ λόγον οἷμαι ἡ Ἀτλὴν πονεσημόρεον ἦν. Et alibi. Aliud est τὸν δ' λόγον. Itaque intellexerim, *primum ut ratio exigit*, vel pro more luctandi, *velut nodum stringe*. Hinc enim incipiebant luctæ, ut constare potest vel ex initio libelli de Gymnasiis, τὸν ἴσιμον οἱ νέοι ποιῶσιν, οἱ μὴ αὐτῶν ἀφεστηκότες &c. licet hæc quoque sit certa species luctæ.

Pag. 84. Καὶ ἡ δέσποινα βάσκανος ἄκρα τυγχάνει εἰς τὰ αὐτῆς τέχνα] *Sed hera mea fascinandi artem callet*. Sic Benedictus, quum tota hæc periodus omitteretur in editione Basileensi. Itaque ut negligentia hujus contraxit culpam, ita ille profecto ab ea liber non est, remotissimus ab sensu Luciani, qui exigit, *sed hera mea valde invida est erga artificium suum*, & studiose abscondit, nec sustinet, ut quisquam ejus fiat conscius aut particeps.

Ibid. Πέπαλε πῶς τὸ ἐρώμενον] Non capio, quam vere Benedictus nunc verterit *ad suum amatorem*, quum pag. 86. ea voce reddiderit ἐρωμένην. Vtique prudentius in Gallo pag. 181. puto ab eo verti *amasium*. Est enim in Græcis differentia.

Pag. 90. Ὁ δὲ ἁπαξ κἀκεῖ τὸ θάνατον ὀρχούμενος] Captavit, ut patet, elegantiam notabilem in loquendo Lucianus, quam vide ut obnubilent interpretes. Basileenses *mors illi attulit laborum finem*, læviſſime. Benedictus *ille vero infra delabebatur moriendo subsultans*, quod sane contingit pluribus morientibus, etsi non cadant præcipites. Verte simpliciter *ille deorsum abibat mortem saltans*.

Pag. 102. Τοῖς ξίφεσιν ἐπιμένουσι τὰς πήχεις] Non debeo hunc locum inobservatum prætermittere, quia sunt eædem voces in eadem materia, qua annotavi in tomi primi pagina 475. nec tamen nunc πήχεις aliter vertunt, quam *lacertos*, quod illic quoque volebamus. Verum nescio quî intelligantur hæc præcedentia, τὰ κεφαλὰ κατόπιν ἐκ τοῦ αὐχένος ἐλίσσοντες, ubi Basileenses, *caput subtus guttur ligantes*, Benedictus *depressa cervice caput torquentes*. Nihil horum probari potest, & Græca exigunt *inferne ab cervice caput versantes* ac torquentes, ut nempe cervix cum capite videretur in omnem partem converti.

Pag. 112. Εἴτι καὶ ἀνύσει τι ὠφέλιμον ἐξ ἐμοῦ, εἴτε καὶ μή] Benedictus *sive aliquid, sive nihil ex me faceret*; ut voces palam & caute sequitur, ita sane evertit omnem sensum, qui nullus in his est. Basileenses *quæ parum curans mei jacturam* &c. quos verissime adsecutos censeo mentem auctoris. Nam ἀνύω prorsus idem hic est, quod ἀμελέω perdo & detero, parum curans, *si quam mei partem illa imminueret* ac corrumperet, *nec ne*.

Pag. 137. Οὐδὲν ἄλλο, ἢ μηδὲ ὅλως ἡμᾶς εἶναι λέγων] Opsœus *breviter, nihil aliud quam in universum nos non esse*; quæ quidem singula unde colligat, præsertim primam vocem, non video. Itaque Benedictus omissa illa *nihil aliud quam nos non esse dicens*. Atqui ipse

ipse auctor & nunc & in principio testatus est multa ab eo dicta esse de providentia. Rursus ii nihil aliud quam deos non esse dixit, non probavit igitur, atque ita nihil profecisse diceremus. Sed certe & probavit statuas fictas ab hominibus, & ipsum Iovem fuisse hominem. Sane parum videntur percipere loquutionem Luciani, qui innuit, sic eum probavisse aut ἀθεότητα Deorum aut non-providentiam *non secus ac si prorsus nos non essemus*, dicens homines de diis cogitare debere nihil aliud quam si penitus non essent.

Pag. 142. Ἀλλ' ἐ σε χρὴ τὰ πιστὰ ἐφίεναι] Ridiculus est Benedictus, quum ab Opsopœo verbum Græcum vertente per Latinum *permittere* sic abit, ut putet id notare *mandata dare* vel *injungere*, quum in Toxari pag. 58. χρὴ ἐφεῖναι δὲ τὸ μίσγειν ἄχει τζιὼν ἐς τὰς συνήκας αἰσίνας ipse clare viderit recte id verbum ab Opsopœo sumptum esse.

Pag. 144. Δάμιν αὐτοπεσούσαν καὶ δ' αὐτὰ λέγειν] Nescio utrum Opsopœus omiserit rectius secundæ vocis interpretationem, an festinationem suam indignius prodiderit Benedictus, non satis considerans vim ejus & ideo interpretans male *præsentem*. Nam æque præsens futurus erat Timocles, si advocato suo ad aurem adstaret. Efficacia utique Græcæ vocis longe alia & major est, & satis ab viris doctis explanata, & hic ideo difficilior ad exprimendum Latine, quia ipse Lucianus per sequentes voces δ' αὐτὰ eam explicuit. Certe tamen notat eum & aperta facie & sine simulationis velamento & proprio ore atque ingenio dissertaturum, ut αὐτοσχεδιάσαντα καὶ in Timone pag. 76. edit. Salmur. tum ob alios respectus, tum cui αὐτοσχεδίου abest. Infra in Gallo simile occurrit, ἅπαξ που ἡ φήμη τὸ Δαιδίνη αὐτόφωρον ἐμαντεύσατο.

Pag. 145. Κόμη ἀνασεσεμμένη] Non poterat Benedictus vocem minus huc aptam excogitare, quam qua usus est *crispata coma*, quæ nihil ad vaticinantes. Basileenses clarius *comarum semet erigentium horror*. Horrentes enim & jactatas comas in vatibus agnoscunt Latini. Heliodorus libro III. dicit πίπτει κόμαν ἀφειδῶς καὶ τὰς κατ' ὤχρας μισόμωρον.

Pag. 146. Μακρὰν χαίρειν φεύγοντας τοῖς πρωΐς] Solet auctor dicere μακρὰ, idque videtur convenientius. In Asino. καίτοι τοῖς ὀθνειοτέροις κεφαλίοις μακρὰ χαίρειν λέγων. In Gallo. ὁ Ἀχιλλεὺς ἔπαθε μακρὰ χαίρειν φεύγοντος τοῦ χειμετίζειν. Pagina tamen 229. μακρὰν χαίρειν τοῖς πάνυ φεύγουσιν.

Pag. 147. Ἐπύγχανον μὲν ἄρτι χαλκεύοντα, ὑποπεπτωκότα τὴν μετάφρενον] Vt mirifice gessit se Lucianus in commentanda hac loquutione, sic mirifici quoque fuerunt interpretes tum in ea contemplanda, tum Latine exprimenda. Nam quum vertunt *cum ad porticum jam fabricarer animus*, passivo intellectu, ut patet ex sequentibus, rem fortasse perhibent, sed non appropinquant Græcis, quæ sunt activa, notantque *ærum fabricans* vel fingens *æra*, & ideo

ideo *obductus pice pectori & tergo*. Quod quum de ſe jactat hic in ſtatuâ Hermagoras, ultro ſatis intelligendum præbet id fieri per fabros ærarios. In ſequentibus verò & vana & nulla in Græcis mentio balthei, & omnia ſic vertenda ſimpliciter: *thorax autem ridiculus* (utpote ex fragili materia & nullius munimenti) *corpori circum allitus appenderet arte imitatrice omnem aris colaturam impreſſam habens.*

Pag. 149. Ἔτι γὰρ καὶ ἄλλως ἐξάρθρου] *Contingit enim, ut hæc incepta ſint* Benedictus: *jam enim alias incepta ſunt* Opſopæus, quæ ſanequam non efferunt vim loquentis. Verte. *Poteſt enim eſſe ut aliter* (quam ſcilicet munere providentiæ) vel *temere* & fortuito *incepta* &c. Nec verò in præcedentibus illa αὐτό που τὸ ζητούμενον συναρπάζεις interpreter aut cum Benedicto *tu quidem quæſtionem corripis*, vel cum Opſopæo *tu quidem quæſtionem diſcerpis*, ſed pro argumento latenter arripis & producis id ipſum quod quæritur, & ſic fraudem facis. Et niſi fallor, hunc locum innuit eumque ſic exponendum putavit Henr. Valeſius in poſtumis ad Harpocrationem pag. 145. Quin etiam mox Benedictus temere omiſit in verſione καὶ ἐπαινῶν; at rectè Opſopæus *ac laudibus efferas.*

Pag. 163. Ἠ ἐγκλεὶς, δηλόν που φῶς τὸ ἔρωτα ἢ ἐνυπνία, εἴγε πεπνὸς ἂν &c.] Pater voci octavæ adſcripſit ὀνείρου, quum manifeſtiſſime appareat ex ſequentibus auctorem ſcripſiſſe vel in animo habuiſſe ſcribere maſculino genere: nec tamen ſequentia talia ſunt, ut ad τὸ ἔρωτα referri poſſint, ſed debeant ad ipſum ὄνειρον. Equidem hic locus ſimillimus eſt Livianis illis XXVII, 27. *L. Celius triplicem rei geſtæ ordinem edit: unam traditam fama, alteram ſcriptam, tertiam quam ipſe pro inquiſita ac ſibi comperta affert.* Vbi poſſem ſuſpicari τὸ ordinem veniſſe ex permutatis & contractis literis pro *rationem*. Sed ſimile exſtare video in Varrone lib. I. R. R. c. 12. *Sin cogare ſecundum flumen ædificare, cavendum ne adverſum eum ponas*, quaſi putaſſet ſe ſcripſiſſe *fluvium* vel *amnem*. Item in Vitruvii præfatione libri VII. *Itaque quoniam ſexto volumine privatorum ædificiorum rationes perſcripſi, in hoc, qui ſeptimum tenet numerum, de expoſitionibus exponam.* Cæterum ſequentia verba καὶ ὅσον ἔχων τὸ πλήσιος τὸ ὕπνου imprudenter & inepte vertunt *metaſque volandi præſcriptas habeat ſomnium*. Ita apud interpretes inſomnium habet metas volandi ſomnium; quæ quis intelligit? Lucianus de ipſo ſomno id dicit, & poſſe tamdiu circumvolare ſomnium, donec duret ſomnus, rectè & elegantiſſime ſtatuit.

Pag. 171. Ἐγὼ μὲ ἰδὼν σφοδρὸς] An non σφοδρὸς? Vt infra in hoc libello. ὥσπερ ὁ πάνυ πρόθυμοι, οἱ μὲ πάνυ σφοδρὸς.

Pag. 177. Σαπρόδην τινα, ἢ μεγαλόδους, ἢ πρεσμύωπα κεφαλίδιον] Quum ſic notabiliter mutet numerum Lucianus, iniqui ſunt interpretes, qui eum non ſequuntur, ut facit ſane & Eraſmus vertens *& manide piſciculo*, & Benedictus *vel manida*, quum Lucianus clare iſta nume-

ri

ri varietate ſubindicet unam mænida ad cænam ſatis non eſſe, ſed ſaperdæ non niſi mænidas pares eſſe. Vnde & brevem mænam dixit Martialis.

Pag. 188. *Α'κίρεκτα ἦν τὰ ἀκύπτερα*] Benedictus *celeres erant ſine cera penna:* At nulli bono iſtæ celeres. Itaque Eraſmus *citra ullam ceram erant penna.* Nec tamen id ſufficiat. Melius vertiſſent *ala* vel *penna volatiles.* ſic p. 193. *Περὶς ἄκροις τοῖς ἀκυπτέροις λαβὰς πνας τοῖς χροὶ ἐφηρμόσας*, imperfecte *ſummis pennis.* Vide ad pag. 647. tomi primi.

Pag. 191. *Τῶν ὡς τοὺς ἐνὸς αὐτῶν διαλιχμῶν κατηγνωσεν*] Apparet prorſus Eraſmum, quem ſequitur Benedictus, legiſſe *αὐτῷ*, quod omnino requiritur.

Pag. 194. *Πάμπολυ τῶν νεφῶν ὑπεραίρας*] Quomodo aut hæ voces Latine reddi poſſint *plurimum nubium emenſus*, aut ſi poſſent, quid huc facerent, nullus unquam potui capere. Itaque putavi fabulatorem innuere, *quum plurimum è nubibus attraxiſſem*, atque nimia uviditate gravarer.

Pag. 200. *Η' Α'χαρνῆσι πληγὰς κακὰς*] Puerilem ſane plagam merentur interpretes licet viri doctiſſimi, tamen teterrime in omnibus editionibus hîc de Acarnania ſomniantes: tanquam Acharnæ, regio Attices, adeo carbonibus ſuis fit obſcura, ut debuerit ab illis ignorari.

Pag. 203. *Ἐδόκει μοι ὡς εἶχον εἴσω παρελθεῖν*] Benedictus *mihi ut habebam illico videbar ingreſſurus.* Quanto rectius & elegantius Eraſmus *mihi viſum eſt protinus ita ut eram introire.* Notiſſima formula tam Græca quam Latina.

Pag. 205. *Καθίσας ἐν ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πρώτῃ*] Quum vox poſterior non poſſit alio referri, quam ad *ψυχήν*, opinor longe melius intellexiſſe Eraſmum *cum ad primam conſediſſet*, quam Benedictum, *quarum in prima ſedens*, quod ille haud dubie ad ſellam retulit abiens ab Græcis, quod non oportuit.

Pag. 221. *Λόγων τῶν δημωδῶν ἅλις ἔχομεν, ὁπηνίκα τὸ Α'ρείῳ πάγῳ δικαζόμενον ἀκούσῃ*] Non conſtat his conſtructio, & corrigendum ex Baſileenſi *ἀκούσῃ π.*

Pag. 226. *Α'δελφὴ τῆς παρούσης δίκης ἐστὶν*] Ab Eraſmo Benedictus accepit *quaſi quædam ſoror præſentis cauſæ eſt*, captata elegantia, ut mihi videtur, præter mentem Luciani, qui ſi tale quid intellexiſſet, ſcripſiſſet quoque *ὥσπέ τις ἀδελφὴ*. Sed nunc ſimpliciter *ἀδελφὸν* ei ponitur pro æquali & ſimili, ac plane ut infra, *ἐφηρμόσθαι γάρ τι καὶ τοῦτο ἔοικεν ὄνῳ*.

Pag. 259. *Ὥστε ἐδόκει τί μοι δικεῖς χαριζόμενος τῇ σαυτοῦ τύχῃ κατεψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν*] Apparet quidem hæſiſſe in hoc loco Benedictum, dum quæ nimia attulit Opſopæus, amputare conatur, ſed dum expedire ſe ab ejus interpretatione penitus nequivit, nihilo magis lectorem adjuvit, quam fecerat prior, qui ſic interpretatur, *quibus per Iovem nequaquam voluntas erat hac illis illudendi gratia*

ex-

exprobrare, ſicut tibi. Itaque parum gratia arti tua conciliare videre, tantos viros falſis contumeliis afficiendo. Ex his omittens Benedictus illa *ſicut tibi*, ſequentia reddidit *Itaque parum gratia arti tua conciliare videris contra viros hoſce mentiendo.* At quæſo quid eſt, quod in illis hic paraſitus mentitur? Vtique in præcedenti periodo teſtatur ſe hæc eadem audiviſſe ab viris bonis & fide dignis nec ob ullam cauſam ſuſpectis mendacii in iſtis hominibus. Hinc certe & in noſtra periodo aſſentitur paraſito, contra quam interpretes volunt. Nam manifeſte Græcæ voces hunc ſenſum efficiunt, *ut adeo nihil mihi videaris, gratificans tuæ arti, in illis viris mentiri.*

Pag. 263. Ὡς ἄξιον γε φιλοσόφου νεκροῦ ἰδεῖν] Aliter videntur legiſſe interpretes, dum reddunt *adeo ut indignum ſit facinus*, aut certe intelligunt aliter. In quo dubito an audiendi ſint, & non potius Lucianum intelligere debeamus, ac ſi dicat, adeo ut ſit operæ pretium, ut mereatur & dignum ſit huic adjacens philoſophi cadaver adſpici, ob maximam inde exſtituram diverſitatem.

Pag. 265. Ὥσπερ τὸ μάλιστα νῦν ἐδικάσατον φιλοσόφων (περὶ μὲ γὰρ τῶ ῥητόρων τί δεῖ λέγειν;) ὁ μὲ δικάζων ἄλλω ἄλλοις ἐπ' αὐτῇ ἐάλω] Sic concipiendus hic locus, ut egregie diſtinguitur in editione Baſileenſi, & verſio ſimplex optime ſatisfaciet omiſſis illis ineptiis, quas abunde nimis adjiciunt interpretes. Verte. *ita ut celeberrimorum hoc tempore philoſophorum (nam de rhetoribus quid opus eſt dicere?* qui ſcilicet in foro & cauſis habitant, quod philoſophus non promittit, & ideo abſurdius ſit, quod dicet) *alius quidem in cauſa ſedens ut judex, in largitione fuerit deprehenſus, alius vero* &c.

Pag. 293. Ἐπὶ πυρὸς καὶ λύχνου] Quia video tetrum errorem ex Salmurienſi editione in hanc propagari, putavi monendum male in Latinis legi, *ut in igne & ligno uſu venit*; quem ſi modo attendat, quilibet facile corrigat. Paulo poſt non ſufficit verſio eorum ὃ γὰρ ἂν ἰσχυρᾶς οἰκοι τὴν ῥίζης ἀναφύσῃ, ubi Latina habent *neque enim ab altius acta radice productum fuerat.* Neque enim in ellychnio id procedit, quod poteſt eſſe longiſſimum, ut altiſſime demittatur, nec tamen erit ἰσχυρὸν, h. e. denſum, robuſtum, ut tantam ex ſe præbeat flammæ materiam, ut flatus non extinguat: ῥίζα autem τοῦ φωτὸς τοῦ λύχνου eſt principium ipſius ellychnii. Aliena eſt hic conſideratio radicis in arbore & frutice.

Pag. 300. Ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακοῦ ἐστι] Iam notaverat Cognatus Æacum eſſe Iovis filium, Plutonem vero regem dixerat ſupra Lucianus fratrem Iovis. An hinc ergo non ſatis debuerunt moneri interpretes, ne verterent *Æacus eſt regis patruelis*, nec Æacum & Plutonem facerent patrueles, quum alter ſit patruus, alter fratris filius? Immo ipſa Græca vox debuerat eos admonuiſſe.

Pag 301. Γλαυκῶν καὶ τῶν χαίτας διϊπτάμενον] Vertunt, *allatrans territoſque in ſpecum redigit.* Immo plane contrarium indicant Græca, ut non tam redigantur in ſpecum, ſed abigantur, deter-

terreantur ipso specu, non scilicet tartareo, sed oris Cerberei, atque adeo verti debebat *& ritu* vel hiatu *deterrens*, nempe ab tentanda ulterius fuga.

Pag. 308. Τὸ σημεῖόν τοῦτο ἢ πάνδημον ὄνομα] Hæc duo in unam rem coire omnino nequeunt, & latet certe aliud, quod ex vetustis libris exspectandum. Interim solitus fui hic legere πάνδεινον, quod vocabulum in Philopseude quidem usurpat auctor ad malum πάνδεινα πάσχειν ἱερόσυλον ὄντα, sed in bonum occurrit & quidem in hac ipsa materia in Rhetorum præceptore πάνδεινόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστήν.

Pag. 311. Ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω] Augent interpretes *in eminenti solio sedet*. At non utique, quum sic loquuntur Græci, de solio intelligunt: & ipse paulo ante citatus Cebes, quum de Beatitudine agit, ὑψηλὸν agnoscit non de solio, sed de loco, ubi illa fingitur morari, & in illo ὑψηλοῦ, quod statuit esse ἀκρόπολιν τῆς εὐδαιμονίας, ista κάθηται ἐπὶ βρόνου ὑψηλοῦ. Denique Lucianus non respexit ad solium, sed ad situm loci, unde mox inquit. ὡσοὶ δὲ οὐ ἱερᾶς, ἐπιθυμοῦσι δηλαδὴ ὀπτάζεσθαι γενέσθαι ἐπὶ τῆ ἄκρας, quæ quidem ἄκρα non est demonstrata nisi in solo hoc ὑψηλοῦ, ita ut mihi certe videatur temere addi vox tertia.

Pag. 323. Μητρὸς ἢ ἀκεσίας ἐπ' ἀμφοδίᾳ τινος] Puto ab eodem errore hæc corrupta esse, qui tomo 1. pag. 400. fecit ἐπ' Εὐφρανδίων pro ἐπ' Ὀφρυνδίων. Certe enim vulgata non satis bene se habent, quæ quidem fient optima, si legas ἀκεσίας ἐπαμφοδίᾳ τινος. Nam Lucianus gaudet quoque commentis talium vocum. Sic & initio Herculis Gallici agnoscit ἀπαπραξείας, licet hi apud poëtas præcipuos quoque exstent. Sed maxime miror, cur mox illa συνοῦσι τοῖς καταδεδεμένοις καὶ γλιχομένοις ἱερᾶς interpretentur *cum infelici, suavi tamen amatore*, quum certissime talis fit insuavis, & putidum est hæc corrigere, quæ nullius, nisi horum interpretum, oculos fugere possunt.

Pag. 328. Σπαρτούς τινας ἀναβεβλαστηκότας] *Sativos quosdam progerminasse*. Ita interpretes. Sed ab Latinis hos eosdem æque ac ab Græcis Spartos appellatos fuisse discimus ex fragmento Varronis, & ideo non debuerunt boni viri appellationem celebrem & propriam sua versione obscurare. Idem occurrit tomo 1. pag. 802.

Pag. 335. Ἐν Γλαυκίᾳ τῷ Ἀλεξικλέους] Video verti *in Glaucia Alexicli filio*. At tales hi interpretes debuerunt quoque lectori demonstrare, quid in eo factum fuerit; quod quidem in hac relatione prorsus nihil dicitur. Quid enim aliud, quam retinuit semel conceptum amorem, donec potiretur amato. At hæc omnia, quæ narrantur, contigerunt in domo Glauciæ, ut patet ex duobus locis, vel dum hic adjutor dicit se ἄχρι οὗπερ μόνον ἐσῆλθε αὐτὸν & quod tum hic dicitur βόθρον ὀρύξαντες ἐν αἰθρίῳ τινὶ τῆς οἰκίας nempe ejusdem, vel quod tandem ipsa Chrysis ἐπὶ τὴν πύλην τὴν θύραν καὶ εἰσελθοῦσα versata est cum Glaucia. Itaque ἐν Γλαυκίᾳ nunc accipe, ut circa finem harum

rum insaniarum τὸν Ἀμφιλόχου, τὸν Εὐκράτους. Præterea viri docti, qui Lucianum publico dederunt, vereor ut bene contemplati sint libros scriptos, dum eum, quem nunc dicunt filium Ἀλεξικλέους, mox ab Luciano scribi faciunt, quasi patrem habuerit Ἀναξικλέα; ex quibus verum eligere sine auctoritate vetustatis nequimus.

Pag. 349. Καὶ εὐθυπρεπείας ἐς τὰ κρύπια μεμιμημένους] In Salmurienſi editione ſimul & in hac ipſa vitioſe edi video in Latinis *ac perſonis in capitis adfictis*, ignorans utrum ſic præſes ejus & editionis & verſionis de induſtria ſcripſerit ac interpolare voluerit Th. Mori verſionem, an eam ipſam retinere, quæ eſt *in capita*, ut ſit typorum error. Certe neutrum placet. Neque enim Græca id modo volunt adſumſiſſe eos perſonas vel larvas in capita, ſed clare ſumpſiſſe larvas tales, quæ in ſpeciem ſimul & formam cranii vel calvariæ vel diu mortui capitis fictæ eſſent.

Pag. 351. Ἀλλὰ διότι ἡμῖν ἐπλεσθήνας τὸν οἶκον ἐπαγλαμένου] Et quæ venuſtas in hoc Luciani ἐπαυδίῳ, quod tamen nunquam his narrationibus niſi venuſtiſſimum ſubjicit, reſidebit, ſi claudatur domus aquâ referta? Immo an claudi poteſt? Periit omne auctoris ingenium, quod reſtitues ſcribendo ἐπλυνθῆναι, ſed, inquit, oportebit domum horum aquariorum hauſtu refertam mergi & inundari. Res ipſa dictat.

Pag. 355. Οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος] *Non quod aliter hiſtoriam edere velim.* Sic Salmurienſis. Sed per Muſas! cui bono hic illud *aliter*? Immo, *non quod temere* & futiliter *hiſtoria narratione me oſtentare volo.*

Pag. 357. Οὐ ξυμβαῖνον κατὰ θάτερα εἰς ὑπερβολὴν πεπονθὸς] Reddunt interpretes, *quem ex utraque parte mirum in modum humilem accipiens*, ut apparet, non animadvertentes, quemadmodum ipſi evertant prorſus hanc ſuam narrationem. Si enim fuit talis, hoc eſt, ex utraque parte humilis, quomodo fuit acclivis? Vtique ſic debuiſſet addere auctor acclivem fuiſſe in medio. Sed clarius ſe deſtruunt per ea, quæ mox ſequuntur, quum ſtatuunt eum locum talem fuiſſe alteri æquatum: Cui illi alteri? an loco? non certe, nec enim plures loci agnoſcuntur, ſed unius modo facies deſcribitur. Quid quod in fine hujus ipſius paginæ ἑκατέρωθεν interpretantur *ex utraque parte*, & recte. Nempe ἑκατέρωθεν eſt in alteram partem. Nactus locum ab uno latere perquam humilem ac declivem, eum alteri lateri æquavit aggerando. In ſequentibus Latine reddendis difficilior ratio eſt. Dicit Lucianus ample ſatis, Κρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἅπασι τῷ ἔργῳ βαλόμενος, καὶ ἡμιτελῶν διὰ τὸν τῆς ἐπιβολῆς ἀσφάλειαν ἐμπιδυσάμενος. Id deſcribendi genus quum Salmurii proximum tautologiæ exiſtimaretur, vide quî compegerit & contraxerit ſua, *poſito operi firmiſſimo fundamento, quo ſuperſtructi adificii certitudinem confirmaret.* At religioſior in his Opſopæus æquare voluit Græca *firmamentumque munitiſſimum omni futuro operi ſubjiciens, fundamentorum poſitione ſubſtruendi adificii cer-*

vertitudinem confirmavit. Sed nos liquido & merito cenſemus hos floccifaciendos. Locus hic balneis fabricandis electus videtur fuiſſe prope rivum aut fontem, ad quem ſpectans alterum latus fuit declive, ut folet. Hunc locum adeptus Hippias planavit, *crepidinem* (vel marginem ripæ, qui extollendus erat) *quidem firmiſſimam omni operi ponens, & fundamentorum poſitione ſtabiliens ſecuritatem imponenda aedificationis.* Crepidinis firmitas vel maxime requirebatur, ne deinde preſſa ventrem faceret & extrinſecus paulatim cedens ruinam toti operi afferret.

Ibid. Πυλῶν μὲν ὑψηλὸς] Conſuetudo fere & ſenſus communis virorum inſignium tutos ab reprehenſione facit hos interpretes, dum πυλῶνα vertunt *veſtibulum*: ita ubique id fieri deprehendo. Sed quæ ſimilitudo Græci πυλῶνος ad Romanum veſtibulum? & maxime hujus, qui dicitur fuiſſe ὑψηλὸς, & ἀναβάσεις ἔχων, & ἔσπλου μέσου ἢ ὀρθίου, quæ omnia ab Romano veſtibulo ſunt alieniſſima. Res ipſa clamat. Sequentia ſic diſtinguenda ſunt, εἰς δὲ ἀριστερὰ ἔστι τοῦ ἐς τὸν ροφὸν παρασκευασμένου οἰκήματος (βαλανεῖον δ' ἂν εἴη τοῦτο ἀφειδεστάτῳ) χαμαιεστὰς καὶ φῶτα πολλὰ καὶ λαμπρὰ μεταξὺ ἔστι χωρήσεις. Et verte; *ad lævam verò conclavium ad delicias comparatorum (quippe & hæc balneo aptiſſima) venuſti & multa luce fulgentes receſſus.* Vulgo enim vides arenas ſine calce. Et ſicut nunc οἰκήματα non vertimus *ædiculas*, (ut inepte interpretes, & jam alibi monere debuimus) ſed *conclavia*; Sic quoque οἶκος, quæ vox frequenter ab Luciano in hac deſcriptione uſurpatur, non *domus* aut *habitatio* verti debuit (& quæſo quot ab illis domus hic ſupponuntur?) ſed cubiculum aut conclave, aut œcos, ut eam vocem in iſta ſignificatione propriam ſibi vindicarunt Latini architecti, quod & ipſum paſſim non obſervatur. Denique quum dicit οἴκους λίθου λευκοῦ utique non ſufficit, ſi cum Salmurienſi reddas *marmorea imagines* (an credidit marmor non eſſe niſi candidum?) ſed potius cum Opſopæo *ex albo lapide.*

Pag. 358. Τοῦτο δ' ἂν εἴη ὃν τῇ αὐτῆς μοίρᾳ] Cur ſic potiſſimum loquatur auctor, & non maluerit ὃν ᾧ αὐτῷ, plane non capio, quum nihil vel præcedat vel ſequatur, unde iſtud fœmininum dependeat. Sed eſt vitium, legendumque ὃν τῇ αὐτῆς, orto errore, ut videtur, ex codice majuſculis literis ſcripto, & illic confuſo charactere Τ & Γ.

Pag. 359. Ἐξόδους τε πολλὰς πεφυραμμένους] Non notant hæc verba, ut credidit Benedictus *multis januarum egreſſibus munitum* (& quæſo quid eſt *muniri egreſſibus januarum?*) ſed ut recte Opſopæus, *multarumque januarum egreſſibus patens.*

Pag. 360. Μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον καὶ πορφυρίδι] Fieri non potuit, quin dum hæc ſic junguntur ab interpretibus, in iis intelligendis errarent. Et tamen quam ingenioſe iſta verterunt *mitra purpurea comam revinctum?* Sed duo prædicantur ab auctore, cujus

verba ſic diſtingue ἀναδεδιμένοι, ὁ πορφυρίδι, & verte *mitra comam re-vinctum, purpurea in veſte.*

Pag. 361. Τοῦτο δὲ εἰωθέναι καλεῖσθαι αὐτῶν τὸν δεσπότην] Miror, cur vertant, *quo nomine earum dominum vocari conjice*, quum non moneat vel jubeat auctor, ſed narret ſpeculatores conjicere ita vocari earum dominum.

Pag. 362. Οἱ μὲν δὴ τῷ ἀρχὴν ἀφικνεῖσθαι] Interpretes, *alii ne principium quidem attingunt*; qui ſi eſſet Luciani ſenſus, ſaltem ſcripſiſſet εἰς τὴν ἀρχήν. Sed innuit *alii omnino non veniunt.* Et ſic rectius attenderunt in Fugitivis pag. 598. Ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ τὸν ἔλεγχον δίκαιον. Et in Sympoſio pag. 646. Ὥστε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι χρεών.

Pag. 373. Οὐ συμπεφυκὸς ὥσπερ ἡ τοῦ ἀκρίδος] Vertunt *non cervici affixum, ut eſt locuſtarum*; quod unde potuerunt effingere? De cervice nihil eſt in Luciano. Et qualis quæſo cervix locuſtarum? Certe Lucianus ullam eſſe prorſus per has voces negat, quæ verti debent, *non agnata* reliquo corpori, *ut eſt locuſtarum*, non eſt continuus tractus corporis a capite ad caudam, ut in locuſtis, ſed poſt caput eſt velut intervallum, ita tamen, ut tenui fauce caput reliquo corpori annectatur, & ſic poſſit converti alia parte corporis immota & quieta. Paulo poſt etiam potuit vocem φολίδας lenius interpretari, quam per vocem *cortices*, præcipue quum loricas ſquamatas dixerint, & laminas ex ferro in eis agnoverint. Tum & ὃ κατὰ τὸ ὀρρωπύγιον reddidit inſcite, *non aculeo*, quaſi vocis hujus ſignificatio & diſcrimen, quod inter muſcam & alia inſecta notat auctor, reſpiceret formam, & non potius locum ubi ſitus ejus, in extrema nempe parte diverſa, quam eſt in veſpis & apibus.

Pag. 385. Εἰς τὸν Ἕλλην ἐμπεσόντων ἐμελλήσαμεν εἰς τὸν μέλανα πόντον] Exhibuit quoque interpres *in nigrum pontum*, nec intercedo, quo minus ab poëta aliquo ſic ſcriptum credatur. Sed Lucianum nunc ſimpliciter narrantem non reſpexiſſe opinor ad talem quandam imitationem, & intellexiſſe Melan ſinum, ut illam maris partem appellari novimus ab ingrediente eam Mela fluvio. Vide Geographos.

Pag. 389. Καί τις ἄλλος τῶν ὑπὸ τὸ ψεῦδος πεπομφώς] Benedictus, *qui mendacio ſubditi ſunt.* Cedo, quos tales intelligam. Quin etiam quum conditionem hujuſmodi innuit auctor, uſurpat caſum tertium; ut in principio Fugitivorum. ἀξιῶσι γάρ σφισιν ἐμοὶ πάτπεδα. Et rurſus: Κομήτης ἐπιχαφομένων καὶ τῷ νυνὶ πεπομένων. In Reviviſcentibus. οἱ δὲ ὑπὸ τῇ σωτηρίᾳ τύχῃ πεπόμενοι, Anaſtaſius apud Baſileenſes, *& ſi qui alii hoc modo mentiti ſunt*, ſententiam, ut videtur, non voces craſſius conſiderans. Puto velle auctorem, *& ſi quis alius eorum, qui poſt vocem* ψεῦδος *nomen poſitum habent.* Tales enim ſunt illi, qui præcedunt Pſeudonero & Pſeudophilippus. Similiter luſit in citato loco ex Reviviſcentibus in verbo multis præpoſito φιλος.

Pag. 419. Ἐθαλλήθη ἀφροσύνης καὶ τῆς λοιπῆς μεγαλαυχίας] Præceſſit

cessit Melanchthon in vertendo *ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit*. Et sequitur prompte Benedictus verba hæc ipsa fic exprimens, quod miror ab aliis, qui hunc dialogum & versionem ejus tam accurate exegerunt, pro bono acceptum, quum nulla prorsus in Græcis fiat mentio illius funeris. Quin etiam μεγαλοπρέπεια non patitur, ut de impensa pecuniaria intelligatur, Græcis ad eam exprimendam alia voce utentibus. Immo nec consideratio magnificentiæ funeris potest hic locum habere. Majora desiderantur, quæ habebis, si recte vertas mecum *ad reliquam rerum suarum magnitudinem addi voluit, ut & Deum crearet eum, qui erat mortuus*. Inter alia ingentia acta sua referri voluit, ipsum ex mortuo fecisse Deum.

